
R-107

RAVISI, Jean Tixier de (1430-1524)


Epitome Epithetorum / Ioannis Ravisii. . . — * Lugd. Batavorum : Ex officina Plantiniana, apud Francis-cum Raphelengium, 1590



EPITOME EPITHETORVM IOANNIS RAVISII TEXTORIS:


Cum eiusdem Synonymis Poëticis.

Omnia ad postremam HADRIANI IVNII *recognitionem hac editione plurimum aucta & emendata.*



LVGD. BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciscum Raphelengium,
CIↃ. IↃ. XC.

Ad Signatorado.



F. RAPHELENGIVS LECTORI S.

CVM mihi iamdiu, beniuole Lector, Epithetorum Textoris Epitomen aliquam recudendi animus esset, sed concinniori illam ordine & emendatiorem quàm quæ hactenus prodiit; commodùm nactus sum, viri amici beneficio, exemplar in quo vir apprime doctus Hadrianus Iunius, plurima emendarat, elegantius digesserat, innumerisque locis noua epitheta adscripserat. Quod exemplar cùm aliquantulum perlustrassem, reuera auro mutatum æs animaduertens, nentiquam te hoc bono fraudare volui: at, pro summo quo publicæ vtilitati inseruiendi teneor desiderio, prelo confestim opus subdidi; dispositis passim suis locis quæ antè seorsim appēdicis formâ sub finem excusa erant. Habes itaque opus tantum non nouum: certè ita innouatum, vt si priores editiones vtiles studiosæ iuuentuti fuisse dici possunt; hæc necessaria quodammodo futura sit. Haud quidem dubito quin pluribus locis augeri potuisset: sed adeò religiosi fuimus in

hoc negotio, vt nunquam ab Hadr. Iunij exemplari discedere voluerimus: hoc solum de nostro addentes, quòd epitheta à narratiunculis quæ sparsim insertæ, diuerso genere characterum distinxerimus. Vale.

IO. RAVISII TEXTORIS PRÆFATIO.

PLERIQVE multæ lectionis viri, beneuolo & salubri quidem consilio me frequentissimè monuerunt, vt ab eorum vanitate, & inani cauerem stultitia, qui vt auditoribus sese mirabiles efficiant, & æstimationem sui prorogent, Odysseas & Iliadas, aut maius aliquid promittunt se parituros: hisq. immortalitatem pollicentur, quibus opera ipsa nuncupauerint. Demum vbi diu satis, & vltra elephantos vterum tulerunt, accessitque ætas iam matura, & partui tam ampulloso idonea, fatigatum tam diuturna expectatione lectorem destituunt, & verba emittunt pro farina, muremque ostendunt pro leone. Cuiusmodi fuisse feruntur Calliphanes poeta, & Timæus Siculus: quorum hic gloriabatur, & passim iactitabat historiam se scripturum, qua Thucydidem & Philistum superaret. ille diuersorum carminum & orationum initia conscribere solebat, eaque ad tres aut quatuor versus pronũtiare & ostentare, vt commentum ignorantibus multiscius & eruditus videretur. Itaque quoniam consultissimè agunt, qui aliena fruuntur insania, cauere volo ab ea nota, quæ permultos in tota posteritate ridiculos fecit, & contemnibiles. Dederam priùs in lucem Epitheto-

rum

rum meorum ſpecimen, & vt amicis obſequerer, qui id à me precibus importunis ac quotidianis propè conuiciis extorſerant, & vt aleam iudiciorum experirer de primitus illis. Quas quoniam nullis diſplicuiſſe video, præterquam paucis ad conuicia & ſatyras natis, qui maledicunt ſemper, quoniam benedicere non nouunt; præſtare volui quod antè promiſeram, opus ſcilicet integro commentario abſolutum, & extrema iam appoſita manu, teſtimoniis poeticis vbique & circumquaq. veſtitum: in quo ſi quis minorem ſua ſpe frugem dicat ſe reperiſſe, ſciat me id ipſum ſcripſiſſe, non Latinis aut Catonibus, non Ciceronibus aut Virgiliis, ſed impetitis adhuc & rudibus tirunculis, qui à prima ſtudiorum infantia nondum exceſſerunt, nec omnibus quidem, ſed his tantùm, qui perinde ac Muſas habuerint obſtetrices, poeticæ diſciplinæ ſuapte natura ſunt idonei. Cæteris verò qui excluſi ſunt Helicone, non hæc magis ſcripta ſunt, quàm de agrorum cultu ſterilibus terris, vt cum Fabio loquar. Cùm ergo puerilibus ſtudiis aptum & conſecratum ſit hoc opus, ſatis erit mihi fauorem apud eos meruiſſe, quorũ rationem habui. Quòd ſi litteris & ætate prouecti cum plauſu id exceperint, vberior & longè titillantior voluptas animo meo futura eſt. At ſi vultu ſuperbo & minimè familiari contemſerint, qui nihil niſi tripodas commendant, & Sibyllarum folia, non verterim manum. Placeant illi in ſuis ampullis, & me permittant humi ſerpere. Si in modicis rebus vacillauero, minoris erit periculi patua illa & humilis mea ruina, quàm ſi cultum Solis appeterem cum Phaethonte. Qui in minimis exiguíque momenti operibus probè funguntur ſuo munere, laudem merentur non minùs, quàm qui tractãt ſublimia. Maronis opuſculum De culice non damnant, immò

verò mirantur plurimum, qui rationem habent animalculi. Neque, vt spero, modicum hunc laboris mei partum reprobabunt, qui consideratiùs animaduerterint, in quem & in quorum vsum editus sit. Editionem autem nimis præcipitatam culpantibus, respondebo, humilibus & infimis rebus nihil opus esse luxurioso & nimis superstitioso cultu affectatus ille verborũ apparatus, circumspectaque, vt ita dicam, mangonizatio sublimibus & arduis operibus conueniunt: sicuti accurata vestimentorum lautities, & plerumque repetita speculi castigatio, non decet rusticas & paganas mulierculas, quibus satis est placuisse bubulcis, & porcariis, sed heroinas & regum filias, quæ principum oculos in se conuertere student. Præterea vsu nonnumquam accidit, vt nimia illa cunctatio, & mora præstandi, quod antè promissum est, gratiam imminuat, nisi quod præstatur, tædium expectationis largo fœnore compenset. His permotus caussis editionem accelerauí, tum etiam, quòd me tæderet in his elementis consenescere, in quibus nihil est ferè gloriæ, & multò minus vtilitatis. Sed rem aggrediamur, idque ex ordine litterarum, quò facilius & promtius inquirentium labori succurramus.

IOAN-

IOANNIS RAVISII TEXTORIS EPITHETORVM EPITOME.

ABACVS. Vinolentus, acernus, marmoreus, eburneus, nitens. *Abacus capitur pro mensa, reponendis visis & escaris & vinariis idonea, vt apud Iuuenalem & Ausonium. Capitur etiam pro organo Arithmetices, & Mathematicorum tabula, in qua lineæ, numeri, & figuræ ducuntur: vt apud Persium. Hoc in sensu aliter vocatur* mensa Pythagorea *Capitur etiam pro calculo, vt apud Macrobium lib. 1. Saturnal. Diminutiuum eiusdem significationis est* Abaculus.

ABDOMEN. Album vnctam, tumidum. *Abdomen dicitur pinguitudo spinæ adhærens, & in qua renes iacent. Neque terrestrium tantùm animalium est, at etiam aquatilium. Nam ex Thynno pisce abdomina dicuntur thynnia apud Gellium.*

ABIES. Enodis, audax, apta fretis, redolens, montana, vmbrosa, crispa, procera, crinita. *Abies ar or est procera & rectissima, quæ posita in transuersum ponderi renititur, ne prius rumpatur aut fatiscat, quàm absumatur carie: pars eius superior est enodis, superior nodosa & durior. Montes amat, vtilis est mutuis vitæ operibus, præcipuè nauigiis & trabibus. Et vitium est Resina: folia habet pectinum modo quæ non amittit. Terna edit germina. Inter squammas corticem spargit. Semen reddit post occasum Vergiliarum. Ramos habet in altum*

tendentes, non in latera pronos: quorum cacuminibus decisis emoritur. At si infra ramos præcidatur, quod supereſt, viuit. Laudatiſsima eſt in Alpibus, Apennino, Vogeſo monte, Corſica. Arcadica facilè putreſcit. Eius vmbra ſatis pernicioſa eſt. Abiegnum opus dicitur, quod abiete factum eſt. Et abietarij vocantur fabri lignarij.

ABSINTHIA. Tetra, cana, triſtia, viroſa. *Abſinthium herba eſt ſaporis amariſsimi, & floris in rotundum canescentis. Genera eius diuerſa ponit Plinius.* Santonicum *à Galliæ ciuitate* Ponticum *à Ponto, vbi pecora pinguescunt illo. Huius medulla dulcis eſt, licet multò ſit amarius Italico. Latinarum feriis cùm quadrigæ certabant in Capitolio, victor abſinthium bibebat. Perrò ſtomachum corroborat, propterea ſapor eius ætate Plinij in vina transferebatur. Varius eſt eiuſdē in medicinis vſus.*

ABSYRTVS. Æetius. *Abſyrtus filius fuit Æetæ Colchorum regis, quem Medea eiuſdem ſoror cum Iaſone diſcedens membratim diſcerpſit, particulis circumquaque diſiectis, vt ſequentem ſe patrem in colligendis filij oſſibus occupatum remoraretur interim. In huius autem parricidij monumentum, ei loco Tomos nomen inditum eſt a membrorum conciſione. Ouidius:*

Vnde Tomos dictus locus eſt, quia fertur in illo
Membra ſoroi fratris conſecuiſſe ſui.

Vocatur aliter Ægyaleus.

ABYDVS. Oſtrifera, Leandria, antiqua. *Abydos vrbs eſt Aſiæ à Mileſiis condita, & Seſto oppido Europæ oppoſita, interfluente anguſto mari Helleſponto, quod Leandri innuens Abydeni ad Hero Seſtiam, quam deperibat, natantis caſu & naufragio nobilitatum eſt. Hinc ortum adagium,* Abydum nauigare, *quod de intrepidis, & qui pericula minimè reformidant, dici ſolet.*

ABYLA. Herculea. *Abyla & Calpe montes ſunt vtrimque oppoſiti; quorum Abyla coërcet claustra Africæ, Calpe Europæ. Propterea columnæ Herculis vocantur. Has enim Hercules*

cules ipse ibidem fixisse dicitur, cum boues Geryonis vestigaret, perinde ac vltima ibidem esset orbis meta, neque vlterius quidquam supereſſet, quod vel adiri posset, aut hal itari. Silius lib 4.

ABYSSVS. Cœnosa, profunda, infima, luctifica.

ACADEMIA. Sancta, vmbrifica.

ACANTHIS. Picta. *Acanthis auis est quæ alio nomine vocatur* Carduelis. *Virgil lib. 3. Georg.*

ACANTHVS. Mollis, frondens, croceus, fidonius, viridis, ridens, flexus, tortus, olens, rutilus. *Acanthus herba est elato longoque folio, crepidines marginum, assurgentiumque puluinorum toros vestiens, auctore Plinio. Duo sunt eius genera, aculeatum & crispum, quod breuius: alterum lene. Virgultum eius flexibile est. Hinc Virgilius lib. 4. Georg.* Et flexile vimen Acanthi. *Seruius ait arborem esse spinosam in Cyrenaica regione, & Ægypto frequentem, quæ semper frondet, vt oliua & laurus. Poëtæ fabulantur Acanthum fuisse liberali forma puerulum: qui in florem sui nominis, deorum commiseratione sit commutatus.*

ACARNAN. Vagus, corniger, durus, asper. *Acarnan, Acarnanis seu Acarnanos, mons est Atticæ lapidosus. Interim nomen gentile pro eiusdem loci populo. Quandoque etiam capi ur pro fluuio.*

ACCIPITER. Prædo, acer, rapax, ferus, hyperboreus. *Accipiter auis prædatoria, nomen traxit ab accipiendis auibus. imbelles volucres infestantur, vt columbæ. Bellum gerit cum aquila. Odit radicem siluestris asparagi. Velocissimus eiusdem volatus, prouerbio locum fecit.*

ACCVSATOR. Querulus, contentiosus, acer, acerbus.

ACERRA. Custos thuris, sacrifica, aurea, fumãs, pura *Acerra dicitur capsula thuris, seu in qua thus reponitur ad sacrificia. Ea frequentissimè fieri solet in formam cymbuli eiusdam. Virgil.* Farre pio & plena supplex venerarur

acerra. *Nostri aliter thuribulum vocant.*

ACERVVS. Ingens, grandis, altus, immanis, immensus.

ACESTES. Dardanius, Troia generatus, Troianus, Hectoreus, Siculus, clarus, fidus. *Acestem poetæ dicunt filium fuisse Crimisi fluminis, ex Ægistha muliere Troiana. Hic postea rex Siciliæ factus, Troianos ibidem benigno susceptit hospitio, abeuntésque vino, & aliis etiamnum muneribus, memor veteris amicitiæ, liberalissimè prosecutus est. Ab eius nomine dicta est urbs Acesta.*

ACETVM. Acre, piperatum, frigorificum, mordax, rubens, niliacum, pharium, turgidum, resinatum. *Acetum inter cæteros humores liquidissimum est, & acoge vehementis etiam tristificum: nec vnquam congelascit, aut frigore contrahitur, auctoribus Gellio & Macrobio: Palatum iuuat, acuitq. & irritat stomachum. Summa ei vis in refrigerando. Per se hausti fastidia discutit, singultus cohibet, sternutamenta olfactu. Vim æstus accet in balneis, si contineatur in ore. Saxa rupit infusum, qua non ruperit ignis antecedens. Cibos & sapores non alius magis succus commendat, aut excitat. Margaritas sua vi & asperitate resolut. Hæc ex Plinio. Apud Ægyptios præcipua & laudabilis fuit eius bonitas, vt etiam vini pretium anteiret. Capitur quandoque pro mordaci dicacitate. Horat in Serm.* At Græcus postquàm est Italo perfusus aceto. *Hinc adagium,* Aceto perfundere, *id est maledictis aspergere & infamare conuicijs.*

ACHAEMENES. Diues, *Horatius libro 2. Carm. Achæmenes fuit rex Persarum ditissimus, à cuius nomine Persæ dicti sunt Achæmenei, & Achæmenidæ.*

ACHAIA. Danaa, Ægialos, diues. *Achaia regio est Græciæ, undique præterquàm a Septentrione, mari circumsepta. Caput eius fuit Corinthus. Nomen sumsit ab Achæo Xuti filio: vnde Græci dicuntur Achæi & Achiui.* Achaides, *fœminæ.*

Danaa

Danaa & Ægialea priùs dicta.

ACHELOVS. Tumens, Calydonius, Naupactæus, turbidus, deformis, luctator, vndosus, Acarnanus, Ætolus. *Achelous fluuius oritur à Pindo. Ætoliam ab Acarnania diuidit: prius vocabatur Thoas. Hoc nomen à veteribus quoq. pro quauis aqua vsurpatum est, quòd hic fluuius omnium primus post diluuium eruperit. Poëtæ fabulantur filium fuisse Oceani & Terræ, gemino cornu insignitum, certasseque cum Hercule caussa Deianiræ, & ad extremum excusso altero cornu superatum, in fluuij formam transisse.*

ACHERON. Auarus, tartareus, imus, adustus, profundus, mæstus, nefastus, durus, ferox, ater, languidus, miser, opacus, infernus, piceus, tristis, mortuus, illacrabilis, fumeus *Acherontem poëtæ dicũt Cocyti esse filium, & fluuium inferorum. Hinc vmbræ Acherontides vocantur à Mantuano. Fiunt & inde adiectiua Acherõteus & Acherusius.*

ACHILLES. Immitis, cristatus sæuus, Larissæus, Pelides, animipotens, æquoreus, filius Thetidis, insolens, clarus, Phthius, Nereius, peruicax, iracundus, inexorabilis, acer, animosus, Hemonius, magnanimus, fortis, thessalicus, Thetidis proles, æternus, superbus, violentus, ferox, sanguinolentus, purus, bellax, belliger, Danaus, pellæus, expers terroris, atrox, indocilis, fatalis, Chironis alumnus, cedere nescius, Thessalicus dux, Phrygum timor, flauus. *Achilles, fortissimus Græcorum omnium, filius fuit Pelei & Thetidis, quem infantem vt fabulantur poëtæ, mater stygijs aquis totum immersit & ablut, eóque modo inuulnerabilis in toto corpore factus est; præter quàm in ea parte pedis, qua comprehensus ab ipsa matre fuerat, dum abluebatur. Demum Chironi Thessalo homini iustissimo datus est educandus, vt sub eo bellicis artibus insuesceret à primis annis, & in musica disciplina proficeret, atque etiam bonis moribus enutriretur.*

ACHIVI

ACHIVI. Infensi Teucris, pugnaces, sæui, Mycænei, uncti.

ACIES MILITARIS. Ærata, funesta, prælia-ris, martia, belligera, tiepida, lunata, ultrix, sanguinea, fulgida hostilis, armata, magnanima, nitida, hastata, cruenta, horrida, armisona, manipularis, trux.

ACIES OCVLORVM. Sanguinea, ardens, sagax, contenta.

ACINACIS. Medus, Persicus. *Acinacis, gladius quo Persæ & Medi utuntur.*

ACINVS. Oblongus, ebriosus. *Acinus seu Acinum, paruum est granum, quod inter minutiores arborum fructus nascitur.*

ACIS. Simethius, herbifer, sicanus. *Acis fluuius est Siciliæ ex Ætna scaturiens. Poetæ fabulantur filium fuisse Fauni ex Simethide nympha, & interfectum à Polyphemo præ zelotypia, quòd uterque Galateam nympham adamaret.*

ACONITVM. Pallidum, luridum, dirum, virosum, stygium, nigrum. *Aconitum herba est, quæ perfusa Cerberi spuma, venenum contraxit efficacissimum: unde & pro quolibet veneno solet accipi. Dicitur autem aconitum, quòd in collibus nascatur.*

ACRAGAS. Arduus. *Acragas, Acragantis, ciuitas est Siciliæ, quæ aliter Agrigentum dicitur.*

ACRON. Ceninus, Herculeus. *Acron dux fuit Ceninensium, qui à Romulo bello victus & obtruncatus est, suisque armis spoliatus, dum uirginum Sabinarum raptus ulciscì uellet.*

ACTAEON. Nepos Cadmi, celer, Cadmeus, Autonoeius, Hyantius. *Actæon filius fuit Aristæi & Autonoës Cadmi filiæ, qui, ut fingunt poëtæ, cùm inter uenandum fortè fortuna Dianam in fonte nudam conspexisset, eiusdem ira & indignatione commutatatus est in ceruum, & à canibus suis dilaniatus.*

ACTOR.

ACTOR. Theatricus, scenicus.

ACVMEN. Argutum, penetrabile, soleis, sagax.

ACVS. Nilotis, crinalis, ahena, tenuis, Semiramia, Babylonis, Idalia, mordax, Mæonia, solicita, artifex, Assyria

ADAM. Sons, antiquus, protoplastus, primæuus, luteus.

ADAMAS. Durus, perennis, inuictus, solidus, mansurus, insecabilis, æternus, perpetuus, lucidus, niueus, splendens. *Adamas lapis est indomitæ duritiei, adeo vt nec ferro, neq. malleis aut incudibus cedat, at potius percussus vim vim infirat, qui maccipiat. Con ectus in ignem non calescit nam eius quoque natura victrix est ignium. Vnde & nomen, indomita vi, Græca interpretatione accepit. Rumpitur nihilominus hircino sanguine, sed non aliter quàm recenti & calido Sculptores eo nullam non curitiam excauant.* Dissidet cum Magnete in tantum, *vt iuxtà positus, ferrum non patiatur abstrahi. Venena facit irrita, & lymphationes abigit, metúsque expellit à mente. Varia sunt eius genera, quæ ponuntur à Plinio.*

ADAMASTOR. Sæuus. *Gigas immanis staturæ.*

ADDVA. Celer, cærulus, spumosus. *Addua fluuius est in Alpibus in Padum effluens.*

ADOLESCENTIA. Feruida, leuis, negligens, luxuriosa, intemperans, lubrica, viuida.

ADONIS. Ploratus Veneri, aptus siluis, formosus, cynareus, mollis, miserandus, cythereius, pulcer, teneri, dulcis, niueus. Purpureus, murice pictus, *pro flore. Adonis filius Cynaræ Cypriorum regis & Myrrhæ, à Venere ob elegantem formam summè adamatus, quem in Idalio nemore venantem, primo ætatis flore aper, occidisse fertur. Mortuum verò amasium multu defleuit lacrymis: quibus cum nihil proficeret, ad doloris lenitiem, pueri cruorem commutauit in florem.*

ADRASTVS. Thalaonides, Inachius, Thebanus, Perseius,

Perſeius, longæuus, pallens. *Adraſtus rex Argiuorum, Talaonis & Eurynomes fuit filius, qui pro genero ſuo Polynice (nam Argiam filiam ſuam eidem copulauerat) contractis ex omni Græcia viribus & copijs, expeditionem ſumſit in Etheoclem regem Thebanorum, quod is iuxta patris Oedipi teſtamentum, regni adminiſtrationem Polynici fratri alternatim nollet concedere. Hic Adraſtus templum Nemeſi primus conſecrauit: quæ propterea Adraſtea vocata eſt.*

ADRIA. Raucus, inquietus, iracundus, præceps, ventoſus, longus, tumidus, minax, vagus, magnus, improbus. *Adria in maſculino genere pro ſinu Adriatico, & ipſo mari frequentiſſime ſolet accipi.*

ADVENA. Vagus.

ADVLATIO. Indecora, mollea, blanda, perniciosa, inſidioſa.

ADVLATOR. Cæcus, blæſus, vilis, impudens.

ADVLTER. Turpis, nitidus, temerarius, obſcenus, crudelis, ſecretus, impatiens moræ, nocturnus.

ADVLTERIVM. Turpe, ſpurcum, arcanum, ſordidum, impurum, malum.

ADYTVM. Terrificum, latens, penetrale, ſecretum, profundum. *Adytum vocatur ſecretior locus templi, quem olim nemini licebat intrare, præterquam ſacerdoti.*

ÆACVS. Iudicans, Aſopiades, ſeuerus, iuridicus, toruus, iuſtus, inexorabilis. *Æacum Iouis & Æginæ filium poetæ inter iudices inferorum numerant propter laudabilem iuſtitiam, quam in terris exercuit.*

ÆAS. Purus, parui gurgitis. *Fluuius eſt Epiri à Dyrrachij mœnibus, ex Macedonia priùs defluens, & in mare Ionium cadens.*

ÆDES. Marmorea, facta, excelſa.

AEDON. Suauis, triſtis, vocalis. *Aëdon auis eſt, quæ alio nomine Luſcinia, ſeu Philomela dicitur.*

ÆETES.

ÆETES. Soligena, Sole satus, hyperionides, ææus, fetus, phasiacus *Æëtes rex fuit Colchorum, filius Solis ex Perſa, Oceani filia: liberos habuit Medeam, Abſyrtum, Calciopen. Ad hunc Phryxus Athamantis filius peruenit, & aureum vellus detulit. Quod cùm vigilantiſſimè ſeruaret, eius cauſſa bellum geſſit cum argonautis.*

ÆGAEON. Cruentus, centumgeminus. *Ægæon, vt fabulantur poëtæ, gigas fuit centimanus, qui vno ictu, centum ſcopulos in Iouem conſorquebat. Victus demum alligatus eſt à Neptuno ſcopulis Ægæi maris.*

ÆGERIA. Nocturna, Romula. *Ægeria nympha fuit culta prope Aricinum lacum, cum qua Numa Pompilius fingebat ſe nocturnum habere connubium, & colloquium de religione & ſacris ceremoniis; vt leges ſuas quas Romano condebat populo, ſanctiores redderet.*

ÆGINA. Aſopis. *Filia fluuij Achaiæ, ſtuprata à Ioue in ſpecie ignis.*

ÆGIS. Horrifica, ſonans, coruſcans, terrifica, cruenta, fulua, Meduſæa, terribilis, ſanguinea, cruda, ſerpẽtigera, Palladia, ſuperba. *Ægis clypeus fuit Palladis ſeu pectoris munimentum, factum Amalthææ capræ corio, in cuius medio erat caput Gorgonis dirum ac terribile, quod qui intuebantur, lapideſcebant protinus. Hoc munimento armata Pallas ad excidium Troiæ profecta eſt.*

ÆGISTHVS. Thyeſtiades, adulter, deſidioſus. *Ægiſthus filius fuit Thyeſtæ ex Pelopeia, eiuſdem Thyeſtæ filia, quem infantulum mater cauſſa tegendi ſceleris perdendum ſeruis expoſuit in ſilua, vbi tamen paſtoris cuiuſdam beneficio, caprino lacte nutritus eſt. Hic Atreum prouectior factus interfecit, eiuſque filium Agamemnonem, cuius vxorem Clytæmneſtram adulterabat. Ad extremum ab Oreſte eiuſdem Agamemnonis filio patris mortem vlciſcente, interfectus eſt.*

ÆGOCEROS. Humidus, gelidus, celer, corniger, vdus.

vdus, ninosus, laniger, portitor Helles. *Ægoceros, cæleste signum, Latine dicitur Capricornus, & Aries. De eiusdem natura vide Manilium, Cæsarem Germanicum, Aratum, & Nigidium. hoc signum Sol percurrit in mense Martio.*

Æ G R I M O N I A. Deformis, fastidiosa.

Æ G Y P T I I. Linigeri, sistrati, ventosi, Phataoniadæ. Lagidæ, calui, fusci, sapientes, auidi nouarum rerum. *Vopiscus.* Seditiosi, vani, iniurioſi, leues, penduli & ad omnia famæ momenta volitantes. *Vopisc.*

Æ G Y P T V S. Hiulca, parens terrarum, trigonalis, fertilis, cæli studiosa, diues, fecunda, sagax, clemens, horrida, Memphitis, mater artium. *Ægyptus nomen accepit à Danai fratre, cum prius Aeria vocaretur. Fecundatur Nili inundatione, quoniam numquam illic pluere visum est. Formam habet triquetram, quam suis flexibus efficit Nilus. Tempore Amasis regis habuit viginti vrbium millia, quarum præcipuæ fuerunt Alexandria, Thebæ, Babylon, Memphis, &c.*

A E L L O. Ales. *Nomen est Harpyiæ.*

Æ N E A S. Magnanimus, dardanius, troianus, anchisiades, Anchisa generatus, ingens, laomedontius, acer dardanides, fatalis, phrygius, pius, rhætius, castus, cythereius, penatiger, fluctiuagus, iliacus, profugus.

Æ N E I S. Diuina, *Virgilij opus.*

Æ N I G M A. Cæcum, duũ, latebrosum, tenebrosum.

Æ O L V S. Rex tempestatum, Hippotades, imperiosus, ventipotens. *Æolum poetæ dicunt Iouis esse filium ex Sergesta Hippotæ Troiani filia, eumque ventorum & tempestatum principem faciunt.*

Æ Q V O R. Stratum, ventosum, vndiuagum, liquidum, tumidum, vastum, vndosum, immensum, marmoreum, diffusum, latum, cauum, peruium velis, dubium, turbidum, cæruleum, asperum, horridũ, salsum, fluitans, spumans, glaucum, concitum, insanum, sæ-

uum,

uum, minax, sinuatum, refluum, rapidum, cânens, iratum, patulum, pronum, tumefactum, spumeum, luctuosum, truculentum, indomitum, vagum, sinuosum, procellosum, fumans, mobile, hybernum, armatum scopulis, fluidum puluereum, infidum, durum, cæruleum, incertum, spinosum, tremulum, vdum, fluentisonum, inhospitum, raucum, sæuiens, profundum, fætum procellis, planum, fluctuosum, surdum, spatiosum, neptunium, apertum, turgidum, furens, frigidum, tiux, æstuans, amplum, scopulosum, humidum, vadosum, stagnans, arenosum, nigrum, pisceosum, horrisonum, canum, curuum, feruidum, agitatum.

AER. Liquidus, vacuus, tenuis, nubilus, humidus, madens, stridulus, ratus, tener, purus, candens, mobilis, circumfusus agitabilis, leuis, tepidus, lotifer, meabilis, frigidus, conuolutus, roscidus, agitatus, exilis, nitidus, plumosus, vagus, circumfluus, patulus, vuidus, fumidus, globosus, nebulosus, pluuius, circumuolutabilis, nitens, auricomus, limpidus, lubricus, mutabilis.

ÆRA. Ephyrea, corinthia, rauca, corybantia, solida, grauia, canora, tinnula, arguta, caua, temesia, sonora, crepitantia, dura, coruscа, rigida, cypria, splendida, saturnia, stridentia, micantia, deliaca, æginetica, flammigera *Æris appellatione aurum & argentum non nunquam intelliguntur. Nam confusè olim miscebatur auro & argento. Hinc tribuni ærarij, erarium, & oberati dicti sunt.*

ÆRVGO. Viridis, nigra, mordax, scabra

ÆRVMNA. Grauis, mala, dura, luctifica, tristis, crudelis, lugubris.

ÆSCHYLVS. Pictus fecibus, personæ pallæque repertor honestæ. *Fuit autẽ Æschylus Athenensis tragœdiographus, qui primus grauitate personarum, & coloris distinctione vsus est. Eius ætate tragœdi, faciem quibusdã fecibus illinebant.*

ÆSCVLAPIVS. Phœbigena, salutifer, phœbeius, opifer, epidaurius, Coronide natus, pergameus, epidaurĩa proles, Cotyleus, archiatros.

ÆSTAS. Torrida, puluerulenta, frondosa, liquida, florens ignea calida, feruens, serena, iniqua nuda, formosa, iners, vaga, atrox, sitiens, incandens, sicca, pestilens, frugifera, violenta, intolerabilis, morbosa, penetrabilis, lasciua, spicea.

ÆSTVS, *pro calore Solis.* Rapidus, pestifer, sitiens, ardens, calidus, horrifer, flammifer, fumidus feruens, malignus, vrens, icarius, anhelus, grauis, feruidus, incensus, ater, raucus.

ÆSTVS, *pro commotione maris.* Vndosus, vndisonus, redundans, horrisonus, procellosus, tumidus, fluctiuagus. Vndans, spumãs, flagrans, ardescens, *pro iræ feruore.*

ÆTAS. Fugitiua, edax, inuida, ferox, irreuocabilis, improuida, volatilis, infirma, velox, lubrica, fecunda, auida, lacrymabilis, mobilis, fragilis, ferrea, fugiens.

ÆTHER. Arduus, leuis, purus, nubificus, nitidus, liquidus, serenus, vastus, signifer, diffusilis, ignifer, rapidus, grauitate carens, sacer, altus, igneus, cæruleus, stellatus, curuus, incuruus, omniparens, incandens, sublimis, aureus, apertus, rubens, lucidus, latus, conspicuus, sudificus, fumidus, purpureus, prælucidus, perlucidus, candẽs, reuolubilis, argenteus, vdus, ardẽs, pictus.

ÆTHIOPES. Nubei, vagi, nigri, torridi, diuites arenarum, Ægyptini, simi, vsti.

ÆTHON. Velox, croceus *Æthon est vnus ex equis Solis.*

ÆTHON. Bellator. *Fuit hic equus Pallantis filij regis Euandri, qui in exequiis domini sui collacrymasse fertur.*

ÆTHERA. Siderea, rubra, pitheis, liquida, albens, leuis, rutila celsa, superba, aperta, fulgida, tenuis, flammans, ignea, nitida, flammea.

ÆTNA.

ÆTNA. Feruida, Trinacria, ardens, Sicula, alta, grauis, typhois, flagrans, igniſera, vaporifera, odora, monſtrifera, fumoſa, calida, tinacrius, lucens, vulcania, ſonans, cerealis, torrida, horrifica, ſulphurea, fera, ſicelis, flammifera, fumans, parens florum, feruens. *Ætna mons eſt Siciliæ, cauernoſus, globos igneos & flammas euomens propter ſubterranei ſulphuris naturam. Nihilominus circa radices amœniſſimus eſt, multiſque fontibus ſcaturiens, & abundans fluuiis. Poëtæ fabulantur Gigantes à Ioue ſub terra fulminatos. Vide Claudianus:* In medio ſcopulis ſe porrigit Ætna periuſtis.

ÆVA. *Vide* EVA.

ÆVVM. Anguſtum, miſerabile, annoſum, breue, volans, lubricum præceps, currens, velox, caducum, volatile, curtum, fallens, celere, reſolubile, lamentabile, labens, labile, incertum, longum.

AFRI. Sitientes, diſcincti, vagi rebelles, bilingues, fœui, infidi, ſophaci, tenues, paſtoracij, armentarij, verſipelles.

AFRICA. Fertilis, ardens, vadoſa, belluis frequens, frugifera, monſtrifera.

AFRICVS. Cieber procellis, præceps, peſtilens, proteruus, nubifer, ater.

AGAMEMNON. Mycenæus, atrides, tantalides. *Agamemnon Mycenarum rex fuit filius Atrei, ſeu, vt alij malunt, Pliſthenis, fratereſque Menelai, qui Græcorum omnium conſenſu Imperator delectus, ad expeditionem Trojanam profectus eſt, Clytamneſtra coniuge, ex qua iam liberos ali juſſerat, ad regni adminiſtrationem relicta, à qua reuerſus interfectus eſt Ægiſthi auxilio, quo cum illa conſuetudinem adulterij habuerat. Quod factum ægrè ferens Oreſtes vtriuſque filius, matrem in vindictam patris occidit. Cæterùm Agamemnon fertur habuiſſe ſceptrum à Vulcano fabrificatum, item & clypeum,*

peum, in cuius medio erat effigies Gorgonis, in zona verò Draco voluminosus.

AGANIPPE. Hianthea, permeſſia. *Aganippe fons eſt Bœotiæ Muſis ſacer, à quo Muſæ ipſæ vocantur Aganippides. Fit etiam adiectiuum Aganippæus. Hianthes populi fuerunt Bœotiæ.*

AGATHYRSI. Picti, depicti, immanes. *Agathyrſi populi ſunt Scythiæ contermini, qui in commune cum mulieribus coëunt.*

AGAVE. Cadmeis, cadmea, cruenta, thebana, furens, pentheia, baſſaris. *Agaue Cadmi & Hermiones filia, nupſit Echioni Thebano, ex quo filium Pentheum ſuſcepit, qui cùm abſtemius eſſet, ac propterea Bacchi ſacra deſpicaretur, ab ipſa matre reliquiſque Mænadibus membratim dilaniatus eſt.*

AGENOR. Sarranus, imperioſus, libycus. *Agenor Beli fuit filius, & rex Phœnicum, & pater Cadmi, à quo Phœnices ipſi dicti ſunt Agenoridæ.*

AGER. Almus, pinguis, latus, diues, frugifer, olens, frumentarius, copioſus, ſilueſter, ferax, humidus, lætus, lutoſus, planus, fertilis, riguus, campeſter, aquoſus, ſuccoſus, carbunculoſus, rudis, herboſus, cultus, amœnus, virens, dulcis, madidus, lapidoſus, fecundus, patulus, benignus, viridis, luxuriioſus, operoſus, flauens, frugiferus, genialis, irriguus, triticarius, patens, ſaxoſus, ſpinoſus, herbifer, pampineus, triticeus, apertus, gelidus, vitifer, putrificus, gramineus, mollis, florens, apricus, comans, vernans.

AGGER. Terreus, herboſus, lapidoſus, gramineus, terrenus.

AGMEN MILITARE. Stipatum, clypeatum, pilatum, forte, ſæuum, rapidum, toruum, armatum, nemoroſum, impetuoſum, horiendũ, condenſum, minaicum, terrificum, ſuccinctũ pharetris, cataphractum.

AGNA.

AGNA. Humilis, tenera, balans, mollis.

AGNVS. Tener, subrumus, laniger, ornus, corniger, alacer, lasciuus, mitis, pinguis, blandus, pauidus, imbellis, incuriosus, petulcus, molliculus, mollis.

AGRESTES. Duri, laberiosi.

AGRICOLA. Auarus, indomitus, miser, crudus, fortis, seuerus, robustus, pauper, hirsutus, durus, impiger, negotiosus.

AHENVM. Amyclæum, gætulum, tyrium, agenoreum, tænareum, vndans, assyrium, patulum, spumans, feruens, sidonium, tarentinum. *Ahenum proprie vas est, in quo aqua ad bibendum calefit, quasi ex ære fictum. Sæpenumero tamen capitur pro amplissimo vase, in quo tingitur purpura. Vnde hoc in loco permulta habet epitheta, ex his locis in quibus claruit vsus purpuræ. Amyclæum ab Amyclis vrbe Laconiæ, in qua claruit vsus purpuræ. Ouid. lib 2. de Remed.*

AIAX OILEI. Narycius, Oilides, moderatior, velox. *Fuit hic Aiax Oilei filius, & Locrensium rex, qui capta Troia, Cassandram virginem in templo Palladis violauit. Quamobrem permota Pallas eundem ab expeditione Troiana redeuntem, in maris fulmine percussit.*

AIAX TELAMONIS. Telamonius, insanus, interritus, ferus, Telamone satus, inuictus, temerarius, telamoniades, salaminius, ferox, ferus, stolidus, acerrimus, heros ab Achille secundus, clypei dominus septemplicis. *Aiax filius Telamonis ex Hesione, cum alijs Græcis ad expeditionem Troianam profectus in Hectorem ceciderat. At cùm nox interueniens duellum diremisset, dono dedit Hectori suum balteum, accepto ab eodem gladio, quo postea se interfecit animi dolore, cum scilicet repulsam passus esset in petitione armorum Achillis mortui, quæ ægre ferens at Vlyssi data.*

ALA. Ærea, stridens, pernix, celer, ventosa, velox,

leuis, mollis, audax, præceps, tenera, trepida, strepitans, volucris, tremula, fugax, omniuaga velificata.

ALANI. Ardentes, implacati, caucasigenæ, feri, leues, duri.

ALBA. Iliaca, celsa, dardania; romana, troiana, longa, vetus.

ALBVNEA. Resonans, alta, opaca. *Est autem fons iuxta Tibur oppidum, ab Albunea Nympha cognominatus.*

ALCAEVS. Lesbius, pugnax, magnificus, diligens. *Alcæus poëta fuit Lesbius, qui plurimum in scribenda Lyricis apud Græcos claruit.*

ALCESTIS. Pagasea, thessala, Philaceïs. *Alcestis fuit mulier Thessala, & vxor Admeti regis, pro cuius salute morti sponte se deuouit, cùm ab oraculis audisset ipsum Admetum a summa ægritudine ad incolumitatem redditurum, si quis amicorum pro eo mori vellet.*

ALCIDES. Magnanimus, insanus, ferus, trux, clarus, ferox, vagus, bipater, insignis, bellator, cruentus, magnus.

ALCINOVS. Munificus, corycæus, phæax, ferax, corycius.

ALCMENA. Argolis, genetrix Alcidæ, herculea, amphitryoniada, Mideatis. *Alcmena, Græca mulier, filia fuit Electryonis, & vxor Amphitryonis Thebani, ex qua Iupiter genuit Herculem.*

ALCMAEON. Amphiaraides, Amphilochi frater, crudelis. *Alcmæon filius fuit Amphiarai, & Eriphiles, qui matrem interfecit, quod illa Amphiaraum maritum suum (qui in bello Thebano absorptus est hiatu terræ) Polynici prodidisset, corrupta monili aureo.*

ALCYONES. Deiectæ, Cæycis aues, mœstæ. *Cæyx maritus fuit Alcyones, qui cùm ad oraculum nauigans naufragium fecisset, Alcyone vxor dolore animi se submersit.*

ALEA.

ALEA. Periculosa, vetita, damnosa, turpis, fallax, pernox, iocans, iniqua, atra, blanda, dubia, præceps, anceps volubilis, insidiosa, versatilis. *Alea capitur pro omni ludo in varietate fortunæ consistēte: traducitúrque ad eventus incertos Plinius*: extra omnem ingenij aleam positus.

ALECTO. Luctifera, atra, sata nocte, infecta venenis, furibunda, tristis, cocytia, impia, atrox, ministra Plutonis *Alecto Acheronte & Nocte filia, una est ex sefernalibus furijs.*

ALEMANI. Truces, feroces, graues.

ALES. Siluestris, pennata, querula, auguralis, canora, garrula, cristata, loquax, sonora, strepens, strepitans.

ALEXANDER. Pellæus, Æmathius, fortis, Draconigena, magnus, inuictus.

ALEXANDRIA. Parætonia, noxia.

ALGA. Marina, inutilis, mollis, viridis, fluctícolor, litorea, humida, tortilis, tenuis, putris. *Alga herba est vilissima, in aquis marinis nascens, crassu solus, quorum pars supernatat.*

ALLIA. Flebilis. *Fluuius non multum distans ab urbe Roma, apud quem Brennus dux Senonum multa Romanorum millia profligauit.*

ALLOBROGES. Rhodanei, montani, infideles.

ALLOQVIVM. Mite, dulce, blandum.

ALMO. Sacer, italus paruus, tepidus, lubricus. *Fluuius vicinus vrbi Romæ, apud quem Romani sacra Cybeles faciebant.*

ALNVS. Procera, viridis, fluctibus apta, fluminea, amica fretis, procellosa, virens, phaëthontias, teres, fragilis, opaca, phaethontea, frondens, fluuialis, electrifera, alta, aerea, viridans, longa, potura. *Alnus arbor provenit in aquosis locis. vtilis est naui gijs. Folia eius sunt crassissima, vm-*

ma, vmbra pinguis. Nullum fert fructum, aut semen. Capitur quandoque pro naui.

ALPES. Aereæ, gelidæ, nubiferæ, deuexæ, celsæ, patulæ, ventosæ, fiondosæ, siluosæ, fiondiferæ, latebrosæ, niuosæ, saxosæ, gelatæ, nimbiferæ, scabrigeræ, horridæ, rugosæ, austrinæ, pœninæ, hyperboreæ ætherææ, teutonicæ, pyrenææ, pruinosæ, boreæ, nubigeræ, altæ, nubigenæ, cottiæ, sæuæ, inexuperabile munimentum, infames frigoribus

ALPHEVS. Aduena, lucidus, celer, transfuga, *Stat. lib. 1. Alpheus fluuius est Elidis ciuitatis Arcadiæ, iuxta Pisam decurrens, qui longo cursu in Adriaticum demergitur, ibique terra absorptus, & subter mare defluens, ex Græcia decurrit ad Arethusam fontem Siciliæ, vbi in mare Siculum cadit. Hinc poëtæ fabulantur Arethusam fuisse nymphan, cuius amore Alpheus per subterraneos cuniculos ad eam commigrauerit.*

ALTARE. Fumidum, pingue, festum, vaporatum, thureum, saciatum, cultum, diuinum.

ALVEVS. Cauus, latus, spatiosus, spumans, florifluus, saliens.

ALVTA. Nigra, sicyonia *Aluta dicitur pellis seu corium ad conficiendos calceos & cothurnos concinnatum. Hinc Alutarij dicuntur calceolarij.*

ALVVS. Auida, capax, tumida, grauida, multiplex, tortuosa, pinguis.

ALYACMON. Rapidus, purpureus. *Alyacmon fluuius est Macedoniæ.*

AMANTES. Cupidi, miseri, insomnes, amentes, soliciti, diserti, miselli, decori, miserandi, teneri, incauti, ardentes, cæci, infausti, furtiui, imprudentes, excordes.

AMARACVS. Mollis, genialis, suauis, nobilis, præmollis, dulcis, olens, suaue-olens. *Amaracus, vt poëtæ fingunt, filius fuit Cynaræ regis Cypri, qui cum vnguentarium alaba-*

alabastrum, quod ferebat, lapsus fregisset, tanto dolore intabuit, vt deorum commiseratione, in odoriferam eiusdem nominis herbam sit commutatus.

AMARANTHVS. Immortalis, florens, purpureus. *Amaranthus flos est, qui numquam marcescit. Vnde & immortalis dicitur*

AMAROR. Asper, ingratus.

AMATHVS Fecunda, grauida metallis. *Amathus ciuitas est Cypri metallifera.*

AMATOR. Feruidus, anxius, patiens, tener, blandus, pulcer, formosus, delicatus, mollis.

AMAZONES. Thericiæ, securigeræ, peltiferæ, thermodontiacæ, peltatæ, manortiæ, truces, feroces, bellatrices, scythicæ, crudæ, antiquæ. *Amazones fuerunt Scythicæ mulieres, prope Tanaim & Thermodõtem fluuios habitantes quæ nuptias perosæ Reipublic. sine viris administrabant. Ne tamen gens periret, finitimis congrediebantur. Si qui mares nascerentur, interficiebant. Femellis dexteriores imurebant mammas, ne sagittarum ictus impedirent. Virgines non otio, ne uellificio, sed armis, equis, venationibus, & contorquendis telis exercebant. Peltam & securim primæ omnium inuenerunt Vescebantur lacertis & testudinibus. Vnde* Sauromatides: *&* Sauropatides *vocabantur.*

AMBAGES. Fallaciosæ, reciprocæ, fraudulentæ, longæ, obscuræ, multiformes, nexæ, obliquæ, multimodæ, multiugæ, cæcæ, inuiæ, labyrintheæ, connexæ, multiuiæ, flexæ, labyrinthiacæ, lubricæ, perplexæ.

AMBITIO. Inanis, misera, praua, mala, leuis, solicita, impatiens, demens, impotens, degener, vana, vesana, pendula, turpis, liuens, æstuans, tabifica, infidelis, cretata, infamis, cæca, scelerata.

AMBROSIA. Salubris, dulcis, cælestis, opima.

AMENTIA. Præceps, petulans.

AMETHYSTVS. Purpureus. *Est autem Amethistus gemma perlucens violacei coloris, habensque quendam veluti purpuræ fulgorem.*

AMICA. Formosa, mollis, fallax, dilecta, venalis, tenera, pulcra, blanda.

AMICITIA. Suauis, socialis, indeclinata, sancta, mollis, dulcis, tenax, sincera, familiaris, vera, chara, tenera, amœna,

AMICVS. Fidus, chatus, dulcis, candidus, vnanimis.

AMMON. Corniger, syriacus, garamanticus, marmaricus. *Ammon dicitur Iupiter.*

AMNIS. Pronus, riguus, vagus, spumeus, tumidus, rapidus, vadosus, piscosus, spumosus, obliquus, purus, agilis, vitreus, stagnans, concitus, peregrinus, vastus, currens, lubricus, profluus, viridis, turbidus, hibernus, cærulus, spumans, rigidus, frigidus, cauus, fluidus, riguus, conspicuus, madidus, herbiger, limosus, turgidus, gelidus, strepens, saxosus, perlucidus, vorticosus, terriuagus, corniger, fumidus, sonorus, amœnus, vndosus, pruinosus, raucus, nitidus, algidus, feriger, garrulus, areniuagus, argenteus, sonans, sinuosus, citus, nubigena, circumfluus, defluens, perennis.

AMOMVM. Affyrium, syrium, spissum, flagrans, pingue, odoriferũ, armenium, spirans, redolens, olens, mite, gratum, crassum, arabum, odoratum.

AMOR. Sæuus, sollicitus, cæcus, aliger, occultus, dulcis, improbus, vesanus, flagrans, placidus, incestus, ales, feruidus, lasciuus, tener, gratus, blandus, suauis, pulcher, volucer, pharetratus, socialis, socius, timidus, miser, acer, præpes, mollis, ingeniosus, vigilans, nudus, apertus, patiens, ferus, volatilis, aureus, purpureus, ambitiosus, insidiosus, rebellis, femineus, aduena, fœdus,

fœdus, sagittifer, fugitiuus, luxuriosus, infestus, auidus, puer, furtiuus, impotens, iniquus, iucundus, fallax, mãsuetus, infelix, turpis, volitans, pẽnatus, vilis, inconsultus, vagus, pestifer, teliger, calidus, pharetriger, malesanus, impiger, vrens, facundus, delicioſus, leuis, formosus, demulcens, elysius, ferreus, indomitus, bellus, pacis amicus, perfidioſus, imbellis, medullaris mærens, obscurus, flammidus, sincerus, mitis, proteruus, rediuiuus, candidus, sedulus, arcanus, pacificus, imperioſus, arridens, idalius, concors, feruens, ignifer, ardens, impudens, arctus, rapidus, amarus, gnidius, pallidus, mobilis, zelotypus, ferox, tenellus morosus, nequitioſus, malesuadus, venenoſus, stolidus, ignipotens, spurcus, volans, infamis, decorus, dulciculus, officioſus, surreptucius, secretus, furens, cupidineus, iuuenis, mellitus, paphius, venustulus, procax, ambitioſus, lepidus, libidinoſus, ambrosius, sceptriger, violentus, querulus, puellulus, mundicians, litigioſus, alatus, ventoſus, impatiens, impius, stultus, penniger, volaticus, aridus, atrox, insipidus, latens, vigil, seruus, genialis, facilis, cautus, vehemens, flammeus, mutuus, lumine captus, triumphator, vulnificus, ægrotus, dioneus, arcitenens, clandestinus.

AMPHIARAVS. Oeclides, lauriger, argolicus, augur, sacer. *Fuit Amphiaraus Græcus vates, & præscius futuri, filius Oeclei, & maritus Eryphiles, qui cum Adrasto Argiuorum rege ad expeditionem Thebanam profectus, eodem hiatu terræ absorptus est. Quod futurum antè præuidens, sese occultauerat Sed Eryphile corrupta monili aureo, quod acceperat ab Adrasto, eum latentem prodidit.*

AMPHIGENIA. Fertilis. *Nomen vrbis est.*

AMPHION. Dircæus; docilis, aonius, animans cautes, phœbæus, natus Ioue, lepidus, dulcis, musicus.

Poëta

Poëtæ fabulantur Amphiona Iouis & Antiopes filium artis musicæ adeo peritum fuisse, vt sequentibus cantum lyræ scopulis, Thebarum muros condiderit. Quod ideo fictum est, quia eloquij suauitate & oris facundia homines id ætatis rudes & more belluino viuentes, ad humaniorem vitæ cultum redegerit.

AMPHISIBAENA. Grauis, biceps. *Amphisibæna, serpens est habens geminum caput, hoc est ad caput & caudam. Capite intrinsecus nitibundo serpit tractibus orbiculatis.*

AMPHITHEATRVM. Conspicuum magnum.

AMPHITRITE. Neptunia, diues aquis, fluctuoma, nereia. *Amphitrite fingitur dea esse maris, filia Nerei, & vxor Neptuni. Capitur quandoque pro ipso mari.*

AMPHORA. Ollaria, olearia, picata, vinaria, pretiosa, mamertina.

AMPHRYSVS. Lenis. *Fluuius est Thessaliæ, iuxta quem Admeti regis armenta pauit Apollo.*

AMPLEXVS. Mollis, dulcis, tenax, furtiuus, venereus, auidus, charus, rapidus, placidus, iugalis, solidus, mutuus, voluptieus, fructifer, maritalis.

AMPVLLA. Rubida, *Plaut. in Stycho.*

AMVRCA. Nigra, pallida, inimica oleo, insulsa, putris, spissa, amara.

AMYCLAE. Tacitæ, antiquæ, armiferæ, ledæ, apollineæ, viridis, tetricæ, therapneæ, graiæ, æriſonæ, fundanæ. *Amyclas condiderunt Lacones, qui cùm secundum Pythagoream sectam à cæde omnium animalium abstinerent, & ex vicinis paludibus natas serpentes occidere nefas putarent, ab iisdem interempti sunt. Vnde Amyclas tacitas vocat Virgilius, velut Pythagoreas, quòd Pythagorica virtus esset, quinquennale silentium.*

AMYGDALVS. Phyllidis arbor. *Nam poëtæ fabulantur in hanc arborem mutatam fuisse Phyllidem commiseratione deorum, cùm illa doloris impatientia, quam ex perfidia*

Demo-

Demophoontis contraxerat, laqueo se suffocasset.

ANACREON. Teius, lyricus, vinosus, cupidineus. *Anacreon fuit poëta Lyricus ex Teio vrbe Ioniæ, cui Polycrates rex Samiorum plurimum detulit. Amauit Bathyllum elegantis formæ puerulum: item & Megistheum. Tandem acino vuæ strangulatus dicitur.*

ANAS. Fluuialis, ingluuiosus, timidus, latipes, aquosus, mollis, tremipeda.

ANAXAGORAS. Physicus, magnanimus, clazomenius. *Anaxagoras Clazomenius fuit philosophus, rerum physicarum doctissimus, generis gloria & diuitiis clarus, qui pluris faciens cultus ingenij quàm prædiorum, patrimonium & gentilitias hæreditates, quò liberius philosopharetur, sponte reliquit. Eóque facto peregrè profectus est, flagrans doctrinarum studio. Cum demum abunde promouisset in philosophicis disciplinis, reuersus est in patriam, vbi possessiones desertas inspiciens, Non essem, inquit, saluus, nisi istæ periissent.*

ANCHISES. Dardanius, pius, magnanimus, phrygius, phryx. *Anchises filius Capys ante bellum Troianum, nemorum latebras & solitudines fertur coluisse, gregibus & armentis intentus. Quibus cùm vacaret, adamari cœpit à Venere, ex cuius concubitu apud Simoëntem fluuium genuit Æneã. Cæcus fuisse fertur, ac propterea Troianorum consilius non interfuisse. Ardente Troia, cùm nulla spes salutis appareret, senio confectum Æneas humeris superposuit, secúmque vexit in Siciliam vsque, vbi, teste Virgilio, concessit fatis.*

ANCHORA. Ferrea, mordax, tenax.

ANCON. Dorica, celsa. *Ancon fuit vrbs Piceni, super mari Adriatico posita, quam Sicili condiderunt. Ancon autem interpretatur cubitus, quòd vrbs ipsa in littoris flexu posita sit. Lucan. lib 2.*

ANCVS. Pauper. *Fuit autem quartus Romanorum rex, ita cognominatus à cubito, quem incuruum habebat, Seruio teste.*

ANDRO-

ANDROMEDA. Cepheia, cepheis, threicia, mærens, perſeia, famoſa, triſtis *Andromeda filia Cephei regis Æthiopũ & Caſſiopes, alligata eſt ſcopulo, & expoſita ceto marino, monſtro, ob ſuperbiam matris, quæ gloriabatur ſe forma ſuperare Nereidas. Hanc autem Perſeus liberauit à periculo, & liberatam cepit vxorem.*

ANETHVM. Olens, odoriferum, redolens, viride. *Anethum eſt odorifera herba.*

ANFRACTVS. Tortus, curuus, opacus, inacceſſus.

ANGLI. Brutiadæ, angligenę, brutigenę, armipotẽtes.

ANGLIA. Clara opibus, Albiõn, diues pecorum, ſagittipotens.

ANGOR. Anxius, peruigil, triſtis, laborioſus.

ANGVILLA. Lubrica, cognata colubræ.

ANGVIS. Frigidus, ſquameus, tortus, maculoſus, cæruleus, reflexus, lubricus, intortus, maurus, martius, ater, ferus trux, tumidus, auid⁹, gorgoneus, venenatus, Iebycus, ſqualiens, minax, implicitus, horridus, lethifer, atrox, horrendus, viridis, ſinuoſus, marſus, textilis, volumineſus, ſibilans, criſtatus, ſquamoſus, horribilis, retortus, veneniger, ſæuus, ſquammiger, peſtifer, reter, toruus.

ANGVLVS. Secretus, obtuſus, remotus.

ANHELITVS. Ægri, creber, languidus.

ANIENVS. Gelidus, præceps, pomifer, tiburnus. *Anien, ſeu Anienus, ſiu Anio (horum enim quodque dici poteſt) fluuius eſt Italiæ, qui in monte Trebanorum ortus, lacus tres nobiles defert in Tiberim, & decurrens per agrum Tiburtinum facit cataractam. Nomen autem ſumſit ab Anio Etruſcorum rege ibidem ſubmerſo.*

ANIMA. Viuax, membrorum rectrix, immortalis, exſanguis, egregia, ſilens, caduca, volucris, vaga, diuina, mottix, ætherea, calida, cæleſtis, illuſtris.

ANIMVS,

ANIMVS. Sagax, memor, volucer, solers, sublimipeta, auarus. ANNALES. Piſci.

ANNIBAL. Pœnus, cruentus, durus, dirus, perfidus, afer, tyrius, puniceus, belliger, furibundus, eſſlæus, vagus, rector Libyæ, ſidonius, agenoreus, libycus, inferitus, barbaricus, indocilis pacis, magnanimus, naſamoniacus, atrox, ferus, ferox, barchæus, audax, barbarus, luſcus, callidus, fulmineus, immanis. *Annibal filius fuit Amilcaris cognomento Barcha, quem Carthaginenſes mortuo eiuſdem patre, principem ſibi delegerunt, quod iuuenis eſſet animo, nullaque periculi aut corporis incommoda, quæ ceteros remorari ſolent, expaueſceret. Is perpetuum & cum omnibus Carthaginenſibus commune odium ſuſcepit in Romanos, ob amiſſas Siciliam & Sardiniam.*

ANNONA. Copioſa, commoda.

ANNVLVS. Lacedæmonius orbis, *quod à Spartanis annuli vſus manarit* aureus, fulgens, rotundus.

ANNVS. Labens, lubricus, vertens, velox, fragilis, fertilis, præceps, vagus, mobilis, variabilis, celer, meaus, volubilis, properans, floriger, profugus, vernus, tacitus, fugax, volucer, fugiens, pomifer, recurrens, procelloſus, frugifer, breuis, florifer, fatalis, mordax.

ANSA. Attrita, tortilis, panda, dura, arcta, ferrea.

ANSER. Improbus, palmipes, argutus, latipes, clangens, raucus, garrulus, gratitans, ſaginatus, planipes, ſtridulus, aquaticus, canorus, paluſtris.

ANTAEVS, Terrigena, pugnax, ſuperbus. *Antæus gigas fuit in Libya, proceri corporis, qui in Herculem luctanti, Terra mater augebat vires, quotieſcunque eam attigerat. Quod videns Hercules, eundem in aëre ſuffocauit.*

ANTENOR. Phrygius, profugus, mauortius, troianus, dardanius. *Fuit Antenor Troianus, qui Troiam ipſam cum Æneæ Græcis prodidit, auctore Liuio.*

ANTI-

ANTICHRISTVS. Impurus. *Quintianus*: Nascetur catus Antichristus ille, Impurus, vigil, insolens, profanus.

ANTIGONA. Thebana, pia. *Fuit autem Antigona filia Oedipi regis Thebarum, quæ parentem vtroque captum lumine, ducebat præuia. Eadem quoque fratrem suum Eteoclem in bello peremptum sepeliuit, inuito Creonte tyranno.*

ANTIMACHVS. Tumidus, *vel propter tumidum poëtæ stylum, & ingenium; vel propter operis, quod composuit, magnitudinem. Fuit autem poëta Colophonius, admodum tenebrosus, qui dum quoddam poëma obscurum in auditorio recitaret, omnésque propterea discederent, excepto Platone: Legam, inquit, nihilominus, quoniam vnicus Plato est mihi pro omnibus.*

ANTIOPA. Nyctæis, barbara. *Antiopa filia fuit Nyctæi, quam Iupiter mutatus in Satyrum compressit, & ex ea suscepit geminos Amphionem & Zethum. Id ægrè gerens pater, negotium dedit fratri suo Lyco, vt & infantes exponeret, & de Antiopa sumeret supplicium. Misertus Antiopæ Lycus, neutrum fecit: vnde postea venit in suspicionem mutui amoris cum ea. Quod vbi suspicata est Dirce vxor Lyci, puellam in montem abductam, tauri ceruicibus alligat, suspensis à cornibus tedis ardentibus. Quo tormento affecta Antiopa, vsque adeò vociferata est vt ad clamorem accesserint Amphion & Zethus, qui matris iniuria moti, à Dirce pœnas sumpserunt.*

ANTIPHATES. Læstrygon, cruentus, lamius, trux, ferus. *Antiphates rex fuit Læstrygonum, Lami filius, qui Formiarum oppidum condidit. Hic cum ceteris Læstrygonibus humana carne vescebatur.*

ANTRVM. Viride, gelidum, opacum, cauum, cæcum, capax, vastum, rorans, obscurum, furuum, montanum, effossum, decliue, rosidum, conuexum, cæruleum, nigrum, virens, humidum, humens, nigrans, sulphureum, immundum, glaucum, putridum, siluestre, profun-

profundum, arcanum, concauum, muscosum, puniceum, monstriferum, recubans, fumificum, situosum, vndiuomum, nimbosum, latebrosum, horridum, abruptum, frondosum, exesum, nemorosum, horrendum, vmbrosum, limosum, deforme, horrens, vmbriferum, sinuatum, tacitum, hederosum, furtiuum.

ANVBIS. Latrator, verendus, latrans. *Anubis Deus fuit Ægyptiorum, qui figurabatur capite canino Vide Aleum.*

ANVS. Sedula, tremens, viuax, pia, annosa, curua, frigida, marcescens, tentiginosa, tristis, callida, turpis, desipiens, eneruata, multiloqua, languida.

APELLES. Cous, insignis.

APENNINVS Celsus, nubifer, longus, niualis, aerius, nimbifer, gelidus, frondens, saxosus, durus, magnus, altus. *Apenninus mons est altissimus, qui per medium & vniuersam Italiam in longum extenditur, cuius extera pars ad Tyrrhenum mare, meridiémque conuersa est, sinistra ad Adriaticum, vt describit Lucan. lib. 2.*

APER. Setosus, acer, minax, impetuosus, spumans, furens, horridus, marsus, ferus, toruus, sæuus, inhansuetus, nemoriuagus, mænalius, immanis, spumeus, fulmineus, setiger, futuus, vastificus, trux, ferox, arcas, erymanthæus, hirsutus, meleagræus, hispidus, tegæus, terribilis, dentatus, truculentus, erymanthius, fortis, durus, vulnificus, arcadius, violentus, frendens, sanguineus, sordidus, strictus, quadrupes, fruentus, proteruus.

APES. Hyblææ, parcæ, florilegæ, populatrices Hymetti, sole genitæ, sedulæ, sicaniæ, alacres, atticæ, fluidæ mellis, dædalæ, innubæ, fugaces, mellificæ, paruæ, ingeniosæ, vagæ, fauillæ, aeriæ, studiosæ, mares mellis, leues, cecropiæ, melliferæ.

APIDANVS. Herboſus. *Fluuius Theſſaliæ velociſſimus.*

APIS. Corniger. mareoticus, ſacer. *Apis rex fuit Argiuorum, qui nauibus tranſuectus in Ægyptum, cùm ibi mortuus eſſet, factus eſt Serapis, & maximus Ægyptiorum Deus. Colebatur autem in forma bouis adhuc viuentis, quem poſt certos vitæ annos merſum in ſacerdotum fonte enecabant, alium luctu quærentes, quem ſubſtituerent. Mærebantq. deraſis etiam capitibus, donec alium reperiſſent.*

APIVM. Amarum, viride, viuax, vdum, viridans. *Apium herba eſt amari ſucci, folia habens petroſelino ſimilia, ſed aliquanto maiora. Hinos apio in Achaia erat coronare victores ſacri certaminis Nemeæ.*

APOLLO. Formoſus, carminis auctor, phœbus, intonſus, agyieus mileſius, vaticinus, clarius, cynthius, arcipotens, augur, larous, palatinus, fatiloquus, leucadius, iunſperitus, grynæus, pulcer, actius, patarœus, cantor, ſandalarius, conſpicuus fide, cyrrhæus, thymbræus, delius, crinitus, diuus, delphicus, arcitenens, flauus, pharetriger, latoïdes, mitra, vates, delphicola, facundus, pythius, nomius, pandionius, pythicus, ſagax, dulcicanens, phanes, latonius, pulchricomus, thuſcanicus, delphius, certus, citharæ pulſator, lauripotẽs, ruralis, fatidicus, faticinus, mitis, tegeæus, medicus, imperioſus, doctus, placidus, alexicacus, capitolinus, mulicus, titan, roſcius, oſyris, pater vatum, ſagittipotens, doctificus, canorus, veridicus, ſminthæus, diuinus, nitidus, chryſocomus, palanthæus, proles latonia, iſmenius, tegyræus, chariſtius, lauriger, lycius, ſagittiger, paſtoralis, bubulcus, latonigena, didymeus, Cyrrhæ dominus, latialis, vocalis, actiacus, ephebus, ionicus, citharœdus, cortinipotens. *Apollo Iouis & Latonæ fuit filius. Natus eſt in Delo inſula eodem cum Diana partu. Cyclopes interfecit, ob fabricatum fulmen, quo percuſſus fuerat*

Æſcu-

Æsculapius eiusdem filius. Vnde aliquandiu diuinitate priuatus, Admeti regis Thessaliæ pauit armenta apud Amphrysum. Accepisse fertur citharam à Mercurio, & postmodum Musis præfuisse. Poetæ eorum ei sacrum faciunt ex volatilibus, ex plantis laurum. Amauit Cyrenen & Daphnen Penei fluminis filiam, quam fugientem in laurum conuertit. Item Hyacinthum commutauit in florem.

APONVS. Fumifer, calidus. *Fons est non longè à Patauio.*

APOSTOLI. Multilingues, sancti.

APPARATVS. Lautus, Persicus, regificus, splendidus, delicatus, magnificus.

APVLIA. Siticulosa, *ob vehementem calorem Solis.*

AQVA. Dulcis, lutulenta, cærulea, puteana, surda, quorea, exigua, caduca, cisternina, rauca, vaga, herbosa, pura, rapida, pluuia, sonans, serpens, tumescens, viridis, stagnans, mollis, fragilis, transcurrens, piscosa, limosa, niuea, lenis, fluminea, hiberna, emaculatoria, vitrea, querula, fumosa, subsiliens, prosiliens, placida, lentosa, perspicua, sonora, spumifera, nitida, piscifera, luctisona, humens, bullans, amœna, profluens, vndisona, terracea, prægelida, odora, arenosa, circumrigua, repitans, conspicua, liquida, paludifera, tumida, blanda, stiepens, cana, pluuialis, gelida, odora, scaturiens, rigua, fumifera, putealis, vilis, frigida, lustralis, rutila, auigera, fluctiuaga limpida, rotalis, desiliens, cœnosa. ympha, amnis, & fons, *Virgil. pro Aqua.*

AQVARIVS. Frigidus, horridus, radians, vriger, dus, humidus, pulcer, liqueus, iniquus, iliacus, tristis, uenilis, humens, fluuialis, nimbifer, frigens, gestator quæ, gelidus. *Aquarius vndecimum est signum Zodiaci, acto inde nomine, quòd eius ortu imbres plurimi fiant. Poëtæ fingunt eum esse Ganymedem Troili & Callirhoës filium*

quem in Ida venantem Iupiter ab aquila corripi iusserit, & ob elegantem formam in cælum sublimari. Et tum Aquarius dictus est, quod flavus ad Iouis cyathum, aquæ funderet. Nigidius contrà existimat esse Deucalionem Thessalum, qui maximo cataclysmo sit relictus cum vxore Pyrrha in monte Ætna. At demum relatus in cælum propter reparatum genus humanum.

AQVILA. Iouis ales, præpes, ferox, altiuolans, fulua, sublimis, regalis, regia, prædatrix, grata Ioui, flammigera, bellatrix, venatrix, nubiuaga, Iouis famula, Delphicus ales, fulminis vector.

AQVILO. Frigidus, impotens, threicius, sudificus, siccus, sithonius niualis, nubilus, acutus, horrifer, sæuus, raucus, iniquus, ripæus, rigidus, durus, niuosus, serenifer, procellosus, piceus, strymonius, stridens, scythicus, gelidus, glacialis, sonorus, rapidus, sudus, opacus, hyperboreus, algens, terribilis *Aquilo ventus est Septentrionalis, flatus violenti & sonori, qui nubes discutit, & serenum reddit aërem. Aliter vocatus Boreas.*

ARA. Sacra, odorata, sollemnis, pinguis, thuricrema, flagrans, fumida, fumosa, graminea, casta, iusta, festa, sancta, thurifera, fumans, candida, viridis; fulgens, humilis, frondens, sacrifica, calens, illustris, rutila, nitida, aurata, votiua, sacrosancta, albens, renidens, tepida, celebris, lucens, fumifera, culta, herbosa, coronata, ardens, venerabilis, marmorea.

ARABES. Odorum diuites, palmiferi, thurilegi, molles, teneri, eoi, diuites, nigri, æstuosi, opulenti, odorati, thuriferi, longinqui, picti, mitrati, extremi, beati. *Arabes populi sunt Asiatici, vnguentis & aromaticis fruticibus abundantes. Hi mitrati degunt, aut intonso crine. Barbam abradunt, præterquam in superiore labro. Duas habent æstates, ac totidem hiemes. Sagittas inficiunt veneno. Fratres filios honore anteeunt quia maiores natu. Consanguinei omnia habent communia.*

munia. Maximus tamen ætate in omni re præcedit cæteros. Communis item vxor, imò verò vna omnibus.

ARACHNE. Mæonia, idmonia, animosa, operosa, sollers, lyda, perfida. *Arachne fuit mulier Lyda, quæ ausa est venire in certamen cum Minerua de lanificio: Quod ægre ferens dea, Arachnen radio percussit victrix, & in tantum animi dolorẽ compulit, vt illa suffocauerit se laqueo, in araneam postmodum commutata. Hæc, auctore Plinio, linum & retia fertur inuenisse. Eius item filius Ciosler fusos reperit.*

ARACYNTHVS. Actæus, *id est*, Atticus. *Nam mons est Ætoliæ, Minerue sacer.*

ARANEA Inuisa Mineruæ, vaga, audax, pendula, lyda, arida, sublimis, putris.

ARAR. Segnis, piger, tardus, lentus, longinquus, ferox, gallus, segnis, cunctabundus. *Arar fluuius est Galliæ Narbonensis, defluens in Rhodanum, adeò lentus, vt difficile sit iudicare, vtram in partem defluat. Nostro tempore vocatur Sagona.*

ARATOR. Curuus, robustus, durus, sedulus, infelix, incuruus, doctus, discinctus, vigil, pellitus, rusticanus, gnauus.

ARATRVM. Depressum, rusticum, curuum, sordidum, obliquum, rude, pressum, vncum, flexum, patiens, validum, durum, impressum, pandum, ruricola, habile.

ARATVS. Doctus, sagax, astriloquus. *Aratus fuit Pœta, Menecratis discipulus, qui scripsit Phænomena, hymnos in Pana, De moribus, epigrammata quædam in Antigoni vxorem, commentarios in Odysseam, &c.*

ARAXES. Barbarus, armenius, gelidus, medus, ferus, vagus, impacatus, scythicus, fluitans, niueus, rapidus. *Araxes fluuius est Armeniæ ortum habens à quodam monte, qui Abon, seu Aban dicitur. Labitur in mare Ca-*

ARGI. Abantei, inachij, dites agamemnonij.

ARGILLA. Tenuis, dulcis, vda.

ARGO. Rudis, magnesis, thessalica, ardua, argolica, pagasea, pagasæa, thessala, argoa argiua, iasonia, æmonia, tritonis, palladia, peliaca nobilis, magnesias, celebris, pelias, temeraria, audax, ratis heroum, æmonis, improba. *Argo dicitur fuisse prima nauium, dicta ab eiusdem nominis artifice, de quo Valerius Flaccus. Aly dictam volunt ab Argiuis seu Græcis remigibus, aut à Græca dictione Argon, quod est velox. Facta est autem ex arboribus Dodonæ siluæ, quibus olim reddebantur oracula. Vnde & poëtæ comminiscuntur & fingunt nauem ipsam fuisse vocalem & loquaculam, beneficio Mineruæ, quæ eius inuentrix fuisse fertur.*

ARGONAVTAE. Iasonij, æmonij, argolici, argoi, semidei, graij, audaces, pelasgi. *Argonautæ dicuntur heroës illi qui in Argo naui Colchos profecti sunt ad rapiendum vellus aureum. Sunt qui dicant fuisse duos & quinquaginta numero, alij quatuor addunt. De his Ouidius lib. 6. Metamorph.*

ARGOS. Nobile, aptum equis, achaicum, superbum, hippium. *Argos fuit Achaiæ ciuitas clarissima, vbi præcipuus honoribus colebatur Iuno.*

ARGVMENTATIO. Fraudulenta, contorta.

ARGVS. Custos virginis, aristorides, stellatus custos, centoculus, vigil, vigilans, oculeus. *Argum poëtæ dicunt pastorem fuisse centoculum, filium Aristori, adhibitum à Iunone ad seruandam Io filiam Inachi, quam Iupiter commutauerat in vaccam: interfectum demum à Mercurio, Ioue mandato, eiúsque oculos caudæ pauonis inditos à Iunone.*

ARIADNA. Minois, gnosis, minoia, cressa, lucida, gnosias, gnosia. *Ariadna fuit filia Minois regis Cretæ, cuius beneficio Theseus euasit labyrinthum, qui tamen immemor beneficij & periurus, eam abductam postea reliquit, vt Iason Medeam. Hanc postea Bacchus in vxorem duxit, eiúsque coronam*

nouem

nouem stellu ornatam, quam acceperat à Venere, astris intulit.

ARICIA. Nemoralis. *Vrbs est iuxta Albam in Italia, teste Seruio, quam Ptolemæus scripsit Latinorum mediterraneam.*

ARIES. Corniger, petulcus, pugnax, trux, tortus, celer, laniger, persultans, præceps, bellator, nepheleus, villosus, petulans, lanicutus, portitor helles, reciprocicornis.

ARIES, *machina.* Ferreus, durus, præceps, fortis, turrifragus.

ARION. Methymnæus, vocalis, apollineus, doctus, dulcis, cithaœdus. *Arion Methymnæus fuit citharœdus, & poëta lyricus, qui dum Lesbum patriam peteret, videretque insidias, & coniurationem parari sibi à socijs quibuscum nauigabat, propter opes, quas ferebat secum, rapta cithara modulans in mare se coniecit. Cuius cantu illectus delphin, dorso exceptum portauit ad littus, & exemit à periculo. Ouidius libro tertio de Arte.*

ARION, *equus.* Adrasteus, vocalis, velox. *Adrasteus, quoniam fuit equus, quem Neptunus dedit Adrasto. Statius libro primo Silu*

ARISTA. Mollis, pinguis, grauida, æstiua, tenera, cana, tenuis, flaua, odorata, gracilis, frugalis, fecunda, læta, frugifera, opima, cerealis, rigida, ieiuna, flauens, cinyphia.

ARISTAEVS. Cultor nemorum, arcadius, procax. *Aristæus filius fuit Apollinis & Cyrenes filiæ Penei, qui primus vsum mellis, & lactis coagulum inuenisse fertur.*

ARISTIPPVS. Græcus, socraticus, lacedæmonius. *Aristippus Cyrenensis fuit philosophus, auditor Socratis, qui instar Epicuri, summum bonum posuit in voluptate. Relicta patria profecturus in Græciam ad philosophandum, serui impetrauit, vt aurum & argentũ proiicerent, quòd fortè suspicaretur*

ſpum. Super hunc Alexander Magnus, & Auguſtus Cæſar pontes fecerunt.

ARBOR. Siluestris, opaca, patula, fertilis, cana, ramoſa, odora, flexilis, amœna, ardua, curuata, tenera, ferax, frugifera, frondens, florens, foliata, fruticoſa, frondoſa, fœcunda, viridis, nobilis, vmbroſa, prolixa, plantania, mitis, virens, procera verna, alticoma, luxuriosa, rigida, aprica, ſublimis, fragrans, reuirens, fructuoſa, pomifera, fructifera, alta, fœta, ambitioſa, ſobole fecunda, læta.

ARBVSTVM. Fructuoſum, lætum, vmbrans.

ARBVTVS. Viridis, hortida, frondens, latens.

ARCA. Veſtiaria, ferrata, ærata, patula.

ARCADES. Glandiphagi, proſelini, veteres, antiqui.

ARCES. Aëriæ, vmbroſæ, altæ, duræ, turrigeræ, validæ, fortes, munitæ, armiſonæ, conſpicuæ.

ARCHILOCHVS. Spartanus, obſcenus, immortalis, parius. *Archilochus poëta Parius, iambici carminis inuentor, qui Lycámben ſocerum ad mortem impulit, propter repulſam, quam paſſus fuerat in nuptiis filiæ eiuſdem.*

ARCHIMEDES. Syracuſius. *Fuit Archimedes geometra nobiliſſimus, patria Syracuſanus, qui primus ſphæram dicitur compoſuiſſe.*

ARCTOPHYLAX. Cuſtos vrſæ, glacialis, tardus, piger, triſtis, rigens, frigidus. *Arctophylax interpretatur cuſtos vrſæ, alio modo vocatur Bootes & Arcturus.*

ARCTOS. Gelida, opaca, ventoſa, parrhaſis, ſtrymonia, fremens, mœnalia, lycaonia, frigens, auſtrina, pruinoſa, ſcythica, ætherea, algens, boryſthenea, hiberna, ſublimis, borectis. *Arctos Græcè, Vrſa dicitur Latinè, quæ aliter Septentrio & Polus arcticus, dicitur. Eſt autem duplex: maior, quæ alio nomine vocatur Helice: minor, quæ Cynoſura. Ouid. lib. 4. Faſt.*

ARCVS.

ARCVS. Ituræus, acer, incertus, corneus sinuatus, geticus, sæuus, iniquus, fugax, leuis, curuatus, minans, rabificus, sonans, thrax, incuruus, horrisonus, letifer, minax, lentus, curuus aduncus, fatifer, trux, insanus, strictus, mænalius, belliger, vulnificus, stridulus, pharetratus, herculeus habilis aureus, cydonius, gortyniacus, scythicus, sinuosus, lucius, teres, tensus, amazonius, cædis sitiens, sagittifer, flexilis, noxius, dictæus, subdolus, Hexus, armenius, fulgens, patulus sarmaticus, flexibilis achæmenius, cnossiacus dubius, sonorus, refugus, dulcimeruis, inopinus, nitidus, rigidus.

ARCVS CAELESTIS Pictus, pluuius, nubilus, imbrifer cælestis, purpureus, cæruleus, nubicolor.

ARDOR. Feruidus, flammeus, turbidus, vulcanius, anhelus, ingens, fulgidus, radians, deuius, sirius, noxius, iuuenis, vorax, austrinus.

AREA. Planata, strata lata, patens, plana.

ARENA. Sterilis, spissa, litorea, fluuialis, marina, madida, mollis, fluuiatica saxifera, puluerea, vilis, bibula, fluminea, mobilis, fossitia, vaga, peregrina, ingesta vndans, reflua, humens, fulua, æquorea, nuda, fossilis, attrita, limosa, carbunculosa, natans, patula, piscosa flauens, putris, graculis, numero carens, vda, nitida gelida, madens, fluctuans, vitrea.

ARETHVSA. Frigida, Arcadia, velox, quadruplex. *Arethusam poetæ dicunt filiam fuisse Nerei ex Doride ab Alpheo fluuio Elidis adamatam, & à Diana in fonte ex eiusdem nominis commutatam, dum ipsius Alphei fluuium & vim effugere vellet.*

ARGANTHON. Vetus, belliger. *Rex fuit Tartessiorum, qui annis CCC. vixit, auctore Plinio.*

ARGENTVM. Lentum, purum, solidum, liuens, clarum, nitidum, album, pustulatum.

ARGI. Abantei, inachij, dites agamemnonij.

ARGILLA. Tenuis, dulcis, vda.

ARGO. Rudis, magnesis, thessalica, ardua, argolica, pagasea, pagasæa, thessala, argoa argiua, iasonia, æmonia, tritonis, palladia, peliaca nobilis, magnesias, celebris, pelias, temeraria, audax, ratis heroum, æmonis, improba. *Argo dicitur fuisse prima nauium, dicta ab eiusdem nominis artifice, de quo Valerius Flaccus. Aly dictam volunt ab Argiuis seu Græcis remigibus, aut à Græca dictione Argon, quod est velox. Facta est autem ex arboribus Dodonæ siluæ, quibus olim reddebantur oracula. Vnde & poetæ comminiscuntur & fingunt nauem ipsam fuisse vocalem & loquaculam, beneficio Mineruæ, quæ eius inuentrix fuisse fertur.*

ARGONAVTAE. Iasonij, æmonij, argolici, argoi, semidei, graij, audaces, pelasgi. *Argonautæ dicuntur heroës illi qui in Argo naui Colchos profecti sunt ad rapiendum vellus aureum. Sunt qui dicant fuisse duos & quinquaginta numero, aly quatuor addunt. De his Ouidius lib. 6. Metamorph.*

ARGOS. Nobile, aptum equis, achaicum, superbum, hippium. *Argos fuit Achaiæ ciuitas clarissima, vbi præcipuus honoribus colebatur Iuno.*

ARGVMENTATIO. Fraudulenta, contorta.

ARGVS. Custos virginis, aristorides, stellatus custos, centoculus, vigil, vigilans, oculeus. *Argum pœtæ dicunt pastorem fuisse centoculum, filium Aristori, adhibitum à Iunone ad seruandam Io filiam Inachi, quam Iupiter commutauerat in vaccam: interfectum demum à Mercurio, Ioui mandato, eiúsque oculos caudæ pauonis inditos à Iunone.*

ARIADNA. Minois, gnosis, minoia, cressa, lucida, gnosias, gnosia. *Ariadna fuit filia Minois regis Cretæ, cuius beneficio Theseus euasit labyrinthum, qui tamen immemor beneficij & periurus, eam abductam postea reliquit, vt Iason Medeam. Hanc postea Bacchus in vxorem duxit, eiúsque coronam*

nouem

nouem ſtellu ornatam, quam acceperat à Venere, aſtris intulit.

ARICIA. Nemoralis. *Vrbs eſt iuxta Albam in Italia, teſte Seruio, quam Ptolemæus ſcripſit Latinorum mediterraneam.*

ARIES. Corniger, petulcus, pugnax, trux, tortus, celer, laniger, perſultans, præceps, bellator, nepheleius, villoſus, petulans, lanicutis, portitor helles, reciprocicornis.

ARIES, *machina.* Ferreus, durus, præceps, fortis, turrifragus.

ARION. Methymnæus, vocalis, apollineus, doctus, dulcis, citharœdus. *Arion Methymnæus fuit citharœdus, & poëta lyricus, qui dum Lesbum patriam peteret, videretque inſidias, & coniurationem parari ſibi à ſocijs quibuſcum nauigabat, propter opes, quas ferebat ſecum, rapta cithara modulans in mare ſe coniecit. Cuius cantu illectus delphin, dorſo exceptum portauit ad littus, & exemit à periculo. Ouidius libro tertio de Arte.*

ARION, *equus.* Adraſteus, vocalis, velox. *Adraſteus, quoniam fuit equus, quem Neptunus dedit Adraſto. Statius libro primo Silu*

ARISTA. Mollis, pinguis, grauida, æſtiua, tenera, cana, tenuis, flaua, odorata, gracilis, frugalis, fecunda, læta, frugifera, opima, cerealis, rigida, ieiuna, flauens, cinyphia.

ARISTAEVS. Cultor nemorum, arcadius, procax. *Ariſtæus filius fuit Apollinis & Cyrenes filiæ Penei, qui primus uſum mellis, & lactis coagulum inueniſſe fertur.*

ARISTIPPVS. Græcus, ſocraticus, lacedæmonius. *Ariſtippus Cyrenenſis fuit philoſophus, auditor Socratis, qui inſtar Epicuri, ſummum bonum poſuit in voluptate. Relicta patria profecturus in Græciam ad philoſophandam, ſerui imperauit, vt aurum & argentũ proijcerent, quòd fortè ſuſpicaretur*

diuitias impedimento esse bonis disciplinis. Primus omnium Stoicorum mercede philosophatus est. Meruit nomen regij canis, quòd adularetur Dionysio, & sequeretur quaquà versum ut vellet, saginandi ventris caussa.

ARISTOPHANES. Salsus, prægrandis. *Aristophanes comicus fuit poëta, inuentor tetrametri & octometri: in carpendis hominũ vitiis liberrimus & mordacissimus. Docuit fabulas* LIV. *Socratis fuit æmulus. Tres habuit filios itidẽ comicos.*

ARISTOTELES. Peripateticus, stagirites, diuinus, doctus, stagiræus, anagnostes, magnus, admirabilis, princeps philosophorum. *Aristoteles philosophorum præcipuus, filius fuit Nicomachi medici. Platonis auditor, Stagiritanus patria, sectæ peripatetica princeps: qui libros supra trecentos reliquit.*

ARMA. Discordia, vulcania, furialia, tristia, crepitantia, valida, getica, potentia, rabida, iniqua, mæsta, auida, sonantia, aspera, inuisa, ferrea, prænitida, lemnia, fulgida, micantia, minabunda, fulgentia, radiantia, inimica, luctuosa, fera, pugnacia infesta, calentia, trepidantia, infelicia, egregia, lucida, aurata, horrifica, cælata, ærea, trepida, hostica, horrisona, ahena, pugnatoria, impia, grauia, nocitura, virilia, scelerata, violenta, cruenta, niuea, letalia, hostilia, insana, rutilantia, grassantia, mauortia, refulgentia, sanguinolenta, crudelia, spumosa, atrocia, victricia, sæua, picta, funesta, horrida, feralia, rebellia, dura, rapida, improba, pestifera, nitentia, nocentia, fatalia, vesana, truculenta, vltricia, præfulgentia, bellica, rigida, castrensia.

ARMENIA. Montuosa, horrenda.

ARMENII. Odorati, *quoniam abundant herbis & aliis plantis odoriferis.*

ARMENTVM. Bucerum, validum, montanum, toruum, spumans, lanigerum, discolor.

ARMI. Validi, rigidi, hirti.

ARNVS. Præceps, etruſcus, tuſcus, nobilis, vitreus, frigidus, gelidus, lucidus, fluens; rapidus, reſonans. *Arnus fluuius eſt Tuſciæ, defluens in mare Tyrrhenum.*

ARTEMISIA. Inclyta, magnanima, magnifica.

ARTES. Ingenuæ, doctiſonæ, præclaræ, quæſtuoſæ, egregiæ, operoſæ, doctæ, omnificæ, ſollertes, inuentrices operum, decoræ.

ARTIFEX. Doctus, clarus, peritus, manualis.

ARTVS. Moribundi, cinnamei, puleri, caduci, fragiles, robuſti, roſei, iuncei, validi.

ARVINA. Pinguis, ſucculenta.

ARVNDO. Tenera, fluuialis, vmbroſa, exilis, cerata paluſtris, crinalis, glauca, gracilis, tremula.

ARVNDO *pro iaculo*. Spicata, letalis, volans, gorgonis, tremula, pennata, volucris, ſtridens, cydonea, mauruſia, penetrabilis, acuta, cydoniaca, ſcythica, dictæa, leuis, hamata, celeris, parthica.

ARVSPEX. Etruſcus, Tuſcus, verus, venturi certus, vanus, Armenius, Comagenus.

ARVSPICIVM. Certum, fallax, Perſicum, *quia Perſæ eo claruêre.*

ARVVM. Dulce, pingue, dumoſum, hiuleum, frugiferum, patulum, pruinoſum, latum, fecundum, lumoſum, glareoſum, riguum, oliuiferum, pomiferum, apertum, vaſtum, odoriferum, fertile, vber, madidum, cereale, flauens, geniale, caritheium, ſpatioſum, pictum, campeſtre, floridum, rurale, floreum, herbiferum, florigenum, ſpirans, florens, amœnum, virens, ferax, aquoſum, ſcopuloſum, redolens, operoſum, ramoſum, beneolens, opulentum, puluerulentum.

ASCANIVS. Regius, Æneïdes, dardanius, dulcis, binominis. *Aſcanius filius fuit Æneæ, ex Creuſa, dictus ab Aſcanio*

Ascanio fluuio Phrygiæ. Hic Troia diruta profugus cum patri venit in Italiam, vbi Albam condidit. Alio nomine vocatus Iulus & Ilus.

ASCRA. Vetus, parnassis. *Ascra fuit vicus Bœotiæ in dextra Heliconis parte, Hesiodi poëtæ patria, qui propterea dictus est Ascræus.*

ASIA. Magna, potens, diues.

ASINVS. Tardus, oneratius, dossuarius, vilis, plaustrarius, molarius, piger, pandus, vulgaris, arcadicus, ignauus, lentè gradiens, auritus, ineis, rudens, segnis, horripilus, turpis, clitellarius, mænalius, lentipes, quadrupes, insulsus.



ASPARAGVS. Montanus, incultus. *Asparagus dici potest virgultum, seu herba in virgulta & caulem crescens, ab asperitate. Alio nomine vocatur Corruda. Frequens est in Germania, & Rauenna, auctore Plinio. Suetonius ait Cæsarem Augustum ad exprimendam rei alicuius celeritatem consuesse dicere, Celerius quàm asparagi coquantur.*

ASPECTVS. Venustus, pulcer.

ASPERITAS. Agrestis, denticulata.

ASPIS. Pharia, sicca, somnifera, leusera, somniculosa, somnifica, tumescens, formidabilis, *Aspis serpens est, ad cuius morsum nullum planè est remedium, præterquam si confestim partes contactæ amputentur.*

ASSYRIA. Diues.

ASTRA. Cælestia, ignea, titania, aurea, radiantia, nitentia, lucida, ardentia, rosida, præsaga, lucentia, nitida, nimbosa, pura, rutila, flagrantia, flammigera, insignia, conspicua, candentia, pulcra, micantia, refugarorantia, fixiuaga, flammiferentia, splendida, errantia, lucifera, radiosa, empyrea, clara, sublimia, flammiuoma, fatalia, ætherea, cæliuaga, tremula, excellentia, decora, noctiuaga.

ASYL

ASTVS. Captioſus, ſollers, fallax, cæcus, pauidus, ter, calidus, artificioſus, prudens, timidus, vafer, lycaonius, veſutus.

ASTVTIA. Attica, ſollers, vafra.

ASYLVM. Infame, tutum. *Romulus condita Roma ad augendam populi frequentiam condidit locum, ad quem confugientes ſaluos eſſe voluit, & immunes à ſupplicio, quicquid ſcelerum commiſiſſent.*

ATALANTA ARCADICA. Nonacria, mœnalia, fugax, calydoniaca, meleagria, abantias, iaſis. *Hæc Atalanta fuit Arcadica virgo & venatrix, Iaſi filia, vel, vt alij malunt, Abantis regis Argiuorum, quæ conſeruandæ virginitatis ſtudio, Dianæ ſe dedit comitem, ſub qua meruit in ſilua, adeo vt vaſtiſſimum aprum interfecerit in Arcadia, vnà cum Meleagro filio regis Oenei, cui poſtea nupſit, & ex eo ſuſcepit Parthenopæum.*

ATALANTA. Schœneia, ſchœnis, ſchœneis, pernix. *Hæc poſterior filia fuit Schœnei regis in Scyro inſula, quæ cùm præſtaret pedum agilitate, curſu certabat in procos, ea lege, vt eis nuberet a quo vinceretur. Puellæ forma captus Hippomenes adoleſcens venit in certamen, acceptis à Venere tribus malis aureis; quæ currens ſenſim proiecit in terram, vt hæ colligendis occupata virgo, tardius attingeret metam, & vinceretur, vt victa eſt. Itaque pacta conditione eidem nupſit. Ambo tandem mutati ſunt in leones, quòd in templo Cybeles neglecta religione concubuiſſent. Ouid. 10. Metam.*

ATAX. Mitis. *Fluuius eſt ortum habens in montibus Pyrenæis, & defluens in mare Tyrrhenum.*

ATHAMAS. Toruus, infelix. *Fuit Athamas rex Thebarum, qui furore correptus, Learchum filium occidit pro leone. Quod videns eiuſdem vxor Ino, aufugit cum Melicerta altero filio, & in mare ſe eiecit. De Athamantis parricidio Ouid. lib. 4. Metamorph.*

ATHENAE.

ATHENAE. Cecropiæ, erechthæ, atticæ, claræ, bonæ, palladiæ, pandioniæ, doctæ, ferules, sublimes, astææ, illustres, veteres, graiæ, celebres, altiloquæ, antiquæ, florentes, mopsopiæ. *Athenæ ciuitas fuit totius Græciæ clarissima inter Achaiam & Macedoniam, à Cecrope rege condita, cui Minerua nomen imposuit, quam Græci Athenam vocant. Fuit autem hæc vrbs omnium bonarum artium inuentrix, philosophorum & oratorum mater, & poetarum alumna. Inde orta sunt infinita propè commoda ad vsum vitæ humanæ. Nam primæ omnium Athenienses lanificij, olei, vini, agri cultura vsum docuere.*

ATHENIENSES. Cranai, tettigophori.

ATHESIS. Amœnus, velox, cærulus, limpidus, vitreus, cruentus, fremens. *Athesis flumen est Italiæ, celeriter fluens, & cadens in Adriaticum mare.*

ATHLETA. Leuis, acrochiristæ, pictes, gymnicus, discobolus, halticus, stadiodromus, pentathlus, pancratiastes, xystlicus, cæromaticus.

ATHOS. Vastus, æmonius, præruptus, salebrosus, glacialis, velificatus, magnus. *Athos mons est altissimus inter Macedoniam & Thraciam, quem Xerxes abscidisse fertur, & velis fecisse peruium. Vnde à Iuuen. dicitur* velificatus.

ATINA. Prisca, potens. *Ciuitas Latinorum mediterranea, iuxta Pontinas paludes. alia fuit eodem nomine in Lucania.*

ATLANTIDES. Eoæ, vagantes, dioneæ. *Sunt Atlantides filiæ Atlantis ex Pleione, quæ à nomine matris aliter vocantur Pleiades. A Latinis dicuntur Vergiliæ, quoniam oriuntur tempore Veris. Has autem Iupiter in astra retulit, cùm Orionem illis vellet inferre, &c.*

ATLAS. Durus, cælifer, validus, gelidus, asper, ferreus, mauruſius, pœnus, longæuus, pinifer, marmaricus, libycus, pretiosus, olympifer, caspius, nubifer, stellifer, nemorosus, sublimis, magnus, maurus, barbarus,

arus, arduus, pruinosus, occiduus, astrifer. *Atlas mons est Mauritaniæ, tantæ altitudinis, vt cacumen eius prospici nequeat. Propterea poëtæ fabulati sunt esse gigantem, qui sustineat cælum humeris.*

ATOMI. Subtiles, volitantes.

ATREVS. Tantalides, crudus, pelopeius, furens, iurus, ferus. *Atreus & Thyestes filij fuerunt Pelopu in se inuicem adeò sæui, vt Thyestes cum Europa fratris vxore concubuerit: & incestum hunc ægrè ferens Atreus, liberos proprios ei comedendos apposuerit. Cuius facinoris horrore sol retrocessisse fertur, reuocato ad auroram curru.*

ATRIDAE. Tumidi, gemini. *Atridæ dicuntur Agamemnon & Menelaus Atrei filij, qui Græcorum principes fuerunt in expeditione Troiana.*

ATRIA. Ærata, alta, ampla, pulcra, spatiosa, lata.

ATROPOS. Ferrea, dura, tunesta. *Atropos Demogorgonis filia, vel Erebi & Noctis, vna est Parcarum, quas pœta dicunt metui vitam hominum fusis & stamnibus, quæ ex lana colonent & deducunt.*

ATYS. Cybeleius, berecyntius, phryx, phrygius, semiuir, tener, celænæus. *Fuit Atys puer Phrygius elegans forma, adamatus à Cybele, qui propter vitiatam Sangaridem nympham furore correptus, putans domos ruere, tectum omne diffugit, & per summa Dindymi montis Phrygiæ discurrens, arrepto cultro seipsum exsaxauit.*

AVARITIA. Acris, profunda, cupida, cruenta, hians, furens, solicita, tristis, rabida, turpis, fœda, vilis, inexpleta, scabia.

AVARVS. Cunctans, vigil, mendicus, pauper, miser, solicitus, sordidus.

AVCEPS. Callidus, versutus, pellax.

AVCVPIVM. Plumosum.

AVDACIA. Præsens, valida, præceps, pugnax, feia,

tera, insolens, incauta, ferox, petulans perdita, cæca.

AVELLA. Malifera, *ab optimis nucibus, quibus abundat, quæque ab ea Auellanæ dicuntur. Vrbs est Campaniæ.*

AVENA, *pro fatui genere.* Sterilis, vana, gracilis, leuis, iners, bibula.

AVENA, *pro fistulâ.* Tenuis gracilis, teres, docilis, hyblæa, arguta, vda, resonans, septiforis, phœbea, altisona, perlucens.

AVERNVS. Olens, tristis, tartareus, niger, immitis, lugens, silens, pallens, piger, vacuus, pestifer, inexpletus, rigidus, inuisus, stygius, vastus, teter, profundus, horribilis, squallens, dirus, cæcus, styger, ardens, tapidus, obscurus, lustralis, vmbrosus, acheronteus, putris, internus. *Auernus lacus est Campaniæ prope Baias, vbi introitus ad inferos fuisse dicitur, ab a particula priuatiua, & ornis auis, quasi sine auibus: quoniam aues propter grauem halitum superuolantes intereunt.*

AVFIDVS. Violens, sonans, tauriformis *Aufidus fluuius est Apuliæ.*

AVGVR. Peritus, prouidus, fatidicus, phœbeius.

AVGVRIVM. Fatidicum, fatale, cæcum.

AVGVSTVS. Belliger, pater patriæ.

AVI. Longæui, graues, veteres, prisci, exangues, antiqui, austeri, vetusti, squalentes.

AVIA. Latebrosa, frondosa, aspera, secreta, fruticosa.

AVIS. Canora, garrula, arguta, vaga, pennipotens, pauida, loquax, deuia, aëria, nubiuaga, aligera, querula, rapida, altilis, mitis, canticulans, rapax, præpes, pennigera, cristata, indigena, auriuaga, versicolor, vagans, vocalis.

AVLA. Vacua, nitida, sublimis, venerabilis, magnifica, clara, prædiues, paludata.

AVLAEA,

AVLÆA. Superba, ſuſpenſa, attalica, babylonica, variata, pendentia, picta, ſarrana, purpurea, barbara, pendula. *Aulæa dicuntur tapetes, quibus ornantur aulæ, reperti primum ab Attalo Aſiæ rege. Aliter vocantur Peripetaſmata & Periſtromata.*

AVLIS. Piſcoſa, euboica, hecatæia, cadmæa. *Aulis ciuitas eſt & portus Bœotiæ, in quo Græci omnes ſub Agamemnone conuenerunt de excidio Troiæ.*

AVLON. Fertilis. *Mons eſt Calabriæ, optimi vini feracißimus.*

AVRA. Tepens, volucris, diffuſa, ætherea, ſpirans, fluens, liquida, aprica, petulans, gelida, frigida, aëria, tenera, leuis, rapida, vaga, ſalubris, tumēs, cita, facilis, mobilis, ſtridens, glacians, dulcis, horriſona, crepitans, ſtridula, vitrea, humida, nubifera, iucunda, argura, fluitans, rigens, caduca, circumflua, borealis, lubrica, ſpirabilis, ſublimis fecunda, furioſa, zephyrea, æquata, inanis.

AVRES. Flaccidæ, ruinoſæ, patulæ, tenellæ, auidæ, bibulæ, curuatæ, vigiles, auitæ, cupidæ, ſenſiles, pronæ, flaccæ, cauæ.

AVRICVLÆ. Molles, teneræ, bibulæ.

AVRIGA. Indocilis, properus.

AVRORA. Pallida, roſida, pallantias, tithoniæ, aurea, humida, præuia, fulgida, luteæ, eos, roſea, pudoricolor, purpurea, thaumantis, leucothoë, mater Memnonis, pallantis, clara, pallēs, matuta, candida, lucifera, diues, alma, culta, formoſa, pulcra, fulgens, rutilans, alba, flaua, rubicūda, vnigena, rubra, ſplendida, crocea.

AVRVM. Flauum, fuluum, regale, coruſcans, fulgens, monetale, obryzum, micans, nitidum, fuſile, clarum, ſolidum, exitiale, fatale, lydium, nobile, diues, gemmatum, purum, fulgurans, cæcum, radians, nitens, pretioſum, illuſtre, dalmaticum, terſum, rutilans, ſpecioſum,

cioſum, blandum, canalitium, inuidioſum, callaicum, defæcatum, purum putúmque, excoctum.

AVSONIA. Diues, armipotens, ſuperba.

AVSONII. Antiqui.

AVSPEX. Prouidus.

AVSPICIVM. Vanum, liquidum.

AVSTER. Humidus, frigidus, nubilus, pronus, furens, fallax, turbidus, calaber, rapidus, plumbeus, validus, pollens fulmine, pluuius, aquaticus, inſanus, imbrifer, fortis, præfrigidus, æſtuoſus, æolius, ſtridens, humans, inexorabilis, niger, ſæuus, circumflans, vdus, humens, leuis, pluuialis, luſtificus, torridus, nimboſus, atrox, madens, violentus, calens, nebuloſus, præceps, africus, inarcticus, ſtridulus, noxius, procax, nabathæus, garamas, hibernus, imbricitor, proteruus, imbricus, ſonorus, madidus. *Auſter ventus eſt meridionalis, nebuloſus & humectus, qui alter dicitur Notus. Certum eſt hunc ventum exitialem eſſe & morboſum. Propterea ſæpenumerò flare ſolet in autumno. D. Hieronym. Auſtrum appellat* pincernam pluuiarum, *quòd concitator ſit pluuiæ.*

AVSVS. Fortis, rapidus, præſtans, ſtolidus, nefandus, herculeus, audax, validus, ſtupidus, diomedeus, temerarius, generoſus, grandis, furialis, magnanimus, proteruus.

AVTOLOLES. Fugaces. *Sunt Autololes populi Getuliæ, de quibus Lucan. lib. 4.*

AVTOLYCVS. Ingenioſus. *Fuit Autolycus Mercurij filius, qui proxima Parnaſſo loca furtis infeſtauit.*

AVTVMNVS. Pampineus, vinifer, pomifer, grauidus, muſtulentus, ſordidus, pallens, dis, frugifer, frigidus, humidus.

AXIS. Verſatilis, ſonorus, feruidus.

AXONES. Leues. *Populi ſunt Galliæ, accolæ Axonis fluuij,*

DE LI-

DE LITERA B.

BABYLON. Superba, perſica, alta, rebellis, potens, truculenta, ſemiramia eximia, meretrix, purpurata, medamnis portentoſa, magnifica, antiqua. *Babylonem triplicem fuiſſe reperio; vnam Aſſyriam, aliam Libycam, tertiam Ægyptiam, quæ Nili Babylon vocata eſt. Conſtat etiam Babylonem vrbem fuiſſe Meſopotamiæ, Chaldæorum metropolim, tantæ celebritatis, vt reliqua pars Meſopotamiæ & Aſſyriæ, Babylonia ſit appellata. De hac vrbe vide Herodotum, Beroſum, & Plinium.*

BACCA. Siluestris, ſanguinea, ſicyonia, palladia, bicolor, amara, turgens, virens, hederacea, arborea, pinguis, idumæa.

BACCA, GEMMA. Conchea, fulgens, gangetis, nitida nereia.

BACCAR. Frondens, viridis. *Baccar eſt herba radice odorata, quæ à quibuſdam nardum ruſticum appellatur. Odor ei cinnamomo proximus. Ea auxiliatur contra ſerpentes & capitis dolores, feruoreſque: valet item contra faſcinationes.*

BACCHAE. Thebanæ, cadmeæ, mimalloniæ, ſæuæ adoniæ, ogygiæ. *Bacchæ, baccharum, dicuntur Bacchi ſacerdotes & ſacrificæ, quæ eiuſdem ſacrificia noctu celebrabant in Cytherone monte Bœotiæ. Alio nomine vocantur Manades, Eleides, Mimallonides, Edonides, Euhyades, Baſſarides, Thyades.*

BACCHVS. Liber, mitis, lenæus, odoratus, mæonius, nocturnus nyctileus, dulcis, dator lætitiæ, nobilis, bromius, myſius, nyſæus, euchius, echionius, thyrſiger, ſemeleius, thyoneus, baſſareus, puer Semeles, euhyus, iocoſus, inuerecundus, euan, armiger, bis genitus, generoſus, ſemeleia proles, racemifer, corymbifer, candidus, bicorniger, tener, fulmineus, ogygius, marcidus, inſanus, intonſus, ſacer, æmonius, alumnus

Dirces, rotator, audax, semeleius, validus, osiris, viridis, dionysius, viticomus, benignus, sæuus, nitidus, mollis, hederiger, iuuenis, martius, imberbis, roseus, ignigena, ismarius, cadmeius, blandus, pretiosus, rubicundus, calens, pampineus, brisæus, lesbous, eleus, vitifer, vitisator, dircæus, vuifer, racemipotens, corniger, tauromimitanus, belliger, spumans, lyæus, ebrius, lætificus, brumus, agenoreus, effeminatus, peruigil, sabazius, taurophagus, philœnus, semiuir, milichius, aonius, morychus. *Bacchus filius fuit Ioui & Semeles, &, vt fabulantur poëtæ, bis genitus. Nam fulminata eius matre Iupiter infantem femori suo indidit, & vbi accessit idoneum partui tempus, more grauidæ mulieris enixus est. Ei multarum rerum inuentum tribuitur. Primus enim emere & vendere instituit. Diadema, triumphum, coctionem ex aqua & hordeo confectam, quam cerenisiam vocant, theatrum item, musicam, & vini vsum primus inuenit. Hinc Deus vini creditur, & nonnumquam accipitur pro vino. Indiam bello superauit. Vniuersum terrarum orbem peruagatus est. Filios habuit Hymenæum, Thyonæum, & Thoanta.*

BACVLVS. Nodosus, teres, agrestis, acernus, accliuis.

BAETIS. Hesperius, vmbrosus, iberus, placidus, tarteſſiacus. *Batis fluuius est qui ex agro Tarraconensi demissus, mediam Hispaniam perfluit, mox mari propinquus, lacum efficit magnum, ac demum occidentalem intrat Oceanum. Ab hoc Batica prouincia cognominata.*

BAIAE. Liquidæ, amœnæ, vaporiferæ, salaces, desides, felices, calentes, tepentes, æstuantes. *Baiæ ciuitas est Campaniæ, à Baio Vlissis filio nomen adepta. In agro Baiarum, aquæ sunt calidæ, & ad balneorum voluptatem, & medelam morborum commodissimæ, vt latissimè patet ex Pontani duobus libris, quos inscripsit Baias.*

BALISTA.

BALISTA. Torta, Phocais, ferrea. *Sulpicius ait Balistam bellicum fuisse tormentum ex ferro, aut saxo, aut osse, quo magni lapides mittebantur. Formabantur olim ea magnitudine, vt lapides* CXX. *pondo eiacularentur. Balista maior saxa conterquet. Hæc à Phœnicibus reperta est. Minor hastam iacit & parua spicula. De maiore Ouid lib.* 1. *Trist.*

BALENA. Britannica, vasta, immanis, grandis. *Est balena piscis omnium maximus, partum lacte nutriens, non spirans branchijs, sed fistula quadam. In fronte gerit ora, fertur summa aqua: hebetatur sensibus ob corporu molem; propterea duce indiget, qui prælongus & albus, & capite procero, angusta cauda præst, &c.*

BALNEVM. Tenebrosum, dulce, mulcens, sudans, venustulum.

BALSAM, ℳ. Sudans, geniale, fragrans, luxuriosum, mite, odorum, redolens, spirans, sacrum, Palæstinus liquor, Hebræus liquor. *Balsamum arbuscula est aromatica, cuius lignum Xylobalsamum, succus Opobalsamum dicitur, fructu simili terebintho. Hæc arbor sustinet se sine adminiculo Trimatam fructifera est, proceritatem habet duorum cubitorum. Vnguentum balsamum viru conuenire scribit Martialis, cùm Assyria vnguenta magus deceant mulieres.*

BALTEVS. Sutilis, pictilis, cærulus, asper, pendulus, auratus, signifer, discolor.

BARATHRVM. Immane, imum, ferale, stygium, abruptum, infernum irremeabile, nigrum, præceps, tetrum, squalens opacum, caligans, triste, horrendum latum, voraginosum, tartareum, cæcum.

BARBA. Prolixa, impexa, mæsta aspera, hirsuta, propexa, hispida, fruticans, hirta, fœda, horrida, comans rigida, mollis.

BARBARIA. Inhumana, ferina dissona furens, horrida, cruda, fera, atrox, scelerata, aspera, immanis.

BARBITOS. Lesboa, facilis, multiformis, querula, venusina, multichordis, canora, niuea, mollis, æolia, aurea, aonia, dulcis, sonora, arguta, lesbia. *Barbitos instrumentum est musicum, plectro vel calamo pulsari solitum. Eo vtebantur veteres in canendis versibus lyricis. Barbiton, & barbitus dicimus.*

BARRHVS. Marmaricus, vastus, libycus, niger.

BASIVM. Blandum, luctans, lasciuum, aureolum, mordens, dulce, lætum, mite, noxium, poscinummium, pressum.

BASSARIDES. Entheæ, æmulæ, vagæ. *Enthea, id est, diuina, & Deo plena.*

BATAVI. Truces, auricomi, feroces, indomiti. *Batani populi sunt Germaniæ in insula Rheni, rudes, & inculti moribus, vt innuit illud Martialis dictum,* Aurem qui modò non habet Batauam.

BELGAE. Armiferi, audaces, pugnaces, crudi.

BELIDES. Danai puellæ, impiæ, scelestæ, danaides, miseræ, iniquæ, cruentæ. *Danaus Beli filius, filias habuit 50. quæ totidem Ægisthi filios nupserunt: factaque simul coniuratione, omnes maritos nocte vna interfecerunt, præter Hypermnestram, quæ Lynceo viro pepercit. Propter quod flagitium, perforatis vrnis aquas apud inferos æternum hauriunt.*

BELLARIA. Mellita, adorea, attica, epæcla. *Bellaria dicuntur cibi secundæ mensæ, qui apponuntur ad arritandam gulam. Vocantur à Græcis Tragemata, & Pemmata, auctore Gell. lib. 13. Noct. Attic.*

BELLATOR. Fortis, eximius.

BELLEROPHON. Castus, tetricus, isthmiacus, proles Glauci.

BELLONA Furens, tartarea, hastata, atra, mauortia, vindex, implacabilis, impia, ardens, tristis, ferox, inferna, atrox, fera, sæua, truculenta, cristata, fremens, turbida,

turbida, aspera, horrenda sanguinea, sordida. *Tellonem poëta deum belli faciunt, sororem & aurigam Martis, vulneribus & multa strage gaudentem.*

BELLVM. Triste, funestum, horridum, mortiferum, lacrymabile, crudele, durum, dirum, discors, exitiale, nefandum, infandum impium, flagrans, ferale, fugax, immane, sæuum, lacrymosum, lugubre, acerbum, funebre, ardens, infaustum, asperum, ferum, martium, irrequietum, miserabile, ferreum, forte, acre, atrum, seruidum, furibundum, furens, furiale, rediuiuum, turbatum, rapax, rapidum, perfidũ, intestinum, hostile, efferum, sanguineum, fluitans, trux, luctiferum, acerbum, flebile, latrans, geticum, barbaricum, refugum, rabidum, miserum, perniciosum, violentum, nefarium, sacrilegum inexpiabile, auidũ, periculosum, cruentum, ferro cinctum, bellicum, turbulentum, sceleratum, sæuiens, insanum, truculentũ, funereum, fremebundum, letale, audax, ferox, stagnans sanguine, rigidum, armisonum, mauortium, cruorifluum, exangue, profanum, formidabile, atrox, letiferum, præformidabile, animosum, horrendum, graue, creperum, anceps, furiosum, luctuosum, importunum, terribile, pestiferum.

BELLVA. Sæua, fera, immanis, ferox, frendens.

BENACVS. Vorticosus, piscosus, sonans.

BENIGNITAS. Clemens, grata, mitis.

BERYLLVS. Glaucus, inæqualis. *Berylli, gemmæ peculiares Indiæ, quæ poliuntur sexangula figura artificum ingenio, quoniam hebescunt, nisi color repercussu angulorum excitetur. Aliter politi non haberent eundem fulgorem. Probatissimi sunt, qui viriditatem puri maris imitantur.*

BESTIA. Trux, dira, terribilis, fera, noxia, impura.

BETA. Candida, fatua, tenera, plebeia. *Beta herba est aluum laxans, omnium hortensium lenissima, sed qua condi-*

tur acrimonia sinapis. Diuiditur in duo genera: nigram, & candidam: ab alijs in vernam, & autumnalem. Vtilem esse ventri docet Martialis lib. 3.

BIBLIS. Phœbeia, incesta, sororia, miletis. *Biblis Mileti fuit filia & Cyanes: quæ cùm fratrem Caunum misere deperiret, eiusque concubitum non posset assequi, laqueo spiritum intercepit. Pœnæ fili ob eam beneficio Naiadum in fontem post assiduas mutatam lacrymas, cùm ad quandiu à fratre neglectam sese indoluisset. De qua Ouid. libro 9. Metamorph.*

BIBLVS. Fluminea, miliaca, pharia, palustris. *Biblus dicitur iuncus seu scirpus, cuius tenuissimis fissuris olim charta conficiebantur.*

BIDENTES. Lanigeræ, mites.

BIGA. Cita, rapida.

BILIS. Difficilis, splendida amara, acris, vitrea, commota, mascula, ardescens, flaua, nigra sicca calida, cærula, horrida, iniqua, atra, perurens, crocea, feruida, ferox, truculenta, rapida, feruens, cærulea, acerba, ardens, flammata, acuta, pallida, mala, irata, iracunda, vesana.

BIPENNIS. Valida, sæua, thermodontiaca, fulgens, ærata, dura, fera, tartarea, violenta.

BISONTES. Turpes, villosi.

BITVMEN. Nigrum, pingue, tenax, lentum, semiramium, liquidum.

BLANDIMENTVM. Pernicioſum, noxium.

BLANDITIAE. Molles, muliebres, argutæ, floridæ, dolosæ, flagitiosæ, leues, teneræ, procaces, vxoriæ, blandæ, dulces, elysiæ, falsæ, fallaces, lenes, cupidineæ, mellitæ, sireneæ, virosæ, pellaces.

BLATTA. Lucifuga, sordida, trux, infesta, informis, pallida. *Blatta vermiculus est libros & vestes erodens. Capitur etiam pro vermiculo bombyce, cuius textu vestes sericæ*

conficiun-

coniunguntur. Item pro purpura.

BOATVS. Horrificus, territremus.

BOHEMI. Sæui, acres; Albicolæ. *Bohemi populi sunt Germaniæ prope Albim fluuium habitantes, à quo dicuntur Albicolæ.*

BOMBVS. Grauis, mimalloneus, rauciſonus, terrens, diſſultans, horriſonus, ſomnifer, terrificus, reſonans, inornatus, horrificus, tumidus, raucus.

BOMBYX. Orontæa, arabia, aſſyria. *Bombyx dici poteſt ſubtiliſſima tela, quam eiuſdem nominis conficiunt vermes in India aranearum more. Hinc veſtes bombycinæ.*

BONA DEA. Feminea: *quoniam ab eius ſacris viri arcebantur. Propert. lib. 4.*

BONITAS. Tranquilla, ſincera.

BONONIA ITALIAE. Potens, felſinea.

BONVM. Volucre, fluidum, blandum, fragile, fugax, diues, opulens.

BOOTES. Piger, tardus, hyperboreus, arctous, nigrans, gelidus, ferus, rigidus, lycaonius, glacialis, ſerus.

BOREAS. Trux, thrax, frigidus, ædonius, alpinus, thracius gelidus, ſæuus, nubifugus, ſudificus, horrifer, præceps, threicius, othryſius, æmonius, rapidus, aſper, ſcythicus, niger, hibernus, acer, grauis, cæruleus, rigens, arctous, rigidus; ſarmaticus, inſanus, niualis, ſiccus, algens, penetrabilis, ferus, immanis, ſæuiens, ſtridulus, furens, volucer, violentus, immitis, ferox, ſithonius, minax, ater, efferus, procelloſus, crudelis, nimboſus, inſultans, turbidus, ſtridens, caſpius, nimboſus, frigens, ſonorus, horriſonus, arcticus, brumans, perflans, ſerenificus, atrox, ſcoparius, acerbus, Iſmarius, ninguidus. *Boreas ventus eſt ſpirans inter Septentrionem & exortum ſolſtitialem: Latinè vocatur Aquilo. Flatus eſt violenti & ſonori. Natura ſua nubes diſſipat, & aquas gelu conſtringit. Poëta eum*

Astræi filium faciunt, patrémque Zethi & Calai.

Bos. Validus, arator, ruricola, minax, opimus, æripes, ferus, tardus, toruus, corniger, agrestis, cornupeta, durus, bucerius, armosus, tumidus, hirsutus, agricola trux.

BOSPORVS. Iners, thrax, tessuus, threicius, cimmerius, thracius. *Bosporus est angustus maris meatus iuxta Byzantium, per quem Pontus in Propontidem fluit; dictus à transitu Ious in bouem deformati. Hic dicitur Thracius. Alter est in introitu Maeotidos paludis, per quem Maeotis palus in Pontum defluit. Hic appellatur Cimmerius, a Cimmerijs populu Septentrionalibus, qui eam partem incolunt.*

BRACHIVM. Candidum, lacteum, candens, leue, forte, fulgens.

BRENNVS. Sacrilegus, magnanimus. *Fuit Brennus Gallorum Senonum dux potentissimus, qui cum trecentu armatorum millibus in Italiam irrumpens, Romam cepit, & Romanam superbiam retudit. Ad extremum tamen Apollinis Delphici templū ingressus prædæ caussa, ira numinis se interfecit.*

BREVITAS. Laconica, celer.

BRIAREVS. Centumgeminus, immensus, sæuus, centimanus, vastus. *Briareus filius fuit Terræ, gigantum maximus, cui poëtæ centum brachia fuisse dicunt.*

BRISEIS. Troia, serua, formosa, lyrnessis. *Briseis fuit puella ab Achille rapta ex Lyrnesso regia Minetis, & supra modum adamata.*

BRITANNI. Flaui, caledonij, feri, occidui, æquorij, virides, extremi, sepositi, cærulei, picti, semoti, horribiles, gelidi, audaces, neptunicolæ, contenti modica nocte, duri, extremi, auriferi, arctoi, fortes, remoti, infesti, pugnaces, aquilonigenæ.

BRITANNIA. Sæua, dira, ignara luporum, generosa, diues, flaua, diducta, picta.

BRIXIA. Diues, animosa. *Est vrbs Gallia Cisalpina, a*

ne, à Germanis in Italiam transeuntibus condita.

BRVMA. Intractabilis, frigida ripæa, iners, gelida, cana, pallida, nimbosa, hiberna impotens, madens, stridens, albens, rigida, sæua, horrida glacialis, algida, iniqua, candida, decembralis, intolerabilis, frondiflua, rigens alba. *Bruma à breuitate dierum dicitur, significatque non tam frigus, quàm ipsam temporis breuitatem. Fit autem in Capricorno. Propterea antiqui portas Solis uocarunt Cancrum & Capricornum, quòd in Cancro fiat solstitium; in Capricorno bruma, seu breuissimus dies.*

BVBO. Siniſter, trepidus, fœdus, profanus, funereus, stygius, raucus, damna canens, infestus, dirus, luctifer, mœstus, nocticanus, ater, feralis. *Bubo auis est feralis, debilis ad volatum, in cauernis locisque desertis commorans. Noctu uolitat solus. Deserta incolit, desolataque & inaccessa loca. Non habet cantum uocalem, sed gemitum. Propterea uisus in urbibus, suspicionem affert & portentum futuri mali.*

BVBVLCVS. Ignauus, durus, vigil, tardus.

BVCCA. Tumida, tumefacta, turgens, tumes, rubens.

BVCCINA. Rauca, inflata caua, hostilis, strepens, canora, tartarea, sonax, scabra turmalis.

BVLBVS. Candidus, salax, megaricus, megaris. *Bulbus herba est pruritum & uererem excitans: caulem & folium habet lilio simillima: à Romanis dicitur allium agreste. Alij allium marinum uocant.*

BVLLA. Cærulea, vitrea, turgida, caduca, aëria, ventosa, inanis.

BVSTVM. Horrificum, cauum, inhonorũ, miserabile, saxeũ, illætabile, tenebrosum, gelidũ, odoriferũ, triste.

BVSIRIS. Illaudatus, tristis, narcoticus, cruentus ferus, dirus, durus, niliacus, crudelis. *Busiris rex fuit Ægypti crudelissimus, qui quos hospitio susceperat, solebat interficere. Ad extremum tamen interfectus est ab Hercule,*

cui

cui eaſdem parabat inſidias.

BVTYRVM. Acidum, laſciuum, retractum molle.

BVXVS. Fragilis, criſpata, conſtrepens, criſtata, tibicina, caua, pallens, flaua, frondens, tonſilis, multifora, iimenia, berecyntia. *Buxus arbor eſt tonſilis, & ſemper virens, viſcum producens & ſemen, quod Carthegan dicitur. Ea fiunt multiforatiles tibiæ. Vnde pro muſico inſtrumento nonnumquam accipitur. Fiunt & laudatiſſimi pectines, & vnguentariæ pyxides. Commendabilis eſt duritiæ & pallore.*

BVXETVM. Tonſile. *Martialis lib. 3.*

BYRSA. Tyria, punica, potens, ſidonia, barbarica, libyca, elyſæa, torrida. *Carthago dicta eſt Byrſa, quæ dicta Græca lingua coriam ſignificat.*

BYSSVS. Tenuis, canens, candens, albens. *Byſſus genus lini ſubtiliſſimi, quo pretioſiſſimæ & molliſſimæ fiunt veſtes, quæ byſſinæ appellantur.*

BYZANTIVM. Vrbs clara naualibus bellis, clauſtrum Ponticum, duplicis Imperij caput. *Vrbs notiſſima; alio nomine Conſtantinopolis dicta.*

DE LITERA C.

CABALLVS. Piger, volucer.

CACHINNVS. Dulcis, licentioſus, petulans, tremulus, argutus, lætus, tener, molliculus, mordax, ignauus, mordens, rigidus, ſubſannans.

CACVMEN. Vmbroſum, celſum, nimboſum, procerum, aërium, acutum, frondoſum, viridans, arduum, ſaxoſum, nemoroſum, altum, montoſum, ramoſum, ſublime.

CACVS. Semihomo, immanis, ferox, rapax, raptor, ſemifer, ferus, flammigena. *Cacus Vulcani fuit filius, qui in Auentino monte boues & armenta ſuffurabatur, qui verſis veſtigiis cauda trahebat in ſuam ſpeluncam, ne furtum agnoſcere-*

agnoſceretur. Hunc Hercules dedit morti. Propert. lib. 4.

CADAVER. Informe, mæſtum, tetrum, rancens, rancidum, turpe, deforme, exanimum, rogale, cinerofum, putridum, miſerandum, fœdum, odioſum, funeſtum, vile, putre, frigens, flebile, gelidum, cruentum.

CADMVS. Agenorides, Agenore natus, ſidonius, hyantius, exul, gener draconum, vetus, trux, aonius. *Cadmus filius fuit Agenoris & rex Phœnicum, qui apud Tyrum & Sidonem vrbes Aſiæ principatus eſt.*

CADVS. Picatus, chius, fragilis, famoſus, niger, ruber, vetulus, ilignus, ſpumeus, rubẽs, falernus, tortus.

CAEDES. Sæua, impia, dira, furialis, acris, fera, dura, ſanguinea, miſeranda, acerba, feralis, effera, letifera, infauſta, cruenta, funeſta, pallida, violenta, improba, infanda, rubens, atrox, inſana, miſera, horrifica, purpurea, horrida, cruda, turpis.

CAELVM, *pro inſtrumento.* Polyclœtum, laborifetum, fericum, mentoreum, phidiacum.

CAELVM. Altum, profundum, rotundum, celſum, nitidum, ſidereum, ſtellans, libratum, volubile, ſignifetum, magnum, conuexum, fulgens, igniferum, pendens, cæruleum, ſublime, ſplendidum, ſtelligerum, flammigerum, illuſtre, ſupinum, refulgens, recauum, pictum, altiſonum, aſtrifetum, coruſciferum, beatum, incuruum, pulcrum, flammifetum, rutilum, obliquum, coruſcum, arduum, ſtellimicans, ſtelliferum, æthereum, tonantiſonum, olympicum, gemmeum, verſatile, picturatum, omnipotens, recuruum, decemplex. Purum, liquidum, pluuium, nimboſum, pumiceum, coloratum, apertum, variabile, *pro aëre.*

CAEMENTVM. Molle, ſtructile.

CAESAR. Troianus, acer, cruentus, ferox, latius, egregius, inuictus, cinædus, magnanimus, armiſonus, tarpeius,

tarpeius, prædicator, superbus, hesperius.

CAESARIES. Nitida, rutila, refuga, radiosa, pendula, iosida, fluitans, candida, aurea, genialis, flauicoma, pulcra, intonsa, flauens, berenicæa.

CAESTVS. Crudus, validus, durus, grauidus, æriſonus. Pictus, percalidus, *pro cingulo Veneris. Cæstus erat claua habens pilas plumbeas loro bubulo appensas. Hoc olim digladiabantur veteres, vt Virg. lib. 5. Æn. de Darete & Entello docet.*

CAIETA. Dardanis, æneia, dardana. *Fuit Caieta nutrix Æneæ.*

CALAMVS. Agrestis, miloticus, paluster, leuis, mollis, gracilis, loquax, tenuis, argutus, dulciloquus, fragilis, sonorus.

CALATHVS. Vimineus, rasilis, vimine textus, capax, textilis, iners, virgatus, eburnus, columnus, femineus, prægnans. *Calathus vas est vimineum, in quo mulieres suos fusos & pensa reponunt aut violas.*

CALCAR. Sæuum, æratum.

CALCEI. Sicyonij. *Sicyon vrbs fuit in Achaia non procul Corintho, in qua molles calcei & muliebres fieri solebant. Vnde & Aluta vocatur Sycyonia.*

CALCHAS. Augur, Thestorides, vates, prouidus, verus. *Calchas fuit augur, Thestoris filius, qui tempore belli Troiani Græcis oracula reddidit.*

CALIGO. Picea, obscura, cæca, atra, crassa, terribilis, nubila, vaporosa, illuna, nubilosa, pœnalis, spissa, opaca, fumida, nigrans, obstrusa, furua, fumosa, tenebrosa, gelida, nigra, tetra, turpis, somnifera, stygia, præfurua.

CALIX. Perspicuus, fecundus, auratus, gemmatus, amplus, surrentinus, cauus, ventrosus. *Calix licet frequentissimè, & ferè semper capiatur pro vase vinario, interdum tamen accipitur pro vase in quo legumina coquuntur.*

CALLIDITAS. Fraudulenta, proterua, versuta.

CALLI-

CALLIMACHVS. Clarus, battiades. *Callimachus poëta fuit Cyrenæus, Batti filius, discipulus Hermocratis, qui vixit apud Ptolemæum Philadelphum in honore præcipuo: fuitq. bibliotheca regia præfectus. Omne poematis genus attigit.*

CALOR. Æstiuus, torrens, ardens, æmæus, vrēs, ignitus, feruens, flāmans, viralis, rapidus, viuificus, feruidus.

CALPE. Herculea, tarteſſia, occidua, iberia, mauruſia, heſperia, excelſa, ardua, alta. *Calpe vna eſt ex columnis Herculis, Abyla altera: nam montes ſunt vtrimque oppoſiti, quorum Abyla coërcet clauſtra Africæ, Calpe Europæ. Propterea columnæ Herculis vocantur. Has enim ipſe ibidem fixiſſe dicitur, cum boues Geryonis veſtigaret; perinde ac vltima ibidem eſſet orbis meta, neque vlterius quicquam ſupereſſet, quod vel adiri poſſet, aut habitari.*

CALTA. Luteola, flammeola, vſta, rubens, florens.

CALYDON. Meleagræa, monſtrifera, impia, pulcra ætola. *Calydon ciuitas eſt Ætoliæ, regia Oenei patris Meleagri, prope quam Meleager ipſe vaſtiſſimum aprum cum Atalanta interfecit.*

CALYPSO. Æquorea, atlantis, famoſa, atlantias. *Calypſo Oceani & Tethyos filia, regnauit in Ogygia inſula, vbi & naufragum Vlyſſem excepit hoſpitio.*

CALYSTO. Nonacrina, Lycaonia, Lycaonis, Parrhaſia, Tegeæa, Parrhaſis. *Calyſto filia fuit Lycaonis regis Arcadiæ, quam Iuno mutauit in vrſam, quòd eius amore captum Iouem agnoſceret. Iratus demum Iupiter eandem in aſtra retulit prope Borealem polum.*

CAMELVS. Hirtus, deformis, ſitiens, *eò quòd ſitim etiam toto quatriduo toleret.*

CAMENAE. Dulces, diuæ, aoniæ, caſtaliæ, cecropiæ, vocales, atticæ, multiloquæ, ſacræ, pieriæ, diuinæ, doctæ, ingenuæ, aſtræ, æternæ, lepidæ, italicæ, mæoniæ, argiuæ.

CAMERA,

CAMERA. Pendens, repanda, eburna.

CAMILLA. Priuernia, fortis, volsca, bellatrix. *Camilla fuit regina Volscorum, quam Metabus pater in medijs siluarum latebris ferino pauit lacte. Virgil. lib. 7. in fine eius virtutem describit.*

CAMILLVS. Fortis, ferus, fatalis Gallis, assertor, magnus. *Furius Camillus magnam gloriam virtute bellica sibi comparauit. Falisços obsedit. Veios decennali obsidione domuit. Gallos Senones Roma pepulit, eisq. vexilla Romanorum extorsit. Vnde* assertor, *id est, patriæ libertatis vindex dicitur à Martiale.*

CAMINVS. Fumifer, auidus, calidus, arcuatilis, furens, terrificus, horrisonus, flammifer, rutilus, ignitus, metallificus, ardens, flagrans, igniuomus, lambens.

CAMPANIA. Diues, prouida.

CAMPVS. Fertilis, pinguis, viridis, patens, gramineus, iacens, apertus, frondens, planus, latus, frumentarius, herbidus, vber, vliginosus, lætus, apricus, herbosus, virens, felix, lapideus, palustèr, humidus, patulus, arenosus, vdus, vestitus gramine, florens, paludosus, amœnus, puluereus, aquosus, frugifer, vitifer, perfluus, opimus, halans, amplus, floriger, dulcis, præpinguis, spatiosus, vernans, ferax, rigidus, luteus.

CANALIS. Plumbeus, angustus, flexuosus, riguus, patulus, cauus, occultus, multifidus, ilignus, irriguus.

CANCER. Rubens, calens, lernæus, torrens, calidus, ardens, adustus, pluuialis, cuiuans brachia, litoreus, octipes, fluuiatilis, æstifer, rapidus, scopulosus, cæruleus, feruens, æstiuus, testudineus, tardigradus, ferus, æquoreus, humens, rubicundus, obscenus, multipes, feruidus, inflãmans. *Cancer genus est piscis, & signum cæleste, quod Sol percurrit mense Iunio, cum iam vehementissimus est calor.*

CANCER,

CANCER MORBVS. Immedicabile malum. *Morbus est nascens in omnibus fere corporis partibus, sed maxime in mammis mulierum, quæ naturali menstruo non purgantur. Aliter dicitur Carcinoma, seu Carcinus.*

CANDOR. Niualis, albus, purus, niueus, conspicuus, argenteus, lacteus, igneus, ingenuus.

CANI. Sordentes, morosi, turpes, niuei, albi, gelidi, honorati.

CANITIES. Morosa, sordida, sancta, lucida, prisca, rara, alba, candens, turpis, veneranda, niuea, arida, inculta, frigida, squalens.

CANICVLA. Æstifera, sitiens, flagrans, icaria, sicca, æstiua, ignicomans, malesana, feruida, sitibunda, ignea, morbosa, calorifica, erigoneia, insana, damnosa, canium astrum, pestifer, Erigones canis. *Canicula signum est cæleste, in cuius exortu Solis vapores incenduntur, feruent maria, fluctuant in cellis vina, mouentur stagna, & canes toto eo spatio maxime in rabiem aguntur.*

CANIS. Obscenus, amyclæus, molossus, rapidus, Iacon, epiroticus, pulicosus, vigil, acer, venaticus, rabiosus, leuisomnus, sæuiens, immanis, formidabilis, horrendus, ædituus, villaticus, ferus, infestus, pastoricius, dianius, citus, celer, mænalius, sagax, leuifer, auidus, vocalis, armillatus, lymphaticus, audax, tristificus, horrisonus, vocifer, atrox, properus, odorisequus, fidus, uritus, mordax, amarus, fidelis, hirsutus, molossicus, dorius, pernix, raucus, incomodesticus, immitis, vmbei, rapidus, salaminius.

CANISTRVM. Patulum, latum, vimineum, purum, grauidum.

CANNA. Palustris, viridis, crassa, arguta, tenuis, leuis, paludigena, stridula, tremula, longa.

CANNÆ. Celebres, graues, cruentæ, feriales, in-

signes, spumantes. *Canna vicus fuit in Appulia Romanorum clade memorabilis.*

CANOPVS. Pellæus, pelusiacus, amyclæus, therapnæus, incestus, pharius, iliacus, spartanus, famosus, argiuus, lagæus. *Canopus fuit oppidum in Ægypto, sic appellatum a Canopo gubernatore nauis Menelai, illic aspidis ictu defuncto, inquit Sulpicius. Inde Nili ostium, quod propinquum est, vocatur Canopicum. Veteres dicebant Canobus.*

CANTHARVS. Ligneus, spumans, faginus, dulcifer, turgidus.

CANTVS. Orpheus, tremulus, apollineus, argutus, tener, melicus, doctiloquus, resonus, lætus, dulcis, ambrosius, mellifluus, sonorus, festiuus, dulcisonus, canorus, doctus, amœnus, pierius, lepidus, blandisonus, concinnus, multisonus, sonans, acutus, hymnisonus, dulcisonans, sirenæus, doctus, mæonius, altisonus, saltidicus, harmonicus.

CAPER. Virgregis, libidinosus, bicornus, setiger, bifrons, hirsutus, barbiger, toruus, corniger, lasciuus, acer, olidus, fœdus.

CAPHAREVS. Vltor, importunus, durus, euboicus, altus, procellosus, fallax, dirus, scopulosus, tristis. *Caphareus mons est Euboiæ altissimus Hellespontum versus, importuosus & formidolosus propter scopulorum sequentiam, & crebros undarum vortices.*

CAPILLI. Formosi, rosei, compti, refugi, nitidi, molles, odorati, flaui, rotantes, crocei, tenues, purpurei, adornati, dulces, teneri, pexi, refulgentes, rutili, vdi, ornati, myrrhei, effusi, nitei, ambrosij, auiati, aureoli, tortuli, intonsi, redolentes, cinnamei, flauicomi puellares, berenicæi, ventilantes, longi, conspicui.

CAPISTRVM. Nodosum, durum, ferratum.

CAPITOLIVM. Altum, aureum, celsum, in

lium

lium, auratum, romanum.

CAPRA. Lasciua, sima, hirta, rorans lacte, villosa, olida, barbigera, gracilis, amans saxa, hirsuta, siluestris, tegeatis, querula, sequax, intonsa, cinyphia, timida, cupida, dumiuaga, frondipeta, pauida, olenia, repens, petulca, tondens, virgultiuaga.

CAPRAE. Sequaces, lasciuæ, fugaces, imbelles, celeres, siluestres.

CAPRICORNVS. Tropicus, aquosus, rigens, gelidus, hirsutus, setosus, corniger, auritus, imbrifer, horrendus, frigidus, atrox.

CAPVA. Sublimis, opima, diues. *Vrbs est Campaniæ, condita à Capy Troiano.*

CAPVLVS. Aureus, eburneus.

CAPVT. Rutilum, auricomum, honestum, nitidum, ambrosium, purum, flauum, roseum.

CARBASA. Fluxa, vaga, spumantia, cana, alba.

CARBVNCVLVS. Igniuomus, flammiuomus, præfulgens, rutilans, radians.

CARCER. Cæcus, solicitus, squalidus, mœstus, piceus, tenebrosus, squalore repletus, durus, teter, hostilis, iners, latebrosus, angustus, sæuus, horrisonus, rigidus, ferox, solidus, profundus, ingratus, infaustus, profanus, obscurus, mœrens, opacus, cauus, vmbrosus, odiosus, inuisus, ferratus, robustus, squalés, horiendus, abstrusus, niger.

CARDO. Ferratus, vagus, durus, æratus, stridens, solidus.

CARDVVS. Agrestis, asper, segnis.

CARCHESIVM. Asperum. *Est autem carchesium poculum procerum, & circa medium partem compressum ansatum mediocriter, ansis à summo ad imum pertingentibus. Phereydes apud Macrobium aut Iouem Alcmenæ petrum*

concubitus carcheſium aureum dono dediſſe.

CAREX. Acuta. *Herba eſt duriſſima, aſparagi ſimilis. hinc Carectum, locus caricibus plenus.*

CARICA. Rugoſa. *Species eſt ficus.*

CARIES. Senilis, rodens, veternoſa, edax.

CARINA. Curua, panda, inflexa, celer, vncta, longa, turrigera, caua, trepida, picta, incurua, veliuola, audax, profuga, voluctis, ærata, miſera, dubia, bellatrix, vaga, cita, incauta, leuis, fragilis, tempeſtifera, veliferia.

CARMEN. Dulce, nobile, ſuauiloquens, deductum, operoſum, amabile, venuſtum, lene, conſolabile, tenerum, vocale, molle, ſublime, doctum, vigilatum, caſtalium, blandum, viuidum, iocoſum, bellum, facetum, melicum, fatidicum, honorum, threicium, excultum, modulabile, aureum, canorum, blandiſonum, ſeuerum, cultum, amicum, præclarum, nectareum, compoſitum, celebre, lepidum, expolitum, lætificum, ſonorum, leſbium, altiſonum, libidinoſum, leſbiacum, gratum, ingenioſum, mæonium, phœbeum, feſtiuum, mellitum, aonium, grandiſonum, ſcenicum.

CARMEN, *pro incantamento.* Æætum, theſſalum, colchicum, circæum, theſſalicum, cieinum.

CARMENTIS. Arcadia, docta, parrhaſia, tegeæa, mænalis, fatiloqua, veridica, euandria, faudica. *Carmentis vates fuit Arcadica, mater Euandri. Prius vocabatur Nicoſtrata. Verùm vbi carminibus dare cœpit reſponſa, Carmentis vocata eſt.*

CARNIFEX. Cruentus, crudelis, miſer, turbulentus.

CARO. Coctibilis, rubra, mortalis, fragilis, rebellis, infirma, ægra, ſeditioſa, vilis, languida.

CARTHAGO. Libyca, vrbs Agenoris, tyria, ſidonia, magna, impia, ferox, perfida, acerba, tumida, byſſica,

byrſica, æmula Romæ, antiqua, ſuperba.

CARYSTOS. Saxoſa, vndoſa, ferax, lapidoſa, argiua, graia, tirana. *Caryſtos vrbs fuit Euboeæ præſtantis marmore commendabilis, quo primus in columnis Romæ vſus eſt Mamurra.*

CASA. Humilis, tenuis, parua, fiondea, exigua, contecta ſtramine, ſtraminea, immunda putris, inſons, anguſta, ſordida, vilis, ſcythica, viridis, lutea, iuralis, rureſtris, columbifera, pauper, rudis, curta, frigida, ſilueſtris, lucifuga, agreſtis, turpis, modica, muluforis, exilis caricea, lignea ſecura lacera

CASEVS. Pinguis, ouilis, mollis, dulcis, candidus, niueus, venalis, rutilans, preſſus, molliculus, toloſas.

CASIA. Mitis, olens, rubens, florens, halans.

CASSANDRA. Priameia, phœbas, iliaca, phrygia, effrena, ilia, pergamea. *Caſſandra Priami filia, cum Apollini copiam ſui corporis promiſiſſet, ab eodem vates facta eſt: cum autem non ſtaret promiſſis, iratus Deus fecit, vt eiuſdem vatis vtis non adhiberetur fides. Hæc prædixit futura ex Helenæ raptu infortunia.*

CASSES. Doloſi, laxi, arcti.

CASSIOPE. Aſtrigera, infortunata, radioſa, fulgens. *Caſſiope fuit Cephei Æthiopum regis vxor: quæ cum formæ præſtantia multum excelleret, auſa eſt ſe conferre nymphis. Itáque indignatæ illæ, filiam eius Andromeden marino alligarunt ſcopulo, vt deuoraretur à bellua. Poëtæ dicunt Caſſiopen inter aſtra relatam fuiſſe.*

CASSIS. Aurea, fulua, criſtata, nitida, auricoma. minax, aurata, hirſuta, torua, martia, infeſta, ahenâ, obbata, caua, ferrea, ærata, cælata.

CASTANEA. Mollis, hirſuta, trux, pungens.

CASTITAS. Pura, illibata.

CASTOR. Ledæus, amyclæus, œbalides, therapnæus,

pnæus, œbalius, tyndareus, lacon, bonus frenis, tyndarides, cycnigena. *Castor filius fuit Ledæ à Ioue compressæ in forma cygni, frater Pollucis & Helenæ. Hi duo fratres vocantur Tyndaridæ, quoniam credebantur filij Tyndari. Post mortem ambo relati sunt in numerum deorum. Horum cùm alter Castor mortalis esset, alter immortalis, Pollux immortalitatem cum fratre diuisit. Quod ideo fingitur, quoniam duo sunt sidera, quorum altero occidente, alterum protinus incipit apparere. Ea præcipuè inuocantur à nautis.*

CASTRA. Horrida, hostilia, turrita, acerba, nefanda, martia, fulgida, hostica, sæua, opulenta.

CASVS. Dubius, anceps, repentinus, ambiguus.

CATASTA. Barbarica, auara, arcana, iners, rigida, barbara, cappadoca. *Catasta, locus erat vbi serui exponebantur venales.*

CATEIA. Panda, teutonica, vulnifica, celer.

CATENA. Teres, grauis, sæua, nexa, dura, arcta, ferrea, lemniaca, ærata, sæua, stabilis, adamantea, famula, solida, ferruginea, nodosa, valida, improba, stridens.

CATERVA. Florens ære, fulgens ære, spumans cæde, ensifera, audax, hostilis, armifera, vaga, insana, ærata, multisona.

CATILINA. Minax, sæuus.

CATINVM. Fictile, angustum, tuscum, fragrans. *Catinum vas est, in quo iurulentum aliquid ad escariam mensam ponitur.*

CATO. Inuictus, durus, intonsus, grauis, seuerus, consummatus, pugnax, rigidus, tetricus, doctus, tristis, honorus, sanctus, moratus.

CATVLLVS Lasciuus, doctus, tener, facundus, argutus, suauis, nitidus, mollis, doctiloquus, tenuis.

CATVLVS. Lactens, sagax, mordax.

CAVCASVS. Horrens, inhospitalis, ingens, niualis, multi-

multifidus, frigidus, asper. *Caucasus mons est Scythiæ altissimus, & multu sopulu frequens. Herodotus ait esse altissimum montium. Riget perpetuis nimbis. Abundat arboribus, herbis veneficis, & vulturibus.*

CAVERNA. Tecta, curua, vmbrosa, caua, cæca, vasta, exesa, effossa, ima, abrupta, furua, secreta, vmbrifera infossa colubrifera, clausa, fossa.

CAVLES. Patuli, teneri, protocomi, turgentes, virentes palustres.

CAYNVS. Apollineus, mæandrius. *Filius fuit Mileti ex Cyane nympha, nefando amore à sorore sua Biblide adamatus.*

CAVSIDICVS. Raucus, latrator, nummiuorus, vulturius, garrulus.

CAVTES. Dura, marpesia, cruda, deucalionea, solida, sipyleia, spinosa, aspera, saxosa, rigida, gelida, scabra, rigens.

CAYCVS. Gelidus, teuthrantæus, dulcisonus, mysus. *Caycus fluuius est Mysiæ, à Teuthranta Troadis parte defluens. In eius ripa frequentes feruntur esse cygni, vt apud Caystrum.*

CAYSTER. Oloriger, olorinus, mollis. *Cayster fluuius est Lyciæ, cygnis abundans.*

CEDRVS. Odorata, olens, enodis, æterna, libanitis libana, feralis. *Cedrus arbor est procera, nec tamen onerosa, folia habet cupressinis ferè similia, lignum iucundi odoris, & tineis imperuium & infestum. Propterea opus dignum cedro dicimus, quod laudabile est, & ab iniuria blattarum tinearúmque maximè conseruandum.*

CELAENAE. Altæ, illustres, phrygiæ. *Vrbs fuit Phrygiæ, in qua Marsyas ab Apolline victus est, & excoriatus.*

CELAENO Iciuna dira. *Una est Harpyiarum.*

CELOX. Remigera.

CELTAE. Vaniloqui. *Dicti ab eiusdem nominis rege.*

CELTIBERIA. Cuniculosa, *id est, cuniculis & subterraneis ad effodienda metalla cauernis plenissima.*

CENEVS. Philæus, elateius, validus, magnus, perrhæbus. *Ceneus, inquit Persius, fuit virgo, quæ à Neptuno pro stupri pretio meruit sexus mutationem.*

CENSOR. Rigidus, tetricus, seuerus, tristis.

CENSVRA. Fastuosa, tristis.

CENTAVREA. Graueolentia, thessala, chironia, *Centaureum herba est calidæ & siccæ complexionis; Callima, ventrem purgans, cholerámque & humores deponens, auctore Seruio.*

CENTAVRI. Furentes, biformes, minaces, nubigenæ, bimembres, ixionidæ, semiferi, sæui, Ixione nati, semimares, truces, osiei, feroces, superbi. *Ixion Phlegyæ filius, vt fabulantur poëtæ, Centauros genuit ex nube, qui finguntur fuisse humana facie, & equino tergo, quòd primi omnium equitauerint. Vnde* bimembres, semiferi, *&c. appellantur. Bellum gesserunt in Lapithas. Victi sunt ab Hercule. Aliter vocantur Hippocentauri.*

CEPA. Rubens, lacrymosa, sordida, ascalonia, tunicata, musta, aceiba, acris, flebilis.

CEPHALVS. Proles Cyllenia, æolides, actæus. *Cephalus filius fuit Æoli, qui Procrim vxorem suam, filiam Erichthei regis interfecit, dum illa furtim maritum in silua secuta esset, vt experiretur, an alteram adamaret ille feminam. Fuit venator magni nominis.*

CEPHEVS Æquoreus, iasides, impius, stellatus. *Cepheus rex fuit Æthiopum, pater Andromedes, quem poëtæ fabulantur in astra relatum.*

CERA. Pinguis, liquida, flaua, odorata, flauens, hymettia, phœnicia, dulcis, cecropia, attica, laborata, tenuis, mollis, diues, mantois, sexangula, hyblæa, multiflora, tenella, liquens, dulichia, fragilis, tenax.

CERA-

CERASTES. Libycus, vagus, anhelans, crinalis. *Ceraſtes ſerpens eſt, in cuius corpore quadrigemina dicuntur eminere cornicula, quorum motu, reliquo corpore occultato, ſollicitat ad ſe naues.*

CERAVNIA. Violenta, alta, ſcopuloſa, prærupta, excelſa, ignea.

CERBERVS. Inhians, ingens, ianitor orci, immanis, hians, meduſæus, vipereus, tergeminus, inſomnis, impauidus, malus, triſtis, aſper, tartareus, turbidus, triceps, ater, peruigil, ſtygius, infernus, triformis, inquietus, niger, audax, impius, plutonius, vorax, auernalis, inferus, latrator, atrox, triplex, improbus, horribilis, ſæuus. *Cerberus fingitur eſſe canis triceps in inferorum veſtibulo, ſerpentes habens pro villis.*

CERBERVM. Molle, calidum.

CERES. Flaua, eleuſina, munda, falcifera, legifera, pulueruléta, frugũ genetrix pia, tedifera, turicola, munifica, potens frugũ, eluina, ætnæa, ennæa, actæa fecunda, ſpicifera, alumna terrarum, ſicula, frugifera, annoſa, ſpicata, catanenſis, flauens, culta, celenæa, cupida, herbifera, paleis armata, theſmophora, cincta ſpicis. *Ceres filia fuit Saturni & Opis, relata in numerum deorum, & dea frugũ habita, quòd Siculis leges dederit, eóſque docuerit modum aranda terræ. Ex Ioue fratre ſuſcepit Proſerpinam, quam cùm Pluto rapuiſſet, furioſa mater facibus accenſis, eandem cum vlulatu per vniuerſum orbem inquiſiuit.*

CEROMA. Femineum, lentum. *Vnguentum eſt ex oleo & terra in ſpeciem luti, quo perfuſi palæſtrita luctam ineſſuri, puluere poſt inſpargebantur: eáque inſperſio vocabatur Haphe.*

CERTAMEN. Funeſtum, martium, trepidum, aſperum, alacre, anhelum, miſerandum, auidum, luctuoſum, miſerabile, validum, durum, acerbum, anceps,

ceps, tumultuarium, acre, sæuum, impium, animosum, bellicum.

CERVA. Aeripes, timida, territa, annosa, cornigera, fugax, viuax, siluicultrix, vetus, celer.

CERVCHI, *antemnarum cornua*. Summi, extremi.

CERVIX. Lactea, eburnea, argentea, eburna, cãdida, nitens, niuea, ambrosia, leuis, mollicutis, blãda.

CERVVS. Leuis, viuax, imbellis, fugax, pauens, alipes, aeripes, velox, quadrupes, pauidus, corniger, volucer, trepidus, celer, volucripes, celeripes, vagus, timidus, annosus, agilis, fugitiuus, velocipes.

CESPES. Viridis, gramineus, tener, odorus, gelidus, agrestis, odoratus, mollis, humilis.

CETE. Grandia, horrida, immania, scopulosa. *Cetus piscis maximus in Atlantico mari vide Plin. lib. 32.*

CEYX. Trachinius, Oetæus. *Ceyx maritus fuit Alcyones, rex Trachiniæ vrbis Thessaliæ, qui ad oraculum nauigans, naufragium fecit, in auem postea mutatus, vt fingunt poetæ.*

CHALCIS. Euboica, vndosa.

CHALYBS. Vulnificus, candens, durus, strictus, noricus, letifer.

CHAOS. Auidum, vetustum, horrendum, atrum, cimmerium, triste, deforme, tetrum, durum, vmbriferum, voraginosum, longæuum, horrificum, obscurum, vmbrosum, cæcum, inscrutabile, nigrum, omnigenum, vetus, antiquum, profundum, terrificum, inane, insuperabile, cæcus aceruus.

CHARITAS. Prodiga, diuina.

CHARITES, *idest*, GRATIAE. Dulces, blandæ, cultæ, decentes, gratæ, lætæ.

CHARON. Portitor, horrendus, squalidus, auarus, pallidus, senex, horridus, dirus, durus, stygius, lethæus, tristis, tenebrans ora, ater, teter, Orci satelles.

CHARY-

CHARYBDIS. Metuenda, implacata, impacata, ira, tam ominitana, inimica ratibus, agitata, irrequieta auida, Zanclæa, panchæa, torta, dira, fæua, torua, rapax, oblatrans humida ſicula minax, concaua, trux. *Charybdis certum eſt marinum in Sicilia prope Tauromnitanum litus, quod crebris aquarum vertitibus infremere, aſſiduiſq. fluctuum concurſibus rapta abſorbere dicitur. Ouid. lib. 4. de Ponto.*

CHARTA. Docta, laborioſa, diuina.

CHELYDRVS. Meduſæus, fumiuomus, fumoſus, fuuosus, maculoſus, rigidus. *Chelydrus ſerpens eſt, qui eundo ſeſe conuoluit per terram, & quà ſerpit, fumum emittit.*

CHELYS. Odryſia, aurata, pindarica, latoia, aonia horriſona, thracia, canora, threicia, aonis, eburna getica, incurua, multiloqua, ſonora, pieria culta, dulcæa, aurea, fatiloqua, dulciloqua, tenera, illuſtris, docta, caua leſbea, blandiſona, orphea, tremula, arguta, phœbea, aonia, apollinea, blanda, aptiſona, dulciſona.

CHIMAERA. Armata flammis, triformis, ignea, horrenda, ignifera, lycia, ſtirrens, flammiuoma, triplex, fera rabida, ardens. *Chimæra mons eſt Lyciæ, leonibus & ſerpentibus inhabitabilis, flammas quoque in modum Ætnæ emittens. Vnde poetæ finxerunt, monſtrum eſſe habens tria capita flammiuoma, vnum leonis, aliud chimæræ, tertium draconis.*

CHIRAGRA. Nodoſa, dura lapidoſa.

CHIRON. Armatus arcu, ſemiuir, amythaonius, ſemifer, philyreius, geminus, phillyrides, doctor Achillis, ſaturnigena, peliacus, biformis, æmonius, ſagittifer, herbipotens, toruus, pellæus, doctus, theſſalus, iuſtus. *Chiron fuit Theſſalus, artis medicæ peritiſſimus, filius Saturni & Phillyræ, Achillis doctor & pædagogus conſtitutus à Peleo eiuſdem*

eiusdem Achillu patre, propter bonitatem & iustitiam, qua ætatu suæ vniuersos homines longè superaut. Hunc poetæ biformem fuisse fingunt, vt reliquos centauros.

CHLAMYS. Depicta, aurata, sarrana, picta, odorata, tyria, spartana, coccinea. *Chlamys dicitur vestis militaris, pallio strictior & breuior.*

CHLORIS. Zephyritis, candida, verna. *Chloris dicitur dea florum, vxor Zephyri venti amœnissimi.*

CHORDA. Tenuis, tinnula, sonora, querula, resona, leuis, vocalis.

CHOREA. Ludens, pernix, ludicra, festa, mollis grata, cantatrix, lepida, socia, leuis, dulcis læta, placida plausa, facilis, luxurians, comes, reuoluta, saltans, puellaris, blanda, agilis.

CHORVS. Sacrificus, dulcicanens, canorus, alacer.

CHRISTVS. Salutifer, vnigena, alexicacus, sacer, omnipotens, coruscus, bonus, insons, æternus, inclytus, altitonans, triumphalis, benignus, verbigena, veridicus, innocuus, soter, salutaris, placabilis, cælipotens, potens, anguipremus, *quòd serpentis caput obtriuerit.*

CIBORIVM. Leue. *Ciboria pocula sunt, à ciboru colocasiæ foliis dicta, quòd in eorum similitudinem facta sint.*

CIBVS. Conditiuus, conditicius, mitis, electilis suauis, lautus, sapidus, nectareus.

CICADA. Rauca, querula, arguta, æstiua, concrepans, rauisona, vocalis, stridens, resonans, dulcis, tithonis, rauescens, choraliſtia, gracilis. *Cicada etiam dicitur* Tithonis, *à Tithonio filio Laomedontis regis Troiæ, quem suus Aurora (à qua adamabatur) perfusum aiunt ad tantam senectutem peruenisse, vt tandem optauerit in cicadam commutari.*

CICATRIX. Fœda, vulnerata, marcida, sublurida

CICERO. Varicosus, disertus, facundus, consularis, doctus, orepotens, pater patriæ, parens eloqui

parens

parens eloquentiæ, lux doctrinarum altera. *scilicet post Homerum, Plin*

CICONIA. Glotorans, pietatis cultrix, gracilipes, exul hiemis, æstatis aduena, serpentum eximum.

CICVTA, *pro herba.* Viridis, masta, dira, gelida, saeua, letifera *Cicuta herba est venenosa, caule viridi & geniculato, ramosa in cacuminibus, graui odoratu, inuisa propter publicam Atheniensium pœnam, qui ad hauriendam cicutam cogebant delinquentes. Eius folia & semina vis est refrigeratoria. Nam qui sic necantur, incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Venerem extinguit, testibus circa pubertatem lita.*

CICVTA, *pro fistula* Fragilis, caua, Arcadia arguta, leuis, pastoralis Syracusia, tenuis, querula, rauca, rituralis.

CILICES. Vagi, feri, intonsi, croco madidi. *Cilices populi fuerunt Ciliciæ a Pompeio debellati. Hircos olim habebat villosos, vnde vestes conficiebant, quas Cilicia & Cilicina dicimus.*

CILIVM. Seuerum, imperiosum, atrox, nigrum.

CIMBRI. Bibaces, bellitoni, terribiles, furentes, feroces, furibundi, arctoi. *Cimbri populi Germaniæ, qui lingua Gallica latrones dicuntur, auctore Festo.*

CIMERII. Latebrosi. *Populi sunt Scythici perpetua abundantes caligine.*

CINAEDI. Socratici, obsceni, secreti, mali, soraedici, semiuiri, pathici, improbi.

CINIS. Fumans, feruēs, exiguus, vermifer, mutus, adustus, feruidus, ater.

CINYPHIS. Vagus, libycus. *Fluuius est Libyæ, iuxta quem nascuntur grandes hirci, qui vocantur Cinyphij.*

CIRCE. Ææa, Solis filia, dædala, vitrea, venefica, magica, titanis, sole sata, titania, parens Telegoni, phœnicea, insidiosa, docta, pulcra, meretrix. *Circe filia fuit Solis & Perſæ nymphæ, quæ quòd venefica esset peritissima, dicta est commutasse socios Vlyssis in porcos. Habitauit non procul à Gaieta Campaniæ vrbe.*

CIRCVI-

CIRCVITVS. Flexus, obliquus, rotundus.

CIRCVLVS. Flexus, obliquus, tortilis.

CIRCVS. Celeber, capax, clamosus, puluereus, rapidus, theatralis, obliquus, curuus, signifer, raucus, amphitheatralis.

CITHAERON. Marcidus, gelidus, altus, nocturnus. *Mons est Bœotiæ, sacer Musis & Apollini.*

CITHARA. Aurata, threicia, imbellis, sonora, pieria, thracia, caua honora, bicornis, resonans, aonia, dulcis, canora, mænalia, eburnea, aurea, arguta, bistonia, decens, mollis, sonans, rhodopeia, fulgens, blanda, vocalis, lesbiaca, deliaca, eburnea.

CITRVS. Maurusiaca, aphrodisia, cloneia, adonias, nysæa, cleartias, frondosa, odorata, barbara, atlantia. *Citrus arbor est peculiaris Mauritaniæ in Atlante monte, Romanis olim expetita ad mensarum & lectorum vsum.*

CLADES. Tetra, tristis, bellica, mortifera, cruciabilis, acerba, iniqua, pernicios, sæua, funesta, aspera, misera, cruenta, letifera, atra, sanguinea, amara, impatibilis, horribilis, hostilis, luctifica.

CLAMOR. Absonus, vlulabilis, flebilis, dissonus, horrendus, terrificus, vagus, femineus, stentoreus, bacchcius, horrificus.

CLANGOR. Raucus, luctificus, sæuus, martius, terrificus, resonans, æriſonus, horriſonus, tremulus, minax.

CLASSICA. Trucia, feralia, martia, turbida, perfida, fera, mauortia, sæua.

CLASSIS. Ærata, lunata, pauida, volucris, profuga, veliuola, fluminea, curuata, rostrata, nutans, æquorea, fugax.

CLAVA. Torosa, trinodis, domitrix ferarum, nodosa, trabalis, ferrata, saligna, grauis, herculea, irrasa.

CLA-

CLAVSTRVM. Ferreum, tenax, inexpugnabile aheneum, ſilens, obſcurum, religioſum, ſtrictum, ſtridens.

CLAVVS. Ferreus, æneus, adamantinus; æreus, aheneus, acutus, horridus, hebes, validus, firmus, ahenus.

CLEMENTIA. Mitis, hilaris, facilis.

CLEOPATRA. Ægyptia, ptolemais, actias, ferox, ſcelerata, inceſta, meretrix. *Cleopatre Ægypti regina Dionyſij Auletæ fuit filia, quæ cum Antonium in amorem ſui pellexiſſet, præter Syriæ & Arabiæ regnum, auſa eſt imperium quoque Romanum appetere.*

CLIENS. Querulus, ſordidus, matutinus.

CLIVVS. Præceps, opacus, ſaxoſus, leuis, teres, mollis.

CLOACA. Immunda, ſtructilis, putrifica, fœda, ſolida.

CLOTHO. Ferrea, grandæua, improba, ſedula. *Clotho vna eſt trium Parcarum, quæ vitam hominum metiri fuſis & ſtamminibus dicuntur.*

CLVNES. Rotundi, tremuli.

CLYPEVS. Leuis, ſanguineus, fulgens, habilis, ſeptemplex, æreus, terribilis, æneus, ardens, coruſcus, ahenus, æratus, durus, cauus. cruentus, dirus, pulcer.

CLYTAEMNESTRA. Sæua, formoſa, cruenta. *Clytæmneſtræ filia fuit Tyndari & Ledæ, quæ amore Ægiſthi, quocum mœchari conſueuerat, maritum Agamemnonem Troia redeuntem interfecit.*

COCCVS. Sanguineus, ruber, ardens, purpureus, rubens, roſeus. *Coccus accipi ſolet pro purpura. Hinc veſtes coccineæ, id eſt, purpureæ.*

COCHLEA. Fluuiatilis, curua, reptilis, nexilis.

COCLES. Ferox, audax, romanus, magnanimus. *Fuit Horatius Cocles Romanus eximiæ virtutis, qui, obſeſſa a Porſena*

Porsena rege Etruscorum Roma, pro ponte Sublicio stetit, sustinuitque hostilem impetum, donec pons a tergo frangeretur, quocum in Tiberim decidit.

COCYTVS. Ater, inamœnus, iners, palustèr, niger. *Cocytus fluuius est inferorum.*

COENA. Saliaris, opipara, concinna, dapsilis, mollis, nocturna, sumptuosa, luxuriosa, adiicialis, glisicera, pollucibilis, aduenticia, dubia, lauta, genialis, pinguis.

COENVM. Crassum, tenax, viridans, graueolens, olens, ölidum, lutulentum, palustre.



COGITATIO. Peruigil, vigilans, tacita.

COHORS. Numerosa, furiata, armigera, procera, legionaria, bellatrix, tumida, valida, ærata, armata, alaria, pharetrigera, cupida, pilata.

COLCHI. Phryxei, truces, sæui, æai, feroces, al. gentes, impij.

COLLIS. Apricus, apertus, supinus, patulus, curuus, vmbrosus, celsus, spatiosus, dumosus, viridis, editus, frigidus, herbifer, fecundus, florifer, latebrosus, scopulosus, frondosus, salebrosus, abruptus, nemorosus, accliuis, oliuifer, florens, viridans, cedrifer, vitifer, tumidus, aërius, bacchicus, viteus, virens, frugifer, prominens, coloratus, vernus, tumulosus.

COLLVM. Niueum, eburneum, candidum, columbinum, argenteum, tenerum, formosum, teres, albens, ardens, niuale, eburnum, tumidum, ceromaticum, lacteum.

COLLYRIVM. Nigrum. *Medicamentum est oculorum.*

COLONVS. Fortis, pauper, inops, miser, lacertosus, auidus hirsutus, durus, probus, rudis, pilosus, simplex, sollicitus, gnauus, incultus, peruigilans, indecor, sollers.

COLOR. Renidens, lacteolus, niueus.

COLOS-

COLOSSVS. Marmoreus, grandis, altus. *Colossus appellatur statua, procera & corpulenta.*

COLVBER. Longus, tumidus, lubricus, cæcus, ...rtus, noxius, venenatus, latens, terrificus, sæuus, cæru...us, medullæus, squamosus, tristis, cinyphius, tortus, ...er, letifer, dirus, libyssinus, sinuatus, mordens, macu...osus, tortilis, gorgoneus, niger, venenosus, flexilis, ...ux, immanis.

COLVBRA. Viridis, erebea, longa.

COLVMBA. Chaonia, volucris, mollis, imbellis, ...ria, blanda, chaonis, timida, cithereia, dilecta Veneri, ...alia, dionæa, torquata, paphia, tenera, cnidia, cypria, ...upida, dolonias, niuea, alba, dodonæa, candens, mitis, ...lida, pulcra, celer, trepida, pernstera, simplex.

COLVMBVS. Cellaris, dionæus, apricans, niueus.

COLVMNA. Ferrea, lapidea, sublimis, rigida, ...lsa, excelsa, ferrata, pictu ata, nobilis, idæa, tænarea, ...lida, solida, firma, nitida, paria, fulgida, ærea, pulcra, ...res, marmorea, aurata, longa, ardua, phrygia, Pœna, ...mbrosa, structilis.

COLVS. Palladia, fragilis, feminea, alba, imbellis, ...da.

COMA. Nitida, vncta, prolixa, flauens, diffu..., diuidua, formosa, odorata, ornata, capillacea, ...mbrosia, mollis, decora, flexilis, flaua, humidula, bra...eata, pexa, splendida, tenera, culta, odora, pendula, ...tula, promissa, nitens, florida, micans, aurata, pulcra, ...ompta, aureola, lucida, repexa, insignis, myrrhea, lau...ata, auricolor, longa.

COMES. Assiduus, fidus, impiger, officiosus, gra...us, CATELLOI, *pro eo qui lauum latus claudit, Horatio.*

COMETES. Dirus, sanguineus, mutans regna, crini...us, candidus, fatalis, præceps, tristis, fulgẽs, flammans,

lucens, infelix, horrificus, turbans regna, rubicundus ignifer, clarus, rubescens.

COMITIA Centuriata, consularia, prætoriana, curiata, calata, ædilicia, tribunicia. *Comitia erant conventus populi Romani, qui fiebant ad eligendos magistratus.*

COMMENTVM. Astutum, dædalcum, stultum.

COMPAGES. Solida, valida, ferrea, dura, rigida, arcta, firma.

COMPES. Cura, lanea, tenax, sæua, præduta, firma, nefanda, seruilis, ponderosa, adamantæa, tarda, valida.

COMPLEXVS. Auidus, tenax, mollis, nexus, arctus, mutuus, dulcis, tener, placidus, nodosus.

CONATVS. Cupidus, nobilis, validus.

CONCENTVS. Flexanimus, gratus, lætus, blandus, loquax, tremulus, querulus, sonorus, dulcis, dulcisonus, lepidus.

CONCHA. Squalens, caua, pretiosa, ventosa, valida, sonax, sonans, detrita, marina, tenuis, torta, erycina, citheriaca, breuis, sidonia, sidonis, æquorea, radians, nitens, picta, tortilis, erythræa, lucida, salax, spumans, leuis, aurata, aduncа, neruosa, citheteis, tenax, lucens, sarrana, ærea, inda. *Conchæ dicuntur duriores piscium testæ, & piũtur interdũ pro ipsis piscibus, non nunquam etiam pro iis, interdum progenamus, quæ nonnunquam in his reperiuntur.*

CONCHYLIA. Lucrina, lubrica, coa, lunata, marina.

CONCORDIA. Mitis, felix, dulcis.

CONI. Truces, terrifici. *Sunt cristæ galearum.*

CONIVNX. Pulcra, formosa.

CONIVRATIO Nefanda, clandestina.

CONNVBIVM. Stabile, maritale, dulce, fidum, sociale, lætum, ferax.

CONOPEVM. Sericum, testudineum. *Conopeum genus erat tentorij ad prohibendos culices, quo maximè vtebantur Alexa*

lexandrim, qui conopeu lectos operiebant, ne à culicibus infe-
rentur.

CONSCIENTIA. Carnifex.

CONSILIVM. Arcanum, prudens, prouidum, lubre, vtile, fidele, prouidens.

CONTAGIVM. Malum, dirum, sordidum, fœ-tum, putridum, morbidum.

CONTVMELIA. Grauis, pudibunda, infanda.

CONTVS. Ferratus, pugnax, præpilatus, trabalis, res, durus, longus, acernus, ahenus.

CONVALLIS. Caua, depressa, obscura, virens, rupta, laciniosa, subsita, lacunosa, vmbrosa, saxosa, nbrifera, præceps, ima, curua.

CONVICIVM. Crepulum, raucum, iniuriosum, gum, asperum, fœdum, turpe.

CONVIVA. Auidus, lætus, comis, ebrius, madi-s, dulcis, procax, facetus.

CONVIVIVM. Dulce, vinosum, lætum, lautum, nuptuosum, celebre, magnificum, dapsile, pingue, fe-ndum, tempestiuum, luxuriosum, candidum, hyme-um, splendidum.

COPIA. Superflua, fastidiosa, affluens, diues, inun-ans, aurea, larga.

COQVVS. Sæuus, pinguis.

COR. Molle, calens, tenerum, purpureum.

CORALLIVM. Fragile, puniceum, liquidum.

CORBIS. Messoria, amerina, caua.

CORDOLIVM. Flebile, triste.

CORDVBA. Facunda, docta, diues, fecunda. *Oppidum est Bæticæ regionis.*

CORINNA. Tenuis, antiqua, pulcra, docta, tana-raa *Corinnæ tres fuerunt. Prima Thebana seu Tanagraa, Archelodori & Poratiæ filia, & Myrtidis discipula, quæ Lyri-*

uicorum principem Pindarum quinquies uicisse, & Epigrammatum quoque libros edidisse fertur. Secunda fuit Thessia, ueterum monumentis plurimum quoque celebrata. Tertia floruit Ouidij temporibus, ipsi poëta carissima.

CORINTHVS. Bimaris, nobilis, pyrenis, clara, ephyrea, graia, alta, vetus, felix, vncta, supercilliosa. *Corinthus fuit urbs Achaiæ dignissima, in medio Isthmi Peloponnesiaci sita, quam Sisyphus latro, Æoli filius, fertur condidisse, & Corcyram primò nominasse: postea verò Ephyre, & ad extremũ Corinthus, a Corintho Orestis seu Iouis filio vocata est. Claruit are laudatissimo, quo vasa fiebant admodum pretiosa.*


CORINTHII. Sisyphidæ, Aletidæ.

CORISA. Sterilis, paiua. *Insula est & urbs Africæ.*

CORIVM. Ampullaceum, phœnicium, vnctum.

CORNA. Lapidosa, autumnalia, rubicunda, rubentia, saxea, prædura, mitia.

CORNIPES Anhelus, citatus, vagus, auidus.



CORNIX. Sinistra, improba, garrula, annosa, vaga, vetula, rauca, inuisa Mineruæ, longæua, viuax, fusca, ingrata.

CORNV. Parthum, camurum, naupactum, raucum, recuruum, æreum, lycium, toruum, lunatum, flexum, tortum, prominens, procerum, intortum, patulum, lunare, flexile, rigidum, inflexum, cydoneum, durum, gortynium, terrificum, martium, flexuosum, horrisonum, distortum, thuræum, querulum, raucisonum, curuatum, aduncum. *Cornu præter communem significationem, quandoque pro arcu solet accipi, non numquam pro tuba.*

CORNVS. Tremebunda, stridens, accommoda bellis, cydonia, aspera, stridula.

CORONA, ET COROLLA. Sutilis, gemmifera, picta, nexilis, olympiaca, nitida, celebris, gemmea, stellata,

ſtellata, implicata, fulgens, inſignis, plectilis, floricoma, florida, roſacea, odorata, textilis, Amyclæa, Minoa. *Erant olim coronarum duo genera. Sutiles fiebant ex folijs primarum roſarum: demum ſuccreſcente luxu, ex folio nardi. Has veteres vtebantur ad ſaliorum & ſollemnes cenas.*

CORPVS. Tenerum, vegetum, infirmum, nitidum, validum, morbidum, emollidum, putridum, caducum debile, pulcrum, terreum, euanidum, noxium, candidum.

CORTEX. Pinguis, cauatus, viridis, cauus, tumidus, rugoſus, turgidus, rimoſus, arboreus, rigens, durus, pumicoſus, glaucus fragilis, crudus.

CORVS. Repentinus, violentus, furens, grauidus, rabidus, madidus, ſarmaticus, inſanus, rapidus, immitis, nimboſus, aſper, imbrifer. *Corus ſeu Caurus ventus eſt occidentalis flans contra Aquilonem.*

CORVVS Oſcen, phœbeius, latrans, niger, ſalutator, vocalis crocitans garrulus, nigrans, viuidus, increpitãs, delphicus, feralis, vorax, famelicus, ſiticuloſus.

CORYBANTES. Truces, cybeleij clamoſi, idæi, armigeri. *Corybantes fuerunt miniſtri Cybeles, qui in Ida monte Phrygiæ, ſaltando & cantando eiuſdem deæ ſacra faciebant. Iidem feruntur fuiſſe cuſtodes Iouis adhuc infantuli.*

CORYLETVM. Denſum. *Eſt autem coryletum locus conſitus corylis.*

CORYLVS. Dura, fragilis, flexilis, ſilueſtris, lacernata.

CORYMBVS. Diffuſus, grauidus, comans, tener, baccheus, textilis, racemifer, nyſæus, bicolor, tremulus, ſpiſſus, croceus, viridis, mollis, hederoſus, niger. *Corymbi dicuntur hederarum vuæ, quibus coronabatur Bacchus, qui propterea dicitur corymbifer.*

CORYTVS. Leuis, ſcythicus, ſagittifer. *Corytus theca*

theca est arcus, & quandoque sagittarum.

COS. Dura, tuta, aspera, deucalionea, sipylcia.

COSTVM. Eoum, achæmenium, arabum, assyrium, indicum, odorum, odoratum, molle. *Costus seu costum in neutro genere, arbuscula est quædam aromatica. Capiturque interdum pro vnguento ex ea distillato. Reperitur & in masculino genere.*



COTHVRNVS. Sophoclæus, cecropius, tragicus, grandis, altus, pictus, lydius, terrificus, magniloquus, acer, priscus, altiloquus, altisonus, heroicus, superbus, melitæus, sublimis, colophoniacus, antiquus, æschylæus. *Cothurnus calciamentum est aptum vtrique pedi. Hinc adagium natum, Cothurno versatilior.*

COTVRNIX. Pia, peregrina, matertera Phœbi.

CRABRO. Aspet, aculeatus. *Crabrones sunt de genere vesparum, habitant in siluestrium arborum cauernis. Creantur ex equis.*

CRAPVLA. Grauis, humens.

CRASSVS. Diues, agelastus, cupidus.

CRATER. Ahenus, inauratus, signifer, coruscans, cælatus, gemmeus, aureus, auratus, corinthiacus, capax, vndans.

CRATES. Vimineæ, arbuteæ, textæ, dentatæ, fraxineæ, ratæ.

CRATINVS. Priscus, compotor, audax.

CREMERA. Rapax, turbidus. *Fluuius est Italiæ, apud quem* CCCVI. *Fabij pugnantes à Veientibus occisi sunt.*

CREMONA. Culta, pulcra, frumentifera, misera, diues, turrita.

CREPITVS. Horrisonus, tremens, sonorus.

CREPVSCVLVM. Opacum, nocturnum, vespertinum, nigrum, serum.

CRETA. Tenax, figlina, figularis, scaturiginosa, vligino-

vliginosa, humida, acida, putris, mollis, cymolia. *Creta dicitur tenax quædam terra, qua fullones in abluendis maculis vti consueuerant. Omnium præstantissima fuit in Creta insula, à qua nomen traxit.*

CRETA INSVLA. Minoia, minoa, circumsona, aeria, spatiosa, cærula, hecatompolis, potens, oaxis, curetis. *Creta insula est in medio Ponto, quæ à septentrione Ægæo alluitur, & mari Cretico, ab Austro mari Africo. Ferax est optimi vini. Centum olim habuit vrbes, &c.*

CRIBRVM. Farinarium, lotiarium, ruderarium, rarum, pollinarium.

CRIMEN. Noxium, fœuum, crudele, famosum, turpe, triste, nefandum, fœdum, prauum, iniustum, sceleratum, mortiferum, dirum, infandum, inquinatum, dolosum, damnabile, inexcusabile.

CRINES. Intonsi, myrrhei, renidentes, penduli, flauicomi, flaui, diuidui, ingenui, vagi, rosei, odorati, flauentes, nitidi, rutili, aurati, auricomi, errabundi, multifidi, comantes, cinnamei, vagantes, decentes.

CRISTA. Comans, rutila, terrifica, plicatilis, coruscа, nutans, alta, rubens, horrens, picturata, vndans, micans, tumefacta.

CROCODILVS. Niliacus, improbus, nilicola, squammeus.

CROCVS. Rubens, cotycius, cilix, ruber, tenuis, puniceus, liquidus, pallens, sicanius, auricomans, mollis, suauis, solemnis, rutilus, purpureus, redolens, tyrius, spirans, autumnalis, flauens, cilissus.

CROESVS. Diues, lydus, pollens, dis, superbus, magnus. *Cræsus rex fuit Lydorum ditissimus, qui propter bonorum copiam putabat se omnium mortalium felicissimum.*

CRVCIATVS. Sæuus, atrox, mæstus, sisyphius, fulmineus.

CRVDELITAS. Sæua, nefaria, inhumana, carnificina, odiosa.

CRVOR. Fluidus, obscenus, crassus, ater, teter, calidus, sanguineus, sudus, puniceus, rutilus, fumans, nigrans, pinguis, teneı, fœdus, ioscus, niger, tepidus.

CRVX. Dura, sæua, horrenda, rigida, cruenta acris, tristis, amara, misera, lurida, funerea, horribilis, funesta, probrosa arborea.

CRYPTA. Caua, latens, silens.

CRYSTALLVM. Candidum, glaciale, gelidum transiucidum, lubricum, aquosum, prodigiosum, liquidum.

CVBILE. Secretum, pictum, arcanum, latebrosum, roseum dulce, molle, socium, proliferum, placidum, ignauum, coniugiale, plumosum, nebulosum, nocturnum, tenerum, occultũ, gratum tenebiosum, tepidum.

CVCVLLVS Durus, santonicus, pullus. *Cucullus vestis erat, quæ implicabatur collo. Nostri monachorum gestamen vocant, quòd relinquere planè sit nefas.*

CVCVMIS. Tortus, cærulus, anguineus, intortus, liuidus, agrestis, niger.

CVCVRBITA. Grauis prægnans, viridis, siluestris, vnca, protẽta, ventiosa demissa seminosa, pallens.

CVLCITA. Facilis picta leuis, plumea.

CVLINA. Nigra, fumifica, putida, vncta.

CVLMEN. Arduum, nimbisonum, aereum, sublime, vmbrosum, nemorosum, montanum, apricum.

CVLMVS. Fragilis, leuis, cerealis, vdus, viridis, tener, lacteus, agrestis, flauens, stridens, pinguis.

CVLPA. Edax, turpis, miseranda, sordida, horrens, operta, tacita.

CVLTER. Acutus, strictus, petrinus, cruentus, trux, fulgens.

GVLTVS.

CVLTVS. Decorus, prælautus, diues, nitidus, decens, ſuperbus, luxurians, regalis, muliebris, vanus, ſollemnis, rhetoricus, attalicus, nitens, magnificus, felix.

CVMAE. Euboicæ, conſciæ fatorum, veteres, phœbeæ. *Vrbs fuit Campaniæ prope Baias, quam Chalcidenſes ex Euboia profecti ædificarunt.*

CVMINVM. Gracile, pallens, exſangue, vile.

CVNAE. Teneræ, tepidæ, dulces, ſegmentatæ, molles, ſoporiferæ.

CVNEVS. Aheneus, prædurus.

CVNNVS. Laſciuus, fatuus, clamoſus pecunioſus, auidus, tener, putidus, graueolens, fœtidus, patulus, hians, profundus, auarus, inſatiabilis, indefeſſus, hoſpes. *Cunnus fuit multarum cladium auctor, teſte Horatio libro primo Serm.*

CVPIDITAS. Inexplebilis, veſana, inſatiabilis, flagrans, cæca, improba, furioſa, effrænata, indomita.

CVPIDO. Occæcata miſera, ieiuna, furioſa, furibunda improba, auara, imperioſa, præceps, ſcelerata, maleſana, rabioſa, nefanda, prona, lucri ſtudioſa, arrecta.

CVPIDO DEVS. Ferus, flagrans, feruidus, ſordidus, ales, dulcis, pinnatus, formoſus, volatilis, gratioſus, laſciuus, volucer, pharetratus, paruus, præpe[illegible]liger, idalius, inceſtus, illex, procax ſagittifer, [illegible], inuitus, teliger impiger, tener, crudelis, minax, [illegible]abilis, flammis armatus, lacteus, audax, ludens, ferox, callidus, melliſluus, improbus, impurus, ignifer, malus, cnidius, titillans, cautus, pulcer, trux, blandus, fœtus, vanus, nectareus, atrox, cæcus, rapax, inſuperabilis, ſplendidus, pennatus, inuictus, flammigena, nudus, cultus, edax, volans, vagus, armiger, pa[illegible]tus, verſiformis, [illegible] veſanus,

vesanus, aureus, dirus, argenteus.

CVPRESSVS. Conifera, feralis, funebris, læuis, acuta, ardua, mæsta, tenera, plorata, aerea, alticoma, rorans, odorifera, viridis, celsa, nigra, stygia, deplorata, viridans, funesta, atra. *Cupressus seu cyparissus, arbor feralis non regerminat. Propterea in exequijs adhibita est vt funebre signum.*



CVRA, *pro anxietate & prouidentia.* Tristis, ambigua, insomnis, mordax, vigil, molesta, diligens, sedula, edax, vitiosa, atra, sagax, sequax, frigida, leuisomna, pauida, acerba, intolerans, acris, subtilis, vigilans, grauis, sollers, amara, languida, memor, damnosa, attonita, mæsta, ægra, auara, arcana, infanda, defes, sollicita, peruigil, spinosa, turpis, feruida, rudis, inquieta, pallens, pallida, prouida, reses, implacida, funesta, anxia, indiga veri, perdita, pernox, anxifera, tetrica, excubialis, leuis, anceps, grauida, mordica, malesuada, misera, sordida, æstuans, maligna, profana, flagrans, laborifica, iniqua, seuera, liuida, obscena, vorax, iners, premens, atrox, turbida, turbulenta, noxia, dira, pernicioſa, ingrata, laborioſa, vrens, mordēs, tacita, tenax, terrestris, nocens, rodens, crucians, flammans, exanimalis, attrita, inuida, vrgens, inquies, vltrix, vrens, importuna, stimulans.

CVRETES. Phrygij, dictæi, imbrigenæ. *Curetes fuerunt sacerdotes & ministri Cybeles, qui vagientem Iouem in Creta occuluerunt, dissono vlulatu omnia complentes, ne Saturnus vagitum ipsius Iouis audiens, illum deuoraret.*

CVRII. Mares, graues, pauperes, veteres, tetrici, pugnaces. *Curiorum familia Romæ fuit admodum pauper, sed nihilominus commendabilis virtute. Præcipuam in ea laudem meruit M. Curius, quem rapa in foco torrentem cùm legati Samnitum reperissent, eique multum obtulissent auri, Malo, inquit, hæc in fictilibus meis comesse, & aurū habentibus imperare.*

CVRRVS.

CVRRVS. Præceps, insignis, volucer, rapax, leuis, citatus, laborifer, arduus, falcatus, citus, agilis, ales, sonans, volans, quadrupes, celer, falcifer, inauratus, edax, pictus, superbus.

CVRRVS SOLIS. Ignifer, flammifer, igniuomus, aureus, flammifer.

CVRSVS. Rapidus, præceps, celer, subitus, decliuis, vagus, infienus, viuax, concitus, furiosus, defrenans, anhelus, volucer, properus, lymphatus, citatus, pernix, fulmineus, præceps, auidus, agilis, alacer, ales, trepidus, fragosus, audax, incitus pronus, irrequietus, ardens, effusus, velox, aureus, prærapidus, multiuadus, repentinus, volans, pronus, strepens, aliger, cliuosus.

CVSPIS. Aurata, ferrata, acuta, ærata, præacuta, aurea, infesta, fulgens, dira, fera, vlnifica, valida, violenta, procera, ahena, rigida, sæua.

CVSTOS. Vigil, vigilans, sedulus, fidus.

CVTIS. Tenera, lactea, tenella, tenuis, ceruffata, arida, callosa, alba, clara, mollis, vuida.

CYANEAE. Instabiles, patulæ, præcipites, furentes, errantes. *Cyaneæ, insulæ sunt in Ponto lapidosæ, quæ non sine periculo nauigantur. Videntur autem mobiles & inter se concursantes, propter ventos varia quadam lucta ibidem confligentes.*

CYATHVS. Commodus, rorans, habilis, capax. *Cyathus paruum est poculum vinarium. Hinc Cyathissare, Plautinum vocabulum, id est bibere. Stare ad cyathum dicuntur pincernæ, & prægustatores, qui principibus vinum præministrant.*

CYBELE. Berecynthia, turrita, phrygia, mater deûm, idæa, pesinuntia, turrigera, cybeleia, sacra, veneranda, grandæua, enthea, dindymene, torua, entheata. *Cybelen poëtæ faciunt vxorem Saturni à Cybelo*

Phrygia

Phrygia monte seu oppido nominatam. Vocatur & aliis nominibus, vt Rhea, Ops, Vesta, Terra, Mater Deum.

CYCLADES. Ægeæ, altæ, sparsæ, fulgentes, vadosæ. *Cycladesinsulæ sunt Ægei maris, in Cycli formam dispositæ, numero quinquaginta tres.*

CYCLAS. Purpurea, ventosa, virens, aurata, tenuis. *Cyclas vestis est femínea, & in rotunditatem formata. Sidonius ait, promubam cyclade honorari, sicut toga senator honoratur. Cycladati dicuntur induti cyclade.*



CYCLOPES. Ætnæi, infandi, vasti, agrestes, vnoculi, immansueti, æriferi, sanguinei feroces, siculi, gasterochires, portentosi, cruenti, æriſoni, rapidi. *Cyclopes ministri fuerunt Vulcani in Sicilia, quos poëtæ monoculos dicunt, Neptuni ex Amphitrite filios. Dicuntur Ioui fulmina conficere apud Liparam, quæ est vna ex Æoliis insulis. Fabricam ferrariam primum in Creta insula repererunt.*

CYCNVS. Amyclæus, niueus, raucus, amans flumina, albus, cavstruus, humineus, mollis, neptunius, vagus, blandus, ledæus, apricus, multisonus, canorus, sonorus, dulcis, proles Stheneleia. *Cycnus auis est candida, maior anſere, argutæ vocis, qui imminente morte dulcissimè cantat, & velut funus propinquum deplorat.*

CYCONES. Feroces, niuales. *Populi sunt Thraciæ, ad Hebrum fluuium habitantes.*

CYDNVS. Cæruleus, flexibilis, conspicuus, lenis tractu, limpidus, frigidissimus, vmbrosus. *Fluuius est Ciliciæ Tarsum vrbem præterfluens.*

CYMBA. Sutilis, adunca, celer, concaua, peruagabilis, capax, præceps, cita, leuis, fluctiuaga, instabilis, caua, fragilis, natans, humilis, curua, anceps, paruula, fugax.

CYMBALVM. Concauum, æreum, corybantium, cauum, raucũ, splendens, berecynthiũ, tinniens, sonorum.

CYM.

CYMBIVM. Spumans, olens, cauum, argenteum. *Est autem Cymbium poculum vnarium, à cymba similitudine nuncupatum.*

*CINNAMA. Pangæa, virescentia, redolentia, tenella, odora, rara. *Cinnamum arbuscula est aromatica odore præstans, & ad vnguenta mirè efficax, frequens in Panchaia. Ouid. lib. 10. Metam.*

CYNTHIA LVNA. Pluuialis, celer, moderatrix noctis, decolor, pura, vaga, volucris, subrubens, rosida.

CYPRVS. Cynareia, rorulenta, cithereia, circumflua, idalia, fecunda, tellus Veneris, beliaca, neptunia, beata, opima. *Cyprus insula est in Carpathio mari inter Ciliciam & Syriam, sacra Neptuno & Veneri.*

CYRRHA. Scopulosa, apollinea, opaca, celsa, docta, parnassis, phœbea. *Cyrrha oppidum est in Phocide situm in radicibus Parnassi montis. In eo colebatur Apollo, qui propterea vocatur Cyrrhæus.*

CYTISVS. Florens, viridis, agrestis, tenuis.

CYTORVS. Buxifer, vndans buxo. *Cytorus mons est Paphlagoniæ abundans buxu. Vnde pecten quo discernuntur & comuntur capilli, vocatur cytoriacus, quod buxo fiat.*

DE LITERA D.

DACAE. Sparsi, indomiti. *Populi sunt Orientales, supra Bactrianos.*

DACI. Truces, leues, atroces, siluicolæ, crudi. *Populi sunt regionis Daciæ.*

DAEDALVS. Ingeniosus, faber, volucer, cres, labyrintheus, callidus, doctus, Cecropius, Gortinæus, aliger. *Dædalus faber fuit ingeniosus, qui primus animalium imaginibus (quas veteres plastæ cæcas fingebant & immobiles) oculos induxit, & abditu quibusdam nerus, effecit, vt huc & illuc*

illuc mitterentur, adeò ſitiè, vt ſpectaculis vuere & ingredi viderentur, &c.

DAEMON. Exſecrandus, malignus, peruerſus, violentus, rabidus, teter, ater, horridus, horrendus, infernus toruus perfidus, niger, ſæuus, peruigil, ferox, pullus ſcirpoſus, fuliginoſus, fœdus, horrificus, cunctitenens, malus, multicius, rebellis, callidus, fallax, vigil, infeſtus, ſuperbus, imprudens profundus.

DALMATIA. Montana, frondens, aurifera. *Dalmatia regio eſt Illyrica, in qua aurum inuentum eſt principatu Neronis, tanta quidem copia, vt quinquagenas quotidie libras effunderet. Hinc* aurifera *dicitur.*

DAMAE. Timidi, pauidi, imbelles, tenues, teneri, agreſtes, leues, errantes, fugaces, territi, præcipites, pauentes, proni.

DAMASCVS. Ventoſa, bellipotens, peregrina, palmifera pia, antiqua, priſca. *Damaſcus fuit vrbs Syriæ palmis fecundiſſima, & prunu, quæ adhuc ætate noſtra vocantur Damaſcena, &c.*

DAMNVM. Triſte, fatale, ferale, flebile, turpe, acerbum, irreparabile, intolerabile, hoſtile, cruentum.

DANAE. Acriſioneis, acriſionea. *Danaë filia fuit Acriſij regis Argiuorum: qui cum ex oraculo didiciſſet mortem ſibi futuram ab eo qui ex filia naſceretur, illam in turri ænea concluſit, vi tamen à Ioue, in guttam auri commutato, vitiata eſt, ex eóque concubitu natus eſt Perſeus, qui poſtea Acriſium ei recto Gorgonis capite conuertit in lapidem. de hac fabula Horatius libro tertio Carm.*

DANAVS. Iaſides, belides. *Danaus filius fuit Beli & Ægiſthi frater, à Sthenelo rege expulſo Argis principatus eſt. Filias habuit quinquaginta, quæ nocte vna maritos ſuos Ægiſthi filios interfecerunt, præter Hypermneſtram. Puteos in Græcia primus reperit, auctore Plinio.*

DANIEL,

DANIEL. Vates, fatidicus.

DANVBIVS. Profundus, capax, ferox, rigidus, tortuosus, rapidus. *Danubius fluuius Scythiæ perquam maximus: ortum habet ex iugis Abnobæ Germaniæ montis, acceptisque LX. amnibus euoluitur in mare. Alio nomine vocatur Ister.*

DAPES. Saliares, gaudiales, opimæ, cleopatricæ, lautæ, superbæ, viuificæ, magnificæ, nectareæ, ambrosiæ, cinnameæ, gratæ, mellifluæ, viscereæ, lætæ.

DAPHNE. Peneia, peneis, fugitiua, rigida, apollinea, proterua, fugax, niuea, phœbea, thessalis, odorata. *Daphne Thessala, virgunculæ, Penei fluminis filia fuisse fertur. Hæc cum fugeret Apollinem (à quo adamabatur) deorum commiseratione mutata est in laurum arborem, quam ea causa poëtæ sacram faciunt Apollini.*

DARDANVS. Auctor Troiæ. *Filius fuit Iouis & Electræ, condiditque Troiam.*

DARES. Superbus, phrygius.

DARIVS. Persa: *quoniam rex fuit Persarum.* Niger: *ob Persidem regionem, cuius habitatores innatam habent nigredinem, instar Æthiopum, ob calorem Solis.*

DAVID. Psalmographus, Iesseia proles, vaticinus, pius, sanctus, musicus, argutus, resonus, deiloquus, fatidicus, psalmicen Iesiæus.

DAVNIA. Diues. *Est regiuncula iuncta Apuliæ, à Dauno rege Pilumni filio sic dicta.*

DAVNVS-FLVVIVS. Pauper aquæ, *Horat.*

DEA. Formosa, cælestis, ætherea.

DEBILITAS. Infirma, molesta, impotens.

DECEMBER. Gelidus, fumosus, grauidus, canus, horridus, atrox, brumalis, lucifer, piger, stringens, niuosus, hibernus.

DECII.

DECII. Impauidi, pulcri. *Tres fuerunt Decij, qui pro patriæ salute se deuouere. Pater in Latino bello Romanorum. Filius in quarto consulatu Q. Fabij collega aduersus Gallos. Nepos perijt in bello Pyrrhi, quod gessit pro Tarentinis.*

DECOR. Conspicuus, roseus, mollis, regalis, gratus, ambrosius, purpureus, lepidus, tener, insuperabilis, diuinus.



DECVRSVS. Pronus, rapidus.

DECVS. Regale, egregium, superbum, eximium, immortale, indelebile, rutilum.

DEDECVS. Turpe, pudendum.

DEDITIO. Ignominiosa, fœda, turpis.

DEI ET DIVI. Morte carentes, victi, domini terrarum, astriluci, cælestes, cælites, sancti, superni, memores, ætherei, æterni, vani, felices, æuiterni, auricomi, immortales, saturnigenæ, commenticij, cælicolæ, cælipotentes, siderei, olympiaci, profani, penetrales, cæligenæ.

DEIANIRA. Calydonis, ætolis, œneis, impia. *Deianira filia Oenei regis Ætoliæ, à multis procis ob elegantem formam adamata. Eius caussa ortum est bellum inter Herculem & Achelouum, de quo Claud.*

DEIDAMIA. Scyrias, scyria, regalis, pudibunda, pulcra. *Deidamia filia fuit Lycomedis regis Scyri, quam Achilles in mulierem transformatus, grauidam effecit, & ex ea suscepit Pyrrhum.*

DEIPHOBE. Cumana, filia Glauci, Cumæa, longæua, vates, docta, chalcidica, euboica, amphrysia. *Hæc Sibylla fertur petuisse ab Apolline annos pro numero puluerum quem in manu prehenderat.*

DEIPHOBVS. Priamides, armipotens, acer. *Deiphobus filius Priami & Hecubæ, cui post mortem Paridis nupsit Helena, cuius tamen dolo interfectus est à Græcis, quos illa in*

illa in cubiculum dormientis intromisit.

DEBORA. Bellatrix. *Hæc mulier imperauit Israëlitis, quos ab incursionibus vicinorum tutata est, eorúmque rempub. & imperium variis honoribus adauxit.*

DELICIAE. Popinales, fluentes, faciles, regificæ, geniales, molles, iocosæ, amœnæ, blandæ, dulces, alexandrinæ, syracusanæ, supinæ.

DELOS. Latonia, ortygia, erratica, apollinea, candida, instabilis, circumflua, sonans. *Delos, insula est in mari Ægeo, Cycladum omnium nobilissima, in qua Latona Dianam & Apollinem eodem partu peperit.*

DELPHIN. Venerius, curuus, pandus, lasciuiens, blandus, cæruleus, viridis, vagus, incuruiceruicus, arionius. *Delphini pisces sunt amatores puerulorum. Femina mulieris instar habet vbera, quibus copioso lacte natos pascit. Parui vnà gregatim natant, parentes fetus comitantur etiam adultos. Citò adolescunt, decem annis ad summam proueniunt magnitudinem.*

DELVBRVM. Decorum, sanctum, religiosum, præclarum, diues, sacrum, candidum, magnificum.

DEMENTIA. Exlex, præceps, insanabilis, cæca.

DEMOCRITVS. Physicus, abderites, siccus, prudens. *De hoc Democrito cur se excæcauerit, vide Gellium, libro 10 Lucretium lib 3.*

DEMOPHOON. Ægeus, perfidus. *Filius fuit Thesei & Phædræ, qui ab expeditione Troiana rediens, aduersis ventis pulsus est in Thraciam, ibíque à Phyllide perhumanè susceptus. Quam cùm postea immemor beneficij reliquisset, doloris impatiens puella se ipsam laqueo suffocauit.*

DEMOSTHENES. Tumultuosus, grauis, disertus, torrens, grandiloquus, doctus.

DENTES. Rabidi, duri, validi, candentes, auidi, albi, spinosi, vulnifici, calceati, minaces, indici, candidi,

præduri, præcandidi, candiduli.

DESIDIA. Improba, inanis, mollis, imbellis, mala, fastidiosa, ignaua, tristis.

DEVCALION. Promethides, Promethei filius. *Fuit rex Thessaliæ, cuius ætate contigit maximum diluuium, in quo multos homines fabricatu nauibus, tutatus est. Hinc poëta finxerũt eum iactu in tergũ lapidibus reparasse genus humanum.*

DEVS. Infinibilis, inspector pectorum, salutifer, dulcis, immortalis, beneuolens, æternus, fabricator mundi, inexcogitabilis, impassibilis, clemens, incorporalis, vindex, omnipotens, sempiternus, immaterialis, prouidus, omniregens, cælipotens, empyreus, astripotens, omnisator, locuples, triformis, immotus, panomphæus, munificus, inspectabilis, inaccessus, simplex, incorruptibilis, bonus.

DIADEMA. Sceptriferum, insigne, conspicuum, nobile, regale, nitidum, curuscum, fuluum, coruscans, puniceum.

DIANA. Delia, dictynna, lucina, casta, triuia, custos nemorum, scythica, mycenæa, elithyia, dea siluarum, torua, incincta, thoantea, ephesia, innupta, niuea, tiburtina, candida, omniuaga, mænalis, monticola, ortygia, siluestris, pharetrigera, pharetræ studiosa, pharetrata, latois, agilis, verecunda, magnesia, potens nemorum, mænalia, pisæa, latoia, aspera, montanicola, sagittifera, euxina, pergæa, intemerata, montium custos, honesta, iaculatrix, orestæa, animosa, pulcra, arcitenens, nemoralis, montiuaga, lucifera, vaga, inuiolata, domina nemorum, nemorosa, fascelis, tergemina, agiotera, triformis, succincta, latonigena, consors Phœbi, sancta, venatrix, latonia, mitis, auentina, clara, segestana, siluipotens, siluicola, decora, amazon, æno dia, aricina, cultrix nemorum, celeris, potens veteri.

DICA

DICACITAS. Tinnula, ſcurrilis, importuna, vernilis.

DIDO. Sidonia, pulcra, diues, eliſa, infelix, candida, ſidonis, miſerabilis, ſanguinolenta, miſera, profuga, aduena, tenera, furiata, tyria, lacrymoſa.

DIES. Æſtifer, lætificus, clarus, volucer, almus, nitidus, lucidus, candidus, formoſus, ſplendens, purus, ambroſius, innubis, purpureus, inſtabilis, roſeus, pronus, rapidus, phœbeus, velox, rubicundus, celer, nitens, puniceus.

DIGITI. Teretes, impares, eburni, molles, molliculi, roſei, ſubules, dociles, niuales, cognati roſis, micantes.

DILATIO. Spatioſa, languida, pigra.

DILVVIVM. Vagum, deucalioncum.

DINDYMA. Vlulantia, alta. *Montes ſunt Phrygiæ, in quib colebatur Cybele, quæ propterea vocatur Dindymene, &c.*

DIOGENES. Cynicus, animo fixus, ſinopeus. *Philoſophus fuit contemtor humanarum diuitiarum.*

DIOMEDES. Ætolus, tydides, impius, fortis, œnides, calydonius, ætolius. *Hic Diomedes rex fuit Ætoliæ, Tydei & Deiphiles filius, Græcorum fortiſſimus, qui in bello Troiano congreſſus eſt Æneæ, & Venerem ipſam læſit.*

DIOMEDES. Thrax, biſtonius, crudus, geticus, ſanguineus, cruentus, immanis, immitis, impius, thracius, aſper. *Hic fuit rex Thracum ſanguinolentus, qui equos ſuos hoſpitum, quos interficiebat, carne & ſanguine paſcebat. Sed poſtea ab Hercule equis ipſis datus eſt in pabulum.*

DIONE. Iſthmia, latia, turpis, pulcra, laſciua, aurea, feminea, blanda, therapnæa. *Hanc pœtæ faciunt Oceani & Tethyos filiam, matrémque Veneris, & pro ipſa Venere nonnumquam accipiunt.*

DIONYSIVS, Sacrilegus, Siculus.

DIPSAS. Torrida, torta, venenosa, aquatica, rapida. *Serpens est minor vipera, ad inferendam tamen perniciem celerior multò: nam quos momordit, siti inardescunt vehementius, ad potúmque efferuescũt adeo, vt paulo pòst moriantur.*

DIRCE. Cadmea, ismenis, sonora, cærula, augusta, aonia cadmeia, antiqua. *Dirce fuit vxor Lyci regis Thebarum, quæ cum Antiopam suspectam haberet adulterij cum Lyco marito suo, eam catenis ligatam multis affecit molestiis. Quam iniuriam postea sanctissimè vindicarunt Zethus & Amphion Antiopæ filij. Dircen enim equinæ alligarunt caudæ: sed postea deorum commiseratione vertisa est in fontem eiusdem nominis.*

DISCIPLINA. Illustris, tetrica, vigil.

DISCORDIA Demens, efferata, exitiabilis, ferox, comes regnis, nutrix belli, parens belli, furibunda erroris, grauis præceps pernicioſa tetra, intestina glisicens.

DISCRIMEN. Sæuum, anceps, durum, diuum, lethale.

DISCVS. Lætus, œbalius, spartanus. *Discus erat ludus quo pueri exercebantur in gymnasijs. Iaculabantur enim massam quandam aut ferream aut plumbeam in sublime, vt experirentur suas vires.*

DISSENSIO. Armigera, turbulenta.

DIVITIAE. Improbæ, miseræ, regales, potentes, inuidiosæ, opimæ, diuites, supinæ, molles, luculentæ, optatæ, rerum dominæ.

DITHYRAMBI. Audaces. *Dithyrambi dicuntur versus facti in honorem Bacchi, quorum poetæ afflati Baccho videbantur furere.*

DOCTRINA. Laboriosa, senilis.

DODONA. Ferax, glandifera, celsa, vetus, nemorum parens. *Fuit Epiri silua Ioui sacra, in qua arbores vocales fuisse dicuntur.*

DOLI-

DOLIVM. Picatum, ſpumans, dulce, cauum, rimoſum, fictile, ventroſum, patulum.

DOLONES. Teretes. *Tela ſunt bellica, à ladendo dicta, auctore Donato: nam dolos Græcè, Latinè laſio dicitur. Seruius autem Dolonem flagellum eſſe, intra cuius virgam lateat pugio.*

DOLOR. Crudelis, grauis, mæſtus, acer, intolerabilis, querulus, vndans infelix, ſollicitus, vlulans, æger, inſanabilis, crudus, rabidus, memor, dirus, miſer, acutus, intolerandus, fletifer, grauidus fletu, acerbus, frendens, aſper inconſolabilis, inteſtinus, ſegnis, malus, auidus, ardens, inſanus, ingratus, veſanus, indomitus, acutus, lacrymoſus, amarus, atrox, inquies, rapidus, violentus, flebilis, trux, triſtis, affligens, impius, gemebundus, erodens, tabificus.

DOLVS. Turpis, malus, occultus, implexus, cautus, callidus, peruigil illaqueans, hoſtilis, vafer, compoſitus profanus, ſceleſtus, fictus, circæus, falſus, varius, laſciuus, bilinguis, nocturnus, tectus, conſutus, tacitus, facticius.

DOMINA. Grata, emax, pulcra, rapax, ſuperba, fallax.

DOMINVS. Superbus impotens, imperioſus.

DOMITIANVS. Dacius, *à Dacis domitis.*

DOMVS. Superba, marmorea, alta, aulæata, ardua, eximia, operoſa, anguſta, ampla, ſplendida, magnifica.

DORCADES Fugaces, leues.

DORIS. Amara, cærula, ſpumoſa, glauca, diffuſa, neptunia, formoſa, grandæua, auricoma, difflua, humida, æquorea, ſpatioſa, vagans. *Doris ducitur nympha maris Oceani & Tethyos filia, & quandoque pro mari accipi ſolet, ſicuti Nereus, qui eiuſdem maritus fingitur.*

DRACO. Squamoſus, immanis, indicus, criſtatus,

auidus, insopitus, cæruleus, volucer, titaniacus, viridis, tortus, sæuus, aliger, maculosus flexus, toruus, massylus, immitis, intortus, verticosus, venenosus, terribilis, longus, serpens Epidaurius.

DRVIDAE. Seueri, siluiuagi. *Fuerunt autem vetustissimi Galliæ sacerdotes, qui in siluis degebant nudi. Hi solebant publica & priuata curare sacrificia, religiones interpretari, adolescentes disciplinis instituere, rerum naturalium causſas scrutari, de cæde, de finibus, ceteríſque controuersiis agnoscere; ita vt si quis decreto non stetisset, eidem sacrificiis interdicerent. hominum sermonem & congressum declinabant, ne contagione polluerentur. Vnus omnibus præerat, in cuius defuncti locum alius suffragio sufficiebatur. Animas credebant non interire, sed in alia migrare corpora.*

DRYADES. Semideæ, cultæ, formosæ, procaces. *Nymphæ sunt siluanæ: nam Dryas Latinè arborem significat.*

DVCES. Cruenti, belligeri, honorati, bellicosi, cruentati, præpotentes, sagaces, munifici, paludati, bellici, elati.

DVELLVM. Sanguineum, forte, incertum, dirum, crudum.

DVLCEDO. Mellita, mollis, nectarea.

DVMETVM. Horridum, densum, asperum, auium.

DVMVS. Siluester, spissus, spinifer, spinosus, hirsutus, rigidus, densus, acutus, amans ardua, silens, excelsus.

DVRIA. Formosus. *Fluuius est Hispaniæ.*

DVRITIES. Adamantina, acerba, dira, caconiana,

DE LITE-

DE LITERA E.

EBRIETAS. Turpis, rubens, improuida, demens.

EBVR. Indum, indicum, nitidum, candens, assyrium, sectile, niueum, læue, splendidum, liquidum, attalicum, expolitum, elephantinũ, phidiacum, curule, conspicuum, melicum, mollifluum, albens.

ECHIDNA. Lernæa, tumida, letifera, furialis, paratonia, Erebæa, lubrica, fera, tristis. *Echidna putatur eadem esse, quæ & vipera. Capitur & pro hydra ab Hercule occisa, & pro quocumque serpente.*

ECHINVS. Ruber, hirtus, volubilis, siluester, cautus, æquoreus. *Echinorum duplex est genus: terrestre, spinis obsitum: & maritimum, pinnata vndique testudine ac spinis obductum, quibus se peaum vice voluit, auctore Plin.*

ECHO. Resonabilis, garrula, græcula, filia aëris, turbida, canora, gaudens antris, vaga, clara, penetrabilis, recinens, reparabilis, reditura, torua, Panos deliciæ, vaga & iocosa imago. *Echo dicitur vocis & soni repercussio, quæ fit præcipuè in conuallibus & locis concameratis.*

EGESTAS. Vrgens, sordida, grauis, turpis, aeris, procliuis sceleri, crudelis, tristis, dira, dura, immitis, obsita pannis, infelix, misera, pannosa, prædura, infensa, ingeniosa, feralis.

ELECTRVM. Pingue, lacrymosum, rosidum, pallens, pallidum, præfulgens, liquidum. *Est autem electrum gummi populorum arborum; quod si candidum est, præstantissimum reddit odorem. Eius natura est ad lucernarum lumina clariùs argento splendere.*

ELEGI. Miserabiles, exigui, molles, leues, imbelles, sonantes, acuti, propertiani, phyletæi, parui, tristes, flebiles, impares, faciles, celeres.

ELEGIA. Flebilis, blanda, petulans, infelix. *Est autem*

autem Elegia cantus lamentabilis, quo amorum & exequiarum describuntur querimoniæ; dicitúrque à Græco verbo ἐλεγεῖν, id est mœreor.

ELENCHVS. Argutus, captiosus, fallax.

ELEPHAS. Barius, anguimanus, getulus, clemens, marmaricus, indicus, nigrans, vastus, immanis, cous, ferox, libyssius, infiens, trux, turriger, terribilis. *Et*, solidus, candens, niueus, nitidus, *pro ebore.*

ELEVSIS. Attica, cerealis, altrix frugum. *Fuit ciuitas Attica, in qua Ceres & Triptolemus vsum docuerunt agriculturæ.*

ELOQVIVM. Liquidum, melleum, pulcrum, tersum, blandiens, latiale, romuleum, facundum, excultum, fecundum, arduum, fulmineum, vernans, arpinas, cultum, vocale, beatum.

ELYSIVM. Amplum, molle. *Locus est genialis, in quo poëtæ fingunt animas esse beatorum.*

EMBLEMA. Vermiculatum. *Est autem emblema opus ex tesserulis structum, elegantérque variegatum.*

EMPEDOCLES. Siculus, agrigentinus. *Empedocles poëta fuit Siculus, qui immortalitatem nouo mortis genere affectans se in Ætnam conijcit.*

ENCELADVS. Iaculator, ferox, centipes, atrox, tiinacrius trux. *Fuit Enceladus gigantum maximus, Titani & Terræ filius, quem poëtæ fulminatum à Ioue, & sub Ætnam detrusum fabulantur.*

ENDROMYS. Tyria: *quoniam vsus purpuræ claruit in Tyro vrbe Asiæ. Iuuenalis Satyr. 6.* Peregrina. *Martialis libro 4. Erat Endromys vestis hirsuta, longiore villo; quibus vtebantur in gymnasijs & theatris, ad munera arenæ exercendæ. Hæc erat vestis exigui pretij, luet à diuitibus tantùm vsurparetur. Nam soli diuites in gymnasijs solebant exerceri. Ea induti vocantur Endromydati.*

ENDY-

ENDYMION. Latmius, dormitor, tener, dulcis, venator. *Pastor fuit formosus, quem adamauit Luna, adeò vt cœlo relicto, in montem Latmum eius osculandi gratia plerumque descenderit.*

ENIPEVS. Tumidus, dilectus, vndans, pulcer, hæmonius, thessalicus, altus. *Enipeus fluuius est Thessaliæ, apud quem Cæsar & Pompeius congressi sunt bello. lentus est, sed mistus Apidano fit velocissimus.*

ENNA. Odora, trinacris, sicula. *Enna ciuitas est in vmbilico Siciliæ à Syracusanis condita, vbertate florum & varietate conspicua.*

ENNIVS. Grauis, arte carens, rudiarum alumnus, ferox, difficilis, pater, doctus, magnus.

ENOS. Longæuus, laredica proles.

ENSIS. Rigidus, nefandus, coruscus, stellatus, fulmineus, falcatus, æreus, fatifer, fulgens strictus, crudus, decorus, scelere imbutus, fidus sæuus, frigidus, ferreus, martius, noricus, distinctus, lethalis, bellicus, nitidus, ferus, impius, sceleratus, acutus, violentus, habilis, infaustus, improbus, fragilis, cruentatus, vulnificus, miser, sanguinis egens, immitis, infectus, minax, teres, insanus, horrendus, sequax, alacer, furens, rutilus, dentatus, infestus, fortis, aheneus, fulgidus, audax, trux, vesanus, truculentus, barbarus, fatalis, ferox, cruentus, trusilis, bis acutus, feruidus, micans, nitens, sonorus, terribilis, durus, belliger, sanguineus, pugil, mauortius.

ENTHYMEMA. Cultum, argutum. *Est syllogismus imperfectus, maximè vrgens aduersarium: qui numquam fere fit nisi per interrogationem, quando ex assumpto solum concluditur: vt hic: Antonium priuatum ferre non potuistis, hunc Imperatorem feretis?*

ENYO. Sæua, martia, naualis, furialis, feralis, crudelis,

delis, dira. *Enyo dicitur furor belli, seu Bellona ipsa, Martis auriga.*

EPAMINONDAS. Thebanus. *Princeps fuit Thebarum, qui cum Lacedæmonijs congressus, multas victorias retulit. Traiectus lancea, & in castra semianimis relatus, vix audiit saluum esse scutum suum, nec ab hostibus raptum, Bene res habet, inquit, mortem hanc morior lubens. Atque ita veluti gratulabundus expirauit.*

EPHEBI. Teneri, criniti.

EPHIPPIA. Serica. *Ephippia sunt equorum ornamenta. Hinc Ephippiati equites dicuntur, quorum equi ephippijs ornantur.*

EPHYRE. Bimaris, *à duobus maribus, Ægeo & Ionio, quibus cingitur. Vrbs est Achaiæ, quam Corinthum dicimus. Ephyreides puellæ, id est, Corinthiæ.*

EPICHARMVS. Siculus, pythagoricus. *Siculus poëta, cui inuentum Comœdiæ tribuunt nonnulli. Alter philosophus doctrina & eruditione præstans.*

EPICTETVS. Stoïcus, claudus. *Philosophus fuit Hierapolitanus, seruus conditione Dicere solebat multos esse philosophos, non re, sed verbo tenus. Insuper tolerandam esse iniuriam, & abstinendum à voluptate.*

EPICVRVS. Doctus, gargetius, neoclides, cecropius, cynicus, voluptarius.

EPIDAVRVS. Medica. *Fuit vrbs Achaiæ, in qua Æsculapius Deus medicinæ colebatur.*

EPIGRAMMA. Blandum, astrictum.

EPIRVS. Herbida, siluosa, potens. *Regio est quam vocamus Chaoniam & Molossam.*

EPISTOLA. Internuntia, pulcra, verbosa, adhortatoria.

EPOPS. *Auis quæ & Vpupa.* Cristatus, galeatus, saxicola, minax.

EPVLAE.

EPVLAE. Dulces, regales, geniales, dulcoratæ, vnctæ, solutæ, esculentæ, lautæ, lætæ, leguminosæ, fumantes, saliares, suaues, opimæ.

EQVA. Armentalis, lasciua.

EQVES. Seuerus, loricatus, leuis, hastatus, egregius, bellator.

EQVI SOLIS. Alipedes, alati, animosi, volucres, ignipedes, flagrantes, radiantes, purpurei, niuei, lucentes, anhelantes gemmei, luciferi, flammigeri flammipedes, coi, fumantes, rubentes, sonipedes, anheli.

EQVVS. Bellator, arduus, acer, ardens, fortis, spumans, cornipes, citatus, alipes, elæus, sternax, ferox, sublimis, fugax, fremens, duellicus, mordax, strigosus, impiger, desultorius, velox, anhelans, quadrupes, cupidus, citus, rapidus, animosus, nobilis, magnanimus, leuis, asper, martius, anhelus, immitis, volucer, ales, quadrupedans, furens, difficilis, ignipes, belliger, armiger, præceps, freniger, minans, humens, intrepidus, celer, massylæus, potens, bellicus, sudans, venator, audax, hinniens, alacer, pugnator fumans, clitellarius, curulis, saticinarius, bellax, pugnax, insultans, aliger, comis spumiger, æripes, rigidus, generosus, membrosus, squammiger, iubatus, æriſonus, ephippiarius, validus, insiliens, funalis, phaletratus, thessalicus, terribilis.

EQVVS TROIANVS. Immanis, fatalis, abiegnus, durateus, dardanius, ingens, palladius, arduus, fallax.

EREBVS. Durus, profundus, dirus, tenebrosus, tristis, niger, infernus, silens, altus.

ERICHTHO. Effera, thessala, thessalis, tristis, profana, venefica. *Maga fuit Thessala, multu veneficiu famosa. hanc Lucan. lib. 6. egregie describit.*

ERIDANVS. Rex fluuiorum, violentus, phaëthontæus, superbus, stellifer, ferus, rapax, vagus, nobilis, ingens,

ingens, corniger, princeps fluminum, inundans, turbidus, Venetus. *Eridanus fluuius est Italiæ cognitissimus, qui alio nomine Padus vocatur, de quo Plinius & Solinus multa memorant.*

ERIGONE. Flebilis, marathonia, icaris, pia, icaria. *Filia Icari, cuius audita morte, quem Attici Pastores inebriati interfecerant, seipsam laqueo suspendit.*

ERINNYS. Tristis, feralis, fera, insana, atra, crudelis, nocturna, flammifera, anguibus implicita, minax, tenebrarum incola, torua, sæua, anguifera, furialis, stygia, scelerata, impatiens, funesta, rabida, improba, discors, tragica anguicoma.

ERIPHYLE. Perfida, nefanda, auara, mæsta, impia. *Fuit uxor Amphiarai vatis, quæ desiderio habendi monilis auret, quod ferebat Adrastus rex Argiuorum, Amphiraum maritum suum prodidit, qui se occultarat, ne Thebas ad bellum raperetur, quòd ex vaticinio præuideret ibidem se periturum, vt etiam perijt.*

ERISICHTHON. Driopeius, sacrilegus, profanus, auidus. *Erisichthon fuit quidam Thessalus, Cereris contemptor, cuius cùm lucum abscidisset, dea vlciscente, ad tantam famem redactus est, vt sua ipse membra corroserit.*

ERROR. Dubius, malus, vagus, fanaticus, vanus, temerarius, perplexus, deuius, inextricabilis, furiosus, prauus, indelebilis detestabilis, retrogradus, phaethontæus, inobseruabilis, nubilus.

ERVCA. Reuocans Venerem, salax, viridis, frigorum contemptrix. *Eruca herba est Venerem excitans. Propterea ponebatur vnà cum lactuca, quæ frigidissima est, vt altera alterius vim temperaret.*

ERYMANTHVS. Phocaicus, gelidus, cupressifer, monstrifer. *Mons est Arcadiæ, in quo Hercules aprum confecit.*

ERY-

ERYTHRA. Barbara, tepida, sagittifera. *Insula maru rubri est, pro quo nonnumquam solet accipi.*

ERYX. Altus, celsus, nimbosus, siculus, inuius. *Mons est Siciliæ, dictus est ab Eryce Veneris & Butæ filio, qui ab Hercule interfectus est, quòd hospites necaret.*

ESCA. Dulcis, ambrosia, pinguis, mollicula, frugalis.

ESCVLVS. Rigida, frondens, maxima. *Arbor est glandifera, cuius fructu homines ætate aurea vescebantur. Sacra est Ioui. Ex eius ramis fiebat corona cuica.*

ESSEDA. Belgica, stridentia, britanna, curua, multisonora. *Essedacurrus erant Britannis peculiares, quibus vtebantur in bello Britanni. Horum autem inuentum tribuitur Gallis Belgis, interim essedũ promiscuè pro quouis curru capitur.*

ETHEOCLES. Labdacius, durus, infandus, œdipodionius, tyrius, sæuus, nefandus, cadmeus. *Fuit filius Oedipi regis Thebanorum, & frater Polynices. Quibus cùm pater moriens regnum alternatim regendum dimisisset, & Etheocles peracto sui principatus anno fratri cedere noluisset, mutuis vulneribus ambo se confecerunt.*

EVA. Antiqua, nocens, capta venenis, vana.

EVADNE. Hyphias, capaneia, audax, fida. *Euadne filia fuit Martis & Hyphiæ, quæ in rogum mariti sui Capanei apud Thebas interfecti, dum celebrarentur exsequiæ, se coniecit.*

EVAN. Thyrsifer, semeleius, vuifer.

EVANDER. Arcadius, palatinus, parrhasius, arcas, exul, nonacrius, palantius. *Filius fuit Mercurij & Nicostratæ seu Carmentis: qui cùm fratrem occidisset imprudens, relicta Arcadia fugit in Italiam, & in Palatino monte consedit, ibique Palantæum oppidum condidit.*

EVENVS. Turbidus. *Fluuius est descendens à Thracia, qui nomen sumpsit ab eiusdem nominis homine ibidem submerso. Calydoneam præterfluit.*

EVGANEI. Veteres. *Populi sunt Galliæ Cisalpinæ.*

EVME-

EVMENIDES. Turbidæ, sæuæ, ferales, stygiæ, cruentæ, anguicomæ, truces, tartareæ, crudeles, diræ, horrendæ, furentes.

EVNVCHVS. Delicatus, imbellis.

EVPHRATES. Altus, fertilis, vagus, tumidus, celer, assyrius, flexuosus, Babylonius. *Euphrates fluuius est Mesopotamiæ, ortum capit; secundum Strabonem, in Niphate Armeniæ monte.*

EVRIPIDES. Cothurnatus, *id est*, tragœdiographus: tragicus.

EVRIPVS. Euboicus, fusilis, instabilis, varius, tenuis, vagus, lubricus, fugax, æstuans. *Fluuius est, seu angustum mare inter Bœotiam seu Phocidem Bœotiæ partem, & Euboiam insulam, quòd alterno cursu, teste Pompeio, septies in die, totidémque nocte fluat & refluat, vt ventes, ac etiam plena ventis secum portet.*

EVRISTHEVS. Argolicus, durus, sthenelcius, sæuus, grauis, cruentus, mycenæus, crudelis. *Filius fuit Agenoris regis Mycenarum, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi vt varia monstra superaret.*

EVROPA. Tyria, sidonis, cressa, agenoris, rosea. *Filia fuit Agenoris regis Phœnicum, quam Iupiter rapuit, & ne agnosceretur dolus, forma bouis abduxit in Cretam.*

EVROPA, REGIO. Diues, potens, populosa.

EVROTAS. Tænareus, frigidus, asper, viridis, lacedæmonius, oliuifer. *Fluuius est Laconiæ, Spartam alluens, qui abundat lauru. Nomen sumsit à quodam Eurota Miletu filio, qui stagnantes per eam regionẽ aquas fossa perduxit in mare.*

EVRVS. Animosus, iuphæus, stridens, niger, aquosus, præceps, trux, proteruus, indomitus, sæuus, tumidus, æolius, volucer, insanus, rapidus, nubifer, eous, hispidus, nabathæus, phœbeus, glacialis, rigens, borealis, celer, leuis, immitis, nebulosus, ferox, pestifer, indicus,

dicus, oriens, impiger, nimbifer, velox, furens, citus, præceps, mollis, extremus, imbrifer.

EVRYCLIA. Longæua. *Nutrix fuit Vlyssis.*

EVRYDICE. Nitens, niuea, pulcra, thracia, formosa. *Eurydice, Orphei vxor, fugiens Aristæum, à quo adamabatur, morsu colubri in herba latentis interfecta est.*

EVTERPE. Sancta. *Una est è nouem Musis.*

EXAMEN APVM. Operosum, dædalum, *id est*, ingeniosum.

EXCIDIVM. Miserabile, nefandum, fumans.

EXCVBIAE. Peruigiles, madentes vino, murales, nocturnæ.

EXCVBITOR. Peruigil.

EXITIVM. Detestabile, pœnale, durum, furiale, crudele, triste, infandum, lacrymosum.

EXPENSA. Indecor, grandis.

EXPERIENTIA. Magistra rerum gnara.

EXQVILIAE. Aquosæ, gelidæ.

EXSEQVIAE. Tristes, mœrentes, mœstæ, miseræ, piæ.

EXSILIVM. Durum, miserum, trepidum, flebile, acerbum, vagum, nefandum, infelix, turpe, infaustum.

EXSVL. Vagus, mœstus, miser.

EXTA. Fumantia, spirantia, stridentia, lubrica, calentia, trementia, pinguia, lustralia, tumida.

EXVVIAE. Dites, opimæ, cruentæ, hostiles.

DE LITERA F.

FABA. Dura, pallens, picta, ventosa.

FABER. Ferrarius, lignarius, validus, fœuus, æratius.

FABII. Strenui, romulidæ, docti. *Fabiorum Romæ familia fuit illustrissima, & admodum populosa, quorum trecenti apud Cremeram fluuium à Veientibus interfecti sunt.*

FABIVS.

FABIVS. Sollers, inuictus mora, cunctator, morans, lentus. *Fuit hic Fabius Maximus, qui cunctando vires Hannibalis attrivit.*

FABRITIVS. Grauis, pauper, rigidus, tristis, inuictus donis, fidelis, romanus.

FABVLA Mendax, anilis, delira, lepida, incredenda, sollers, perita, bella commenticia, vana, expers veri, garrula, inanis, monstriosa, ficta.

FABVLATOR. Verbosus.

FACIES. Pulcra, nitens, decora, candida, egregia, honesta, serena, candens, conspicua, coruisca, amœna, venusta, bella, insignis, dumescens, proterua, setosa.

FACINVS. Nefarium, cruentum, noxium, triste, obscenum, efferum, horrendum, horridum, nefandum, atrox, malum pudendum.

FACTIO. Vesana, consponsa, inimica, illicita, fallax, frendens, seditiosa, factiosa.

FACVNDIA. Opima, elocutilis, piperata, diues, fallax, sollers, dulcis, attica florida præstans, fauiffua.

FAEX Liquida, viriosa, cloacalis.

FAGVS. Patula, arcuata, vmbriosa, rorans, alta, frondosa, excelsa, glandifera, teres, rudis, densa. *Fagus arbor est glandifera, cuius glans triangula cute includitur: folium eius tenue & lenissimum est, celerrimè flaueſcens: gignens supernè paruulam baccã viridem, cacumine aculeatam. Glans ipsa muribus gratissima est, item gliribus & turdis. Fertilitas eius alternat, vt ferè omnium arborum. Ligni honos præcipuus olim fuit in vasis.*

FALCO AVIS. Generosus, pernix.

FALERNVM. Fumosum, campanum, apricum, molle, nigrum, vetulum indomitum, acre.

FALLACIA. Captiosa, falsa, falsidica.

FALX. Curua, procurua, fœnaria, putatoria, verticulata,

cnlata, acuta, obtusa, adunca, lunata, rapax, ahena, dura, incuruata, exacuta, ferrea, panda, peracuta, æstiua, sarurnia dentata, vulnifica, trux, ænea, herbiseca, vncata, fœniseca, recurua, agrestis, sæua, habilis, inflexa, sanguinea, siluatica, omniseca.

FAMA. Mendosa, mendax, volitans, prænuntia, loquax, volucris, vaga, incerta, turbida, turbatrix, improba, garrula, memor, superstes, velox, celebris, insignis, maligna procax, mundiuaga, memorabilis, sagax, viuax, conspicua, celer, verbosa, magnifica. *Poëtæ fabulantur Famam Titanu & Terræ filiam, editam à matre, vt deorum scelera patefaceret, quòd Gigantes interfecissent. Ea graphicè describitur à Virgilio lib. 4. Æneid.*

FAMES. Dira, obscena, malesuada, rabida, vesana, peruisina, sæua, insana, ambitiosa, misera, pestifera, ieiuna, stimulans, dura, pretiosa, inops, imperiosa, atra, saguntina, irata, cruda, mæsta, crudelis, violenta, anhela, vrgens, pernicioſa, tristis, rapida, tetra, lenta, grauis, iners, vorax, tremula, acerba, funesta, importuna, macia, prædura, implacata, auida, alumna mortis, aspera, ægra, exesa, cyclopica, phinæa, pallida, lurida; cõditanea & conditrix, *eo quòd fames sit cibi condimentũ. Famem Erebi & Noctis filiam, doctè & ingeniose depingit Ouid. lib. 8. Metam.*

FAMVLAE. Sequaces, fidæ.

FAMVLI. Fideles; & Herifugæ: *qui refugiunt aspectum domini Catull. vt herifugæ famuli solent.*

FANVM. Mysticum, vetustum, sacrum.

FARINA. Ordeacea, siliginea, minuta, triticea, puluerea, dulcis.

FARRA. Flaua, robusta, adorea, triticea, aspera, pultifica.

FASCES. Superbi, consulares.

FASCIA. Tenuis, gracilis sinuosa, mollis.

FASTIDIVM. Superbum, insuaue, lentum.

FASTVS. Tumidus, sæuus, inanis, potens, inuisus, iniquus, tumens, diues, tristis, superbus, ventosus, elatus, malignus, grauis, grandiloquus, turgidus, imperiosus, proteruus, arsacius, *id est*, parthicus, terribilis, trux.

FATVM. Inexorabile, crudele, miserum, sordidum, impium, incertum, æmulum, graue, auarum, sollicitum, lacrymosum, crudum, festinans, durum, ineluctabile, miserabile, noxium, iniquum, tenax, cruentum, horridum, nulli mutabile, liuens, minans, præcox, miserandum, nigrum, inopinum, acerbum, triste, rapidum, insuperabile, inutile, occultum, deflendum, inglorium, latens, dubium, dirum, rapax, properans, pestiferum, viuax, præceps, cæcum, ignauum, asperum, lacrymabile, minitans, inuidum, immite, ineuitabile, auidum, exitiale, horrendum, immotum, ambiguum, malignum, immobile, violentum, improbum, implacabile, insolabile, ferox, veniens, potens, terribile, perfidum, furidum, ferreum, propheticum, secretum, atrox, dolorigerum, lubricum, sidereum, celere, funereum, perniciosum, illætabile, amarum, mysticum, flebile, immane, lamentabile, marcens, sinistrum, adamantinum, funestum, instans, fallax. *Fatum, inquit Chrysippus, est sempiterna quædam & inuechinabilis series rerum, & catena volues semetipsa, & sese implicans per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta connexáque est. Vide Ciceronem lib. 1. de Diuinatione. Poëtæ fatum capiunt nonnumquam pro morte, quandoque pro Parcu, frequenter pro vaticinio rerum futurarum, sæpissimè pro illa sempiterna & inuiolabili rerum serie, quam ponunt Chrysippus.*

FAVCES. Obscuræ, auidæ.

FAVI. Pressi, mellis, candidi, flaui, expressi, nectarei, hyblæi, puri, dulces, thesæi, siculi, ambrosij, actæi, grati,

grati, cauernosi, cecropij.

FAVILLA. Candens, leuis, feruens, furens, fumans, caua, atra, ardens, rutila, thuricrema, igniuaga, rutilans, calida, vaga, incensa, tremula, ignea, altiuola, crepitans, volucris, volans, flammans, tepida, torrens, calens, tenuis.

FAVNVS ET FAVNI. Siluicolæ, cornipedes, cornigeri, noctiuagi, apennicolæ, prodigiosi, frõdentes, agrestes, placidi, leues monticolæ, mænalij, rigidi, arcadici, cicuticines, bicornes, celeres, lasciui, capripedes, semicapri, parthenij, ruricolæ, salaces, madidi, procaces. *Faunus filius fuit Pici, & pater Latini, qui regnauit in Latio. Is genuisse fertur Faunos, Satyros, Panas & Siluanos, rusticorum numina, quos poëtæ fingunt & cornigeros & caprinis esse pedibus.*

FAVONIVS. Candidus, genitabilis, spirans, genitalis, tepidus, liquidus, leuis, floridus, florifer, blandus, placidus, tepens, serenus, tenuis. *Fauonius ventus est leniſsimus, flans ab Occidente. Alio nomine vocatur Zephyrus.*

FAVOR. Benignus, blandus, amicus.

FAX. Multifida, coruſca, fumida, rosea, noctiuaga, auida, lucens, flammifera, tepida, fumans, rutila, ardens, flammans, rapida, lucifera, flammigera, ignea, flammea, radians, lucida, igniuoma, splendida micans, ignita, feruida, edax, flammiuoma, ignigena, præmicans, calida, fulgens, igniflua, nocturna, tremula, rapax, flagrans.

FEBRIS. Arida, auida, rapida, maligna, recurrens, interuallata, molesta, amara, anhela, ardens, insana, horrida, grauis, ineis, tremula, letifera feruens, phlegethontica, querquera, recidiua, edax, vio entã, pestifera, occulta, calida, flagrans. *Veteres dicebant Querquerum graue & magnum. Vnde & febrim frigidam & magnã querqueram. Lucilius, Lactans me vt febris querquera.*

FEBRVARIVS. Brumalis, feralis: *quòd eo mense sacra feralia mortuu fierent, & ludi Lupercales.*

FEL. Atrum, vipereum, mordax, triste, cæruleum, nigrum, amarum, tumidum, turgidum, acidum, malum, aquosum.

FELES. Tectiuagi, muriuori, rapaces.

FELSINA. Pugnax, docta. *Est vrbs in Italia, quæ nunc Bononia dicitur.*

FEMVR. Tenerum, lasciuum, hirsutum, pathicum, tremulum, tumidũ, tenellum, candens, niueum, molle.

FENESTRA. Caua, angusta, patens, patula, sublimis, magnifica.

FERAE. Horribiles, fugaces, montiuagæ, horriferæ, sauientes, immanes, rigidæ, montanæ, hirsutæ, pugnaces, sæuæ, terribiles, rapidæ, auidæ, rabidæ, ciuentæ, crudeles, trepidæ, timendæ, pauidæ, rapaces, frementes, quadrupedes, immites, hirtæ, iubatæ, acres, præcipites, horridæ, inhumanæ, auritæ, turbidæ, indomitæ, audaces, minaces, vagæ, siluestres, atroces, carniuoræ, multiuagæ, soliuagæ, monticolæ, brutæ, errantes, indociles, toruæ.

FERCVLVM. Illecebrosum, lautum.

FERETRVM. Nigrum, durum, miserum, molle.

FERITAS. Torua, sæua, inamabilis, inamœna, scythica, prodigiosa, immanis, indocilis.

FERRVGO. Atra, scabra, obscura, opaca, picea, pallens, olida, picta.

FERRVM. Nocens, mordax, durum, validum, fatiferum, acutum, solidum, rigidum, asperum, mortiferum, sæuum, graue, crudele, strictum, cruentum, infestum, stridens, immedicabile, rubiginosum, triste, fatale, rigens, radians, missile, vulnificum, sanguineum, forte, lethale. *Chalybes populi in Ponto abundant optimo ferro,*

ferro. Virgilius lib. 1. Georg. Norici alpium populi laudabiles itidem ferri venas habuerunt, vt etiam Melita Siciliæ insula. Apud Bilbilim quoque fluuium Hispaniæ fiebat optima ferri temperatura.

FERTILITAS. Dulcis, diues, læta.

FERTVM. Opimum. *Erat genus libi, quod sæpissimè ad sacra fere atur.*

FERVLAE. Minaces, teneræ, tristes, inuisæ, florentes, truces, inimites manibus. *Ferulam Plinius ascribit arborum generi. Alij inter frutices numerant. Nascitur in calidis locis. Nulli fruticum leuitas maior, propter quod facilius baculorum vsum senectuti præbet. Eius radice (quæ candida est) abscissi lac emanat. Infirmissima est. Vnde prouerbium apud antiquos erat in eos qui tenui & exiguo præsidio aduersus optimè instructum pugnabant, eos pugnare ferula contra gladiatorem.*

FERVOR. Æstiuus, calidus, siccus, igneus, rapidus, vehemens.

FESCENNINVS. Dicax. *Est autẽ versus nuptialis, dictus a Fescennino vrbe Campaniæ, in qua nuptialia carmina primùm inuenta sunt.*

FESTINATIO. Improuida, cæca.

FESTVM. Solemne, insigne, celebre.

FIBRA. Vitalis, tenera, spirans, arcana.

FIBVLA Rasilis aurea, mordax, eburnea.

FICEDVLA. Viridis.

FICVS. Pinguis, viresçens, pulla, bifera, cærula, lactens, munifica, nectarea, ruminalis, dulcis, suauis, fecunda, mollis, laticoma. *Ficus arbor radicum breuitate cito senescit. Laudatur Iudæa rubens oliuæ magnitudine, crassitudine cubitali, ramosa, materia valida, viridi cortice, folio tiliæ, sed molli. Hircana dulcior nostris & fertilior, vt quæ modios CCLXX. ferat. Ficubus omnibus mollis est tactus. Maturus frumenta intus, matureścentibus succus lactis, percocto mellis. Se-*

nescunt

nescunt in urbore. Præstantissimæ sunt in Ebuso insula. Dulci sunt succo & lacte in capite, in corpore non, &c.

FIDES. Cana, sancta, thesea, penelopæa, pia, pura, tenax, solida, sacrata, sacra, impolluta, iurata, constans, honesta, individua, pacta, socialis, intacta, stabilis, recta, intemerata, religiosa, verax, firmata, sincera, incorrupta, candens, ingenua, vnanimis, orestæa, socia, saguntina, iusta.

FIDIS *seu* FIDES. Canora, teia, æolia, cyllenia, curua, docta, dulcisona, sonora, iocosa, querula, aurata, sonans, blanda, pindarica, aonia, dulcis, leuis, testudinea, threicia, harmonica.

FIDVCIA. Pallens, audax, superba, stolida.

FILIX. Inusa. *Virgil. lib. 2. Georg. Nomen est herbæ bina interdum cubita excedentis longitudine, nullum gerentis florem, nec semen, radicibus longis.*

FILVM. Gracile, tenue, subtile, prætenue, teres, leue, sericum, textile, nodosum, læue.

FIMVS. Pinguis, immundus, vdus, bibulus, liquidus, tenax, abiectus, putris.

FIRMITAS. Saxea, fortis, dura.

FISCELLA *aut* FISCINA. Iuncea, fragilis, contexta cannis. *Est fiscina vas vimineum, aut iunco textum, quo exsiccantur caseι.*

FISTVLA. Arguta, rustica, dulcis, suauis, caua, enodis, pastoralis, leuis, iauca, indocta, blanda, canora, garrula.

FLABRVM. Lene, tenue, animosum, sæuum, procax, petulans, vagum, siluifragum, pictum, ventosum, decorum.

FLAGELLVM. Sanguineum, prolixum, horribile, vitiosum, cruentum, horrisonum, tortum, acre, dirum, durum, impium, vulnificum, mortiferum, graue, atrox, triste, rigidum, atrum.

FLAGRVM.

FLAGRVM. Durum, rigidum.

FLAMEN. Spumeum, ſonorum, diſſonum, ſpirans.

FLAMMA. Tremula, crepitans, coruſca, torrens, virgea, ſequax, ſtupea, vaga, acris, celer, calida, ignea, volans, velox auida, rutila, viua, rapida, feruida, rogalis, vigil, lucens, roſea, multifida, volucris, errans, vorax, tumida, clara, radians, micans, coruſcans, fluctuans, feiox, flagrans, mobilis, feruens, rapax, agilis, rubens, vſtulans, viuida, rutilans, torrida, lucida, relucens, æſtuans, exardens, ardens, nigrans, ſæuiens ignita, ſonax, atrox, ſonora, æinæa, igniuoma, ſtridula, calens, vndans, audax, comans, mobilis, vrens, ſonans, fugans vmbras, fulgens, alacris, furens, crudelis, terrifica, populatrix, fumoſa.

FLATVS. Madidus, violentus leuis, rapidus, ſtridens, anhelus, gelidus, acer, vētoſus, viuificus aereus, acutus, præceps, multiuagus, ſonorus, nimboſus, horriſonus.

FLETVS. Manans, humens pius, mæſtus, luctiſonus, acerbus, miſer, turgidus, tepidus, amarus, rorans, tener, tremulus, tepens, fontanus.

FLEXVS. Sinuoſus, vagus, tortuoſus, curuatus, lunatus, ſinuatus, circularis, multiuagus, obliquus, labyrinthæus, labyrinthiacus.

FLORA. Iocoſa, ruſtica, odora, delicata, decens, zephyritis, lacticina, pulcra. *Flora meretrix fuit ditiſſima, quæ Romanum populum conſtituit heredem. Vnde in deorum numerum relata eſt, & Floralia ſacra eidem conſtituta ſunt, quæ Aprili menſe fieri ſolebant, magna verborum & rerum omnium cùm laſciuia, tum licentia. Capitur etiam pro dea florum, vt hoc in pleriſque locis.*

FLORENTIA. Syllana, *quoniam à Syllanis militibus fertur condita.* bella, magnifica, elegans. *Vrbs Italiæ, quæ & hodie Florentia.*

FLOS. Blandus, tutulus, lætus, niueus, odoratus, mollis, candidulus, micans, apricus, suauis, dulcis, pratensis, vernus, æstiuus, odorus, elysius, candidus, odorifer, fabæus, decens, atticus, nectareus, nitidus, tener, gratus flagrans, illustris purus, fulgidus, decorus, halans, hyblæus, olens, vernalis, pulcer, bene olens, bellulus, coruscus, pictus.

FLVCTVS. Tumidus tumens recipiocãs, canus, multigrumulus, marinus spumãs, procellosus, suidus, tiux, patulus, cæruleus, humens curuatus, fluuius, sonorus, curuus, altisonus, inquietus vastus, penetrabilis, frigidus, rapidus, raucus, madidus, tremulus, sonans, humectus agitatus, minax herbosus, resonus proteruus, nimbosus, æquoreus, multiuagus, saxifragus campiuagus, grandisonus, liquidus, supinus, vesanus, horrisonus, vagus, sonax, fugax, vitreus, palustер, vndosus, saliens, fremens, natans, arenosus, australis, vndans, algidus, errans, naufragus, pluuius, profundus, flexibilis, resonans, validus, spumifer, natans, *pro, in quo natatur*, *Ennio*.

FLVENTVM. Raucum, cerosum, procellosum, blandum, tenue, trepidans, vndiuagum, madidum, amœnum, glaucum, sinuosum.

FLVMEN. Frigidum, torrens, cauum, curuum, herbosum, labens, vagum, gelidum, latebrosum, liquens, sonorum, nauigabile, rapidum, validum, decliue, limosum, circumfusum, obliquum, refugum, turbidũ, spumans, concitum, spumeum, ductile, aiduum, virens, sinuans, flexum, fontanum, properans, caducum, profundum, citatum, tumidum, sinuosum, vitreum, viridans nebulosum, cannosum, vdum, humidum, nitidum, rigens, perlucidum, violentum, vndans, currens, amœnum, glaucum, inflexum, tumens, purum, liquidum,

liquidum, deflexum, curuatum, præceps, fruticans, resonans, algidum, prociduum, exundans, lubricum, piniferum.

FLVVIVS. Rapax, liquens, minax, tumens, gelidus, spumifer, humens, trux, minans, lubricus, citatus, algens, torrens, sonax, flexiuagus, rapidus, vorax, nitens, stagnans, vadans, furens, spumans, corniger. *Fluuij quondam ascribebantur deorum numero. Hinc Val. Flac. lib. 6. Magnique sacerdos Phasidu. Frequenter quoque simulacra fluuiis erecta sunt, & c.*

FOCVS. Calens, calidus, tepidus, fumosus, ardens, odoratus, accensus, thuricremus, sacrificus, vaporifer, stridens, lucens, feruens, flammiger, igniuomus, sanctus fumificus.

FOEDVS. Sociale, iugale, concors, socium, dulce, stabile, amicum, coniuratum, compositum, sacrosanctum, inuiolabile, clandestinum. *Fœdera primus inuenit Theseus: & Lycaon inducias.*

FOEMINA. Tenera, candida, culta, læta, callida, imbellis luculenta, dux malorum, bella, scelerata, impudica mollis, festiua, fallax, iniqua, labilis, mobilis, prodiga, vindex, loquax, largiloqua, insidiosa.

FOENERATOR. Auidus, lucripeta, improbus.

FOENVM. Pratense, autumnale, molle, asperum, rigens, rigidum, vile, herbosum. *Fœnile dicitur cumulus fœni. Fœnifica, qui secant fœnum.*

FOENVS. Auidum, fecundum, cumulatum, occultum, copiosum.

FOETOR. Hircinus *ab hircis, qui malè olent: quem fœtorem reddunt homines multum libidinosi.* Pestifer, *quoniam ex immunditia cloacarũ & fœtore pestilentiam oriri certum est.*

FOLIA: Ariminensis. *Nomen est veneficæ, cui patria fuit Ariminum oppidum.*

FOLIVM. Molle, tenue, tenerum, crispum, mobile, caducum, agreste, glaucum, vernum, opacum, iosidum, odoratũ, leue, comans, virens, flexile, tremulum.

FOLLES. Taurini, trementes, ventosi, reflatules, caui, æolij.

FONS. Liquidus, muscosus, gelidus, irriguus, mundus, montanus, largus, putealis, amœnus, largifluus, frigidus, dulcis, viuus, placidus, illimis, spumiger, fecundus, vmbrosus, conspicuus, bullis stillans, piscosus, subulis, purus, perspicuus, nitidus, rutilus, placidus, algidus, lene fluens, salebrosus, cauus, lutosus, vaporosus, præceps, lucidus, lucens, gramineus, riguus, limpidus, sonans, crepans, raucus, montanus, vitreus, vagus, candidus.



FORCEPS. Tenax, curua, aduncа, denticulata, supina, habilis, cæsiua, ahena.

FORES. Asperæ, robustæ, obseratæ, rigidæ, difficiles, surdæ, pictæ, querulæ, validæ, cælatæ, tumultuosæ, æreæ, fortes, ornatæ, duræ, rasiles, ruinosæ.

FORFEX. Ferreus, acutus, auarus.

FORMA Eximia, pulcra, superba, lauta, decens, generosa, egregia, honesta, virtea, ignea, anceps, fugax, argentea, breuis, velox, pretiosa, caduca, tenera, nitens, candida, splendida, decora, venusta, placida, fragilis, lepida, niuea, scitula, elegans.

FORMICA. Metuens senectæ, rapax, paruula, frugilega, granifera, repens, sollers, patiens laborum, leuis, parua, breuis, sepes.

FORMIDO. Nigra, turpis, atra, trepida, gelida, misera, exsanguis, tetra, pauida, mæsta, horrida, segnis, sæua.

FORNAX. Caua, vasta, calcaria, calida, terrena, sulphurea, vaporifera, curua, ardens, abrupta, occulta, ignea,

Ignea, picea, rapida, profunda, ferraria.

FORNIX, *pro meretrice.* Olens. Suburana, *à Subura vico vrbis Romæ, in quo erant meretrices.* Olida, *Iuuen. Sat. 11.*

FORNIX, *testudo.* Multicauus, cauus, cauernosus, niger, conuexus, curuus, curuatus, piceus, opacus.

FORTITVDO. Armipotens, *pro numine.*

FORTVNA. Rhamnusia, omnipotens, inconstans, perfida, lubrica, anceps, infida, fortis, rapax, manca, superba, cæca, peruicax, licentiosa, sæuiens, nefaria, rhamnusis, dubia, tristis, acerba, improba, minax, insolens, insidians, cauta, dura, sæua, inuida, noxia, vaga, fluibunda, desultoria, lenocinans, locuples, fallax, fragilis, fatalis, velox, rapida, impotens, labens, potens, sublimis, mutabilis, ambigua, imperiosa, illudens, insidiosa, caduca, volucris, præceps, biftons, aspera, instabilis, insana, bruta, iocans, immoderata, imprudens, audax, multiformis, truculenta, versuta, inanis, superba, volubilis, varia, malefida, mobilis, deceptrix, mendax, magnipotens, procax, liuida, iniqua, influens, lucrifica, prominens, incerta, erratilis, prænestina, varians, æstuaria. *Fortuna, inquit Lactantius, est accidentium rerum subitus atque inopinatus euentus. Multa enim, inquit Cicero, efficit inopinata nobis propter obscuritatem ignorationémque causarum. Interrogatus Chilo, quid esset fortuna, Cæcus, inquit, medicus: multos enim excæcat. Eius simulacrum apud Scythas sine pedibus fingebatur, vt manus tantùm & pedes haberet. Apud Smyrnæos eiusmodi fuit, vt polum capite fulciret, manuum altera sustinens Amaltheæ cornu. Lactantius pictam à veteribus fuisse testatur cum copia & gubernaculo, tanquam opes tribuat, & rerum humanarum teneat regimen.*

FORVM. Litigiosum, verbosum, turbidum, fremens, triste, argutum, clamosum, raucum, stridulum, legiferum, venale, iudiciale, cupediarium, rigidum.

FOSSA. Præceps, subita, prærupta, hians, ima, madida, putris, caua, concaua, profunda, obscura.

FOSSOR. Robustus, impiger, laborioſus.

FOVEA. Putris, atra profunda.

FRAGA. Montana, mollia, rubentia, redolentia, nascentia humi, rutilantia.

FRAGOR. Horrisonus, perterricrepus, tristis, vehemens, horrendus, fulmineus, resultans, crepulus, terrisonus, raucus, resonus, exsurdans, tristificus, terrificus, horrificus, molestus, rabidus, horridus, resonans, altiloquus, nimbosus.

FRAMEA. Sanguinea, *Gladius est, quem poëtæ Marti peculiarem faciunt.*

FRANCI. Fortes, rigidi acres, horridi.

FRAVS. Occulta, maligna, ingeniosa, scelerata, nefanda, dolosa, mala, dira, massyla, infida, clandestina, tacita, flexuosa, commenticia, turpis, hostilis, latens, cauta, nefaria, inexpiabilis, impia, inusa, lycaonia.

FRAXINVS. Siluestris, procera, vtilis hastis, vmbrosa alta, stridula, odiosa colubris. *Fraxinus dicitur à fragosis locis, in quibus nascitur: procera est & teres, & pennata folia, Achillu hasta multum nobilitata. Materies eius ad multa est vtilis. Quæ nascitur in Ida Troadis monte, adeò est citro simili, vt ementes fallat sublato cortice. Eius duo sunt genera: Longa enodis; altera breuis durior, fusciorque laureis foliis. Amplissimam habet Macedonia, quam Bumeliam vocant. Diuidunter in situ. Campestris crissa est, montana spissa. Folia Fraxini iumentis mortifera sunt, ceteris ruminantium innocua. Succo expresso ad potum contra serpentes, & imposita vlceribus apifera est. Tantaque est vis, vt nec matutinas, nec occidentes vmbras serpens arboris eius attingat, adeò vt ipsam procul fugiat. Si ea fronde gyro claudatur ignis & serpens, in ignes potius fugiet,*

quàm

quàm in fraxinum. Floret fraxinus priusquam prodierint serpentes. frons. auara. seuera. Rigida

FREMITVS. Horrisonus, rapidus, terrificus, raucus, insanus, flebilis, horrificans, sonorus, anhelus, mugiens. *Dicimus etiam fremor nomen pro fremitus.*

FRETVM. Cæcum, concitum, torrens, æstuosum, vastum, sæuum, longum, rapidum, insanum, turbidum, spumans, neptunium, curuum, glaciale, cæruleum, spumosum, salsum, minax, surdum, ventosum, vndans, tumidum, profundum, cærulum, stagnans, apertum, viride, naufragum, veliuolum, feruidum, tumescens, fremens, rabidum, saliens, lubricum, fumans, vndosum, vndisonum, vndisonans, hibernum.

FRIGVS. Opacum, penetrabile, pluuium, concretum, dirum, contractum, mordens, hiemale, brumale, glaciale, sterile, scythicum, hibernum, torpens, acerbum, rigidum, manabile, acre, durum, ignauum, iners, inhabitabile, malum, gelidum, rosidum, animosum, improbum, timidum, pallidum, pigrum, triste, tiphæum, dirum, pluuiale, algidum, lethale, intolerandum, arctoum, strictum, malignum, crudum, mordax, sæuum, horridum, immite, arcticum, niuale, horrens, intractabile, boreale, rhodopeium, pallens, iniquum, boreum, hyperboreum, mortiferum, canum, borysthenium, acutum.

FRONDES. Virides, caducæ, altæ, vescæ, patulæ, teneræ, lætæ, tenues, crispæ, arbuteæ, agrestes, arboreæ, odoratæ, flaccescentes, graminеæ, glaucæ, obscuræ, tremulæ, opacæ, peruenustæ, comantes, comosæ, vmbrosæ, corymbiferæ, vernantes, odoriferæ.

FRONS. Tenera, decora, honesta, honora, læta, lucida, nitida, punicea, berenicæa, pura, venusta, exilia, siderea, nitens, niuea, ætherea, rosea.

FRVCTVS.

FRVCTVS. Florens, terrestris, siluester, vber, dulcis, amœnus.

FRVGES. Grauidæ, hornæ, vberes, nitidæ, spiceæ, lætæ, cereales, herbidæ, aureæ, teneræ.

FRVMENTVM. Lactens, purum, flauescens, germinans, æstiuum.

FRVTETVM. Gemmãs, siluestre, molle, occultũ.

FRVTEX. Ramosus, venosus, arboreus, parcus, vmbrosus.



FVCVS Tænareus, mendax, vanus, fallax, phaleratus, splendens, roseus, cæruleus. *Fucus herba est similis lactucæ, quo in Creta vestes tinguntur. Tria sunt eius genera, latum, longum, & crispum: quæ omnia sunt ad tingendum accommodata. Hinc fucum accipimus pro adulterino colore, quo deformes fœminæ sese pulcrificant. Metaphoricè capitur pro dolo. Hinc fucum facere, pro decipere.*

FVGA. Furtiua, trepidans, præceps, fœda, celer, pernix, cita, feminea, trepida, pauida, vaga, turpis, mollis, deses, mers, volucris, sollicita, effusa, timida, tristis, probrosa, præpropera, præcipitans, ignominiosa, calamitosa, occulta.

FVLCRVM. Eburnum, acernum.

FVLGETRA. Ardens.

FVLGOR. Nitidus, colorificus, coruscus, ealidus, tremulus aureus, niualis, igneus, ignifer, roseus, splendidus gemmeus, radians, flammeus.

FVLGVR. Nictans, rapidum, micans, clarum, triste, rutilum, iaculabile, subitum, igniferũ, ardens, flagrans.

FVLICAE. Marinæ, palustres, paruæ, vagæ. *Est fulica auis aquatilis, degens prope stagna & lacus; paullo maior columba. Pullos aquilæ ante tempus exclusos nutrit. Matutino clangore tempestatem præsagit, & cùm ludit in lutore. Nomen sumpsit à furuo colore.*

FVLLO.

FVLLO. Auarus, deformis.

FVLMEN. Horrendum, pallenæum, iracundum, inimicum, caducum, clarum, perterricrepum, igniferum, infestum, vibratum, ineuitabile, micans, penetrabile, fictile, temerarium, tortum, ætnæum, coruscum, horridum, redolens, hiulcum, atrum, rapidum, horrificum, rutilum, violentum, rutilans, intortum, calidum, igneum, obliquum, trisulcum, improbũ, dirum, fugax, terrisonum, aëreum, crudele, læuum, trifidum, missile, præpes, validum, phlegræum, ardens, bellisonum, ferieum, tumidum, cadens, minax, æthereum, rabidum, postularium, pestiferum, peremtale, horrisonum, acerbum, comans, ferox, sæuum, retonans, cæleste, flagrans, resonans, radians, stridens, flammiferum, tonans, latitonans, tetricum, rubrum, igniuomum, sulphureum, horrens, acutum, tetrum, tarpeium, crispisulcum, igniuomum, ignifluum.

FVMVS. Volucer, sequax, sublimis, ater, amarus, niger, graueolens, sordidus, volans, lacrymosus, letalis, tenuis, calidus, bacchans, pinguis, nubiuagus, viridis, piceus, igniuagus, tristis, fluctuãs, incoctus, grauis, arens, tremebundus, calens, vndans, tenebrosus, peruolitans, turbidus, inanis, leuis, teter, opacus, molestus, tepidus,

FVNDA. Balearis, stridens, balearica, torta, voluta, volubilis, teres, aerea, leuis, hispana, Hexa. *Baleares duæ sunt insulæ in mari Hispano, apud quas vsus fundæ repertus est, & adeò celebratus, vt matres filios suos alijs auibus olim vesci non paterentur, nisi quas funda fuissent adepti.*

FVNGI. Pratenses, albi, ancipites, fusilli. *Origo fungorum, teste Plinio, est expituita arborum.*

FVNVS. Crudele, triste, acerbum, sæuum, miserandum, lacrymosum, atrum, inhonestum, miserabile, mæstum, iniquum, properatum, crudum, dirum, lacrima-

lactimabile, lamentabile, amarum, immite, ſanguinolentum, lugubre, flebile, cruentũ, truculentum, tetrum.

FVR. Nocturnus, vagans, tacitus, peruigil, trepidus, trifurcifer, famelicus, rapax, crudelis.

FVRCAE. Bicornes, ferreæ, rapaces, tricornes.

FVRFVR. Triticeus, hordeaceus.

FVRIAE. Vltrices, diræ, colubriferæ, infernæ, vipereæ, crinitæ anguibus, immanes, tartareæ, horrendæ, ſtygiæ, anguicomæ, ardentes, deformes, triſtes, ſonoræ, giganteæ, rebelles, ſqualidæ, horridæ, miniſtræ Ditis, nefandæ, noxiæ, aceibæ, crudeles, acherontigenæ, comantes angue, plutonides, ſeueræ, hydrigenæ, atræ, profanæ, alcmæoniæ, noctigenæ, Cocytiæ virgines. *Tres ſunt Furiæ, Alecto, Tiſiphone, & Megara, quas poeta Acherontu & Noctis filias dicunt. Hinc Acherontigenæ vocantur, & noctigenæ. Apud inferos dicuntur canes, apud mortales furiæ, quod furoru aculeos hominum præcordiis inculcent. Propterea etiam finguntur iis colubros inicere, quos ad manum trahunt.*

FVROR. Validus, impius, mæſtus, ſæuus, cæcus, amens, violentus, ardens, noxius, miſer, ingens, dirus, tygrius, præceps, effrænus, auidus, horrendus, armifer, exundans, improbus, prætumidus, rabidus, armatus, proteruus, rapidus, lymphatus, impotens, demens, pertinax, veſanus, exitialis, ſanguineus, pernicioſus, inſanabilis, irrationabilis, immitis, atrox, mauortius, cruentus, ferreus, vagus, barbarus, inſanus, hoſtilis, iambæus, armipotens, venenoſus, pronus, immanſuetus, infrenus, bellicus, ſtygius, tartareus, impatiens, flagrans, fatuus, barbaricus, diſcors, terrificus, triſtis, bacchans, berecynthius, vecors, indomitus, celænæus, bacchicus, hoſticus, nefarius, inflammatus, effrenatus, herculeus, vaticinus.

FVRTVM.

FVRTVM. Pauidum, nocturnum, turpe, iniquum, impudens, latebrosum, infandum, lacrymabile, nefandum. *Apud Scythas nullum fuit grauius crimen furto, quod tamen apud Lacedæmonios impune permissum est.*

FVSCINA. Minax. *Est insigne Neptuni, quod alio nomine Tridens vocatur. Fuscina dimicabant retiarij gladiatores. Diminutiuum Fuscinula.*

FVSVS. Grauidus, versatus, teres, succinctus, prægnans, leuis, lanificus, tortus, libratus.

DE LITERA G.

GABII. Simplices. *Fuerunt enim Volscorum populi rudes, & sua simplicitate dolo Tarquinij Superbi superati sunt. Iuuen. Satyr. 3.*

GADES. Tyriæ, herculeæ, tinnulæ, occiduæ, hesperiæ, vadosæ, locosæ. *Gades insula est in Hispania, in fine Bæticæ prouinciæ occidentem versus, cuius habitatores dicuntur Gaditani, quarum puellæ lasciua licentia & impudici notæ fuere.*

GALATEA. Nerine, nereis, viridis, procax, candida.

GALBANA. Noxia, peregrina. *Herba est frequens in Syria, quæ si comburatur, nidore fugat serpentes.*

GALEA Comans, crinita, terribilis, decora, nitens, aua, ærea, leuis, fulgens, radians, coruscа, horrida, rux, ferrea, teres, minans, solidata, victrix, micans, renilens, minax, rigens, conifera, tartarea, ærata, insignis, minitans, crinata, lethalis, ardens, lucens, pennicona, dura.

GALERVS. Arcadicus, picturatus, rutilus, flauus. *Galerus, tegumentum est capitis, factum instar galeæ, quo Mercurius in ferendis deorum mandatis vtitur.*

GALESIVS. Therapnæus, lacedæmonius, vmbrosus, piger, œbalius, phalanthæus, liquidus, albus,

niger, spartanus. *Galesus fluuius est Laconiæ, quinque millibus passuum distans a Tarento.*

GALLI CYBELES. Phryges, sanguinei, resupinati, celenæi, secti. *Galli sacerdotes Cybeles in Phrygia, dicti à Gallo flumine, cuius aquis potis protinus furiabantur adeò vt se ipsos detestarent, id est, amputarent sibi testes & virilia. Hi vaticinabantur fanatico carmine, vt inquit Lucius. Sæuis testa vtebantur ad amputanda sibi virilia, nec aliter castrabantur citra perniciem.*



GALLI *populi.* Feroces, truces, bellicosi, Romanis infesti, armorum auidi, rebelles, acres, stolidi, fortes, tumidi, leues, alacres, sæui, atroces, efferi, ardentes, lanigeri, inquieti, gens auida imperij.

GALLIA. Animosa, ferox, diues, armipotens, fertilis, impotens, sæua, fortis, facunda, flaua, ferax.

GALLINA. Tenera africana, cohortalis, numidica, glociens, glocitans, afra meleagrides, cristata. *Gallinarum varia sunt genera. Cortales, quæ corte aluntur. Rusticæ, similes sunt fere villaticis, quæ decipiuntur ab aucupe. Numidicæ varijs sparsæ plumis. Aliter vocantur* Meleagrides *à Meleagri tumulo, quas poëtæ fabulantur ex filiabus Oenei (qui Meleagri fuit filius) mutatas fuisse in has volucres. Aiunt gallinas non posse interfici ab aspide, quo die cimicem animal fœdissimum comederint, &c.*

GALLVS GALLINACEVS. Excubitor, falax, tanagricus cristatus, metuendus leonibus, nuntius lucis, titanius, auis Persica. *Gallus nuntius est lucis, Latonæ sacrus, quod ei parienti adstiterit. Mortuis femina ova incubat. Gloriam sentit, nosse sidera, vt cubitum cum sole, imperitat suo generi, & regnum in quacunque domo fuerit, exercet. Certant inter se galli studio gloriæ. Canunt in victoria, & se principes testantur: victi occultantur, lucémque & aspectum hominum refugunt. Graduntur alta ceruice, alatu erecto, calum erectò*

aspiciunt.

aſpiciũt, in ſublime falcatas erigũt caudas. Terroriſunt leonibus.

GALLVS POETA. Prodigus animæ, doctus. *Fuit Cor Gallus elegiographus Forotulienſis. Is Auguſti fauore conſcendit ad gradum prætura. Euphorionem Græcum in ſermonem Latinum tranſtulit. Scripſit quatuor libros Amorum ſuorum de Cytherende. Fuit primum amicus Octauij: poſtea tamen ſuſpicione coniurationis, cùm in eius odium impegiſſet, conſciuit ſibi mortem anno ætatis* XLIII.

GANGES. Pulcer, rapidus, ſpatians, tepidus, immenſus, indicus, corniger, cæruleus, vndans, eous, diues, auriſer, arenoſus, torrens, magnus. *Ganges India fluuius eſt incerta originu. Tendit in Orientem, augetúrque fluuiis nauigabilibus: demum ſeptem eſtiu erumpit in mare. Tanta magnitudinu eſt, vt vbi minus occupat latitudinis, eſt e millia paſſuum commeat; vbi plurimum, centum. Altitudinis nuſquam minus viginti paſſibus reperitur. Hunc Cyrus rex Perſarum in* CCCLX. *alueos diuiſit, ob amiſſum ibidem equum præcipua bonitate.*

GANNITVS. Conſtrepens, dulcis, tremulus.

GANYMEDES. Dilectus Ioui, troianus, regius, flauus, pocillator, catamitus, phrygius, iliades, raptus Ioui, idæus, phryx, iliacꝰ, ſangarius, gracilis, dardanius, ephebus, tros, aureus, roſeus, vrniger, pulcer, cinædus. *Poetæ dicunt Ganymedem puerulum fuiſſe Troianum elegantis formæ, & propterea raptum ab aquila dum venaretur in Ida monte Troadis, adhibitúmque menſæ Ioui ad præminiſtranda ei pocula.*

GARAMANTES. Nudi, peruſti, inculti, ſæui, veloces inopes, nigri, vagi, arenuagi, matrimoniorum experites, infelices, furui. *Garamantes, auctore Plinio, matrimoniorum expertes, paſſim cum feminis degunt. Nullas certas habent ſedes. Sub cilicijs ſemper agunt. Mulieres ſeruilia vbique miniſteria ſemper faciunt.*

GARGANVS. Arduus appulus, iapyx.

GARGARA. Ardua, pangæa, flaueſcentia, culta, priameia. *Gargarus mons eſt & oppidum in Phrygia, in imis radicibus Idæ, admodum ferax frugibus.*

GARRVLITAS. Rauca, odioſa, intempeſtiua, improba, inſana, acris.

GARVMNA. Æquoreus, validus, veliuolus, refluus defluus, celer, rapidus, magnus. *Garumna fluuius à Pyrenæi montibus defluens Celtas ab Aquitanis diremit. augetur tribus amnibus. Bituriges & Santones influit. Labitur in Oceanum.*

GAVDIVM. Lætum, dulce, candidum, fugitiuum, molle, feſtiuum, delicioſum, beatum, procax, luxurioſum, vagum, blandum.

GAVRVS. Bacchæus. *Mons eſt Campaniæ in Italia, in quo naſcitur vinum præcipuæ bonitatis.*

GAZA Eoa, perſis, lyda, nobilis, externa, ptolemais, perſica, caduca, attalica, fluxa, diues, aſiatica.

GEHENNA. Obſcura, caua.

GELONI. Acres, ſagittiferi, volucres, pharetrati, ſæui, flaui, imperioſi, equimulgi, diſperſi, picti. *Geloni populi ſunt Scythæ, Agathyrſis proximi, dicti à Gelono Herculis filio. Solebant olim ſe pingere. Sanguinem equinum bibebant cum lacte. Optimi ſunt ſagittarij. Multas ſinguli habent vxores.*

GELV. Brumale, pigrum, acutum, marmoreum, aſtrictum, canens, gelidum, concretum, hibernum, ſæuum, durum, frigidum, niuale, horrens, rigidum, letale, riphæum, ſcythicum, arctoum, boryſtheneum, acre, horrendum, tremulum, crudum, geticum, ſterile, iners, glaciale, boreale, perſpicuum, ſomniferum, rigens, ſythonium, ſarmaticum.

GEMITVS. Mæſtus, inſanus, acerbus, ſtridens, timidus, lamentabilis, flebilis, fremens, ſæuus, durus, amarus,

amarus, grauis, lacrymabilis, atrox.

GEMMA. Colorata, tumens, nobilis, nexilis, florida, lucida, teres, indica, diues, ignea, coa, gaiamantis, lactea, perſpicua, viridis, fulgens, ardens, idaſpæa, erythræa, pretioſa, radians, nitida aurea culta, flexuoſa, ſcintillans, radioſa, multicolor, fulgida dis, cythica, candens, clara, rutilans, relucens, micans honeſta, ſtellans, pura, flammata, ſplendidula, niuea.

GENAE. Humentes, pulcræ, purpureæ, molles, teneræ, conſpicuæ, pubeſcentes, ambroſiæ, nitidæ, eburnæ, turgidulæ, niueæ, roſeæ, lacteolæ candentes, decoræ, rutilæ, coloratæ, ingenuæ, irriguæ, ſideræ, leues, dulces, blandidulæ, eraſæ, cognatæ roſis, albentes, niuoſæ.

GENISTAE. Lentæ, humiles, virides.

GENITALIA. Mollia. *Iuuenalis Satyr. 6.*

GENIVS. Tutelator, hilaris, æuiternus, lucifugus.

GENV. Succiduum, prociduum.

GENVA, VRBS. Armiſona, potens.

GERMANI. Inuicti, tranſrhenani, atroces, potentes, feroces, bellaces, truces, cærulei.

GERMANIA. Horrida, fera, rebellatrix, dira, perfida, ferox, audax, flaua, frigida, nebuloſa, effera, diues, bellax, armipotens, pugnax, atrox, fortis, barbara.

GERMEN. Molle, turgens, odorum, floriferum, micans, ambroſium.

GERRAE. Ridiculæ, leues.

GERYON. Tricorpor, tergeminus, amplus, iberus, triformis, ferus, minax, triplex. *Geryon rex fuit Hiſpaniæ tricorpor, vt fingunt poëtæ, quem Hercules ſuperauit.*

GESA. Rigida, gallica, ferrea, alpina. *Geſa erant tela Gallis peculiaria.*

GESTVS. Loquens, petulans, gratus, mollis, venuſtus.

GETÆ. Hiberni, æstuti, rigidi infesti, pharetrati, crudi, marticolæ stolidi, squalidi, duri, inhumani, hirsuti, truces feri, feroces diri, indomiti intonsi, sæui, pelliti armiferi, flaui, fortes vagi gelidi, belligeri, threicij, barbarici infienes, truculenti, illepidi. *Getæ populi sunt Scythiæ, moribus imbarbaris, & Tartaris. Nullos habent in agris limites, sed singuli eras & communes. Nec cultura placet longior annua. Gaudent sagittis & pharetris. Integuntur ferarum pellibus. Bibunt equinum sanguinem permixto lacte. Non vescuntur carnibus. Solebant olim mortuis viris vxores interficere.*

GIGANTES. Coniurati, ætnæi, titanij, sæui, terrigenæ, rabidi, ardui, anguipedes, serpentigeri, vasti, tumidi, phlegræi veri, magnanimi, palenæi, furentes, indomiti audaces serpentiferi, centimani, ventimani, superbi, theomachi. *Gigantes à poëtis fingumtur fuisse filij Terræ & Titani tanta superbia, vt impetum fecerint in deos, eosque cælo detrudere conati sint: cuius rei caussa dei omnes mutatis delituerint formis in Ægypto.*

GIRVS. Sinuatus, lunatus, rotatilis, volutus, obliquus, arctus, cuituus.

GLACIES. Aspera, cærulea, frigida, hyperborea, futilis astricta arctoa, niualis, alpina, riphæa, gelida, pendula, acris, lubrica concreta, caucasea, fragilis, torpens, hiemalis, arctica hispida, hirsuta, trux, filia lymphæ, rigens, imperuia ventis, mærotica, iners.

GLADIATORES Ordearij, iudiarij, boni, consummati, famij tunicati bustuarij.

GLADIVS. Minax, furens, frigidus, fulgens, minax, tristis, pinguis cædibus, immanis, impius, hostilis immitis, mortifer, strictus, trux, crudelis, ardens, gemmans, acutus, fatalis, anceps, vibrans. *Lacedæmonij primi, auctore Plinio, gladium inuenerunt.*

GLAN-

GLANDES. Volucres, ignitæ, plumbatæ, mortiferæ, diræ, igniferæ, ferreæ. *Glandes pilæ sunt ferreæ aut plumbeæ, quæ bellicis machinis intorquentur ad euertendos muros.*

GLANS. Chaonia, querna, hiberna, ilignea, caduca, vetusta, fagea, pinguis, tenera, sonora, stricta.

GLAREA. Flaua, splendens.

GLAVCVS Euboicus, biformis, viridis, minous, Anthedonius, cæruleatus, redimitus arundine. *Glaucus fuit quidam ex piscatore in marinũ Deum commutatus. Alter Minois filius. De priori vide Ouidium in Metamorph. 1.*

GLEBA. Putris, iacens, iners, supinata, pinguis, vber, effossa, fecunda, friata, madida, pumicosa, dis, vuifera, frugifera; redolens, picea, felix, obiacens, fertilis, diues, vliginea, humens, ferax, crassa, dulcis, virens, fruticans.

GLIRES Somniculosi, breues, hiberni. *Animalcula sunt in arboribus degentia, quæ hiberno somno pinguescunt.*

GLORIA. Perfusa fuco, dulcis, animosa, hortatrix lethi; ardua, inanis, triumphatrix, ventosa, fragilis, inuidiosa nobilis, lucens, viuax, longæua, perennis superstes.

GNATHO. Blandus, assentator, impudens.

GNIDOS. Piscosa, arundinosa. *Ciuitas est Lyciæ, sacra Veneri, quæ inde vocatur Gnidia.*

GOLIATH. Philisthæus, superbus, allophylus, minax, gigas.

GORGON. Sæua; anguicoma, aspera, anguifera, rigida, terrifica, serpentigera, cruenta, dura, saxifica, maura, phorcynis. *Gorgones filiæ fuerunt Phorci, quarum hæ sunt nomina, Scylla Nisæa, Stenio, & Euryale.*

GORTYNE. Parua. *Est vrbs Cretæ pulcra cincta muris, apud quam nascuntur calami sagittis aptissimi.*

GOTHI. Sæui, animipotentes, immanes, infieues, feri. *Populi sunt Scythiæ prope Daciam, qui, principante Honorio Imperatore, Italiam subegerunt armis, & linguam Latinam sua barbarie inficerunt, & contaminauerunt.*

GRABATVS. Tenuis, vilis.

GRACVLVS. Frigulans, raptor. *Auis est loquax & obstrepera. Hæc annuum fastidium lauri folio purgat. Serò à pabulo recedens hiemem præsagit. Docilis est & facilè mansuescens. Colitur in Lemno propter locustas, quarum exitio occurrit, aduerso volatu.*

GRACCHI. Rabidi. *Duo fuerunt fratres apud Romanos, Tiberius, & C. Gracchi, qui multas factiones suscitarunt in Repub. Voluerunt enim commouere plebem in senatum, & reuocare leges Agrarias, de agri viritim diuidendo.*

GRADIVVS. Trux, atrox, sæuus, feruidus, horrendus, potens, furens, ferus, fortis, toruus, fulmineus, belliger, ardens.

GRADVS. Pensilis, celer, præceps, citatus, properus, pegaseus, præpes, leuis.

GRAECI. Parentes mendaciorum, loquaces, facundi, leues, vani, credulí, vitiorũ omnium genitores.

GRAECIA. Mendax, fallax, vindex, sollers, docta, vltrix, vana, vetus, hellas, garrula, insolens.

GRAII. Fallaces, mendaces.

GRAMEN. Lætum, viridans, tenerum, viride, tenax molle, montanum, sterile, aculeatum, lubricum, floreum, rosidum, odorum, vernans, frondens, tenellum, micans, fecundum, pictum, apricum, rorulentum, virens, florens, iucundum, odoratum, agreste, odoriferum, florigerum, fruticans, discolor, herbosum, debile, halans, humidum, inexpugnabile.

GRAMMATICA. Ars Palæmonis, Palæmonia, *à Rhemnio Palæmone Vicentino, qui insignu Grammaticu-*

Roma

Roma habitus est ætate Quintiliam.

GRANATA. Diues, alta, superba.

GRANDO. Crepitans, dira, hiberna, brumalis, dura colonis, inuisa, æstiua, concreta, immitis, sonora, niuosa, lapidosa, gelata, sonans, terribilis, glacialis, saxea, horrida, resonans, horrisona, sæua.

GRANVM. Dulce, callosum.

GRASSATOR. Nocturnus, *Gellius lib.* 20.

GRATIA. Grata, blanda, concors, suauis, pulcra, uniformis, decens, elegans, vrbana, mitis, blandiens, dia, aurea. *Tres sunt Gratiæ, quæ filiæ Iouis dicuntur, Aglaia lætitiam, Thalia virentem, Euphrosyne delectationem significantes. Hæ dicuntur esse in comitatu Veneris. Nudæ ideo figurantur & sine nodis, quia amici animos solutos ac nudos & apertos inter se habere debent. Sunt qui Liberi & Veneris filias esse dicunt, nec immeritò. nam per horum munera conciliantur gratiæ. Earum vna auersa pingitur, duæ ad nos conuersæ: quòd profecta à nobis gratia duplex reuerti soleat. Finguntur etiam ridentes, vt doceamur voluntaria debere esse nostra in amicos obsequia. Iuuenes item & virgines, & perlucida veste: quia vera amicitia consistit in rebus honestis. Item consertis manibus in se redeuntes instar chori; quia ordo beneficij per manum transeuntis nihilo minus ad dantem reuertitur, & tunc pulcerrimus est, dum cohæresit, & vicissim reuertitur. Hilares sunt, quales esse debemus in dando accipiendisque beneficiis. Iuuenes: quia beneficij accepti gratia & recordatio non debent senescere. Homerus vnam Gratiarum vocat Pasitheam.*

GRAVEDO. Somnolenta, frigida.

GRAVISCAE. Thuscæ. *Nomen est ciuitatis Hetruriæ.*

GRAVITAS. Tarda, frontoniana, senatoria, tetrica, pompeiana, matura, senilis, iunonia, saturnia.

GREMIVM. Prædulce, dulce, amœnum.

GRESSVS. Properus, succiduus, anhelus.

GRAEX. Laniger, villaticus, lasciuus, errans, immundus, tinnibulatus, opimus, opulentus, cornger, hirsutus, petulcus, hirtus, velliger, proteruus, herbiuagus, edax, lautus, celer.

GRVES. Strymoniæ, aëriæ, bistoniæ, aduenæ, altiuolantes, hibernæ, threïciæ, nauplïæ, rapidæ, querulæ, profugæ, aues Palamedis, Thracum volucres, saxuæ. *Grues æstate aduenæ, æthera tranant triangŭli figura, lapidem pedibus librant contra vim ventorum. Gerunt bellum cum Pygmæis. Ducem quem sequantur, eligunt. Habent & in extremo agmine dispositos, qui vi ictum acclament, ne qua deesse videatur. Item qui gregem vnce contineant. Ex his non nullæ excubias agunt nocturnas, lapidem pede sustinentes, qui lassatu somno decidens, indiligentiam sono coarguat. Cetera dormiunt capite subter alam condito, alterno pedibus insistentes. Silentio volantes per sublime, serenitatem præsagiunt: festinantes verò, tempestatem. Surgant se nunco paludi. Fèrunt eos nullo omnino laboribus delassari, qui nerues ex alis & cruribus grui habeant*

GRYPHES. Hyperborei, obunci, auidi. *Gryphem habet India, quadrupedem volucrem, recuruis unguibus, dorso nigrum, priori parte purpureum, alis albicantibus, ore aquilino, igneis oculis, difficilem captu, nisi rapiatur pullus & inuolucer. Nidificat in altis montibus. Congreditur cuiuis ferè animali. Equis infestus est maximè.*

GVIA. Luxurians, implacata, damnosa, ingeniosa, helluans, turpis, lata, rapida, nocens, vorax, rabida, aperta, desses, lasciua, ventricola, ardens, impatiens, garrula, immensa.

GVRGES. Canus, curuatus, turbidus, fluuineus, gelidus, rapidus, violentus, arenosus, cæruleus, limosus, cœnosus, spumans, anhelus, liceris, gemmans, curuus, sinuatus, canens, fluuineus, tumidus, animosus,

animosus, purus, rcfluus, falsus, profundus, spumosus, raucus, fluctigena, intortus, fumans, vndosus, spatiosus, præruptus, piscosus multifidus præceps, confluus, fluctiuagus, fluctuosus, fontanus, irriguus, liquidus.

GVSTVS. Acutus.

GVTTA. Teres, manans, frigida, turgens, decidua, irrigua, fluitans, niuida, vaga, lucida, liquida, exigua, procidua humida, spumicoma.

GVTTVR. Cauum, patulum, canorum, hians, vdum cyenæum, sonorum, blandisonum ambrosium, candidum.

GVTTVS. Eburnus, faginus, samius.

GYARI. Breues. *Gyaros insula est in mari Ægæo, ad quam relegabantur nexi.*

GYGES. Centimanus, tumidus.

GYMNAS. Therapnæa, proterua.

GYMNOSOPHISTAE. Siluicolæ, nudi.

GYPSVM. Crassum, siccum. *Gypsatum dicitur quod gypso delibatum est.*

DE LITERA H.

HABENA. Valida, teres, effusa, vaga, stricta, angusta, cita, facilis, rapida, vndans, lenta laxa.

HAEMON. Bœotius. *Fuit hic Haemon Thebanus iuuenis, qui tanto amore dilexit Antigonen Oedipi & Iocastæ filiam, vt ad mortua tumulum sese interfecerit. Fuerat autem Antigone iussu (regis (qui vetuerat Græcorũ cadauera inhumari) iugulata, quod Polynicem fratrem mortuũ noctu sepelire voluisset.*

HAEMVS. Thracius, gelidus, cægrius, vmbrosus, geticus, imbrifer, niualis, niueus, virens, viridis, arduus, latus, squalens, nubiger, threicius, orphæus, vastus, spectabilis. *Haemus mons est Thraciæ, à quo Macedonia dicta est Haemonia.*

HALEC,

HALEC. Putre. *Genus est liquaminu & piscis.*

HALESVS. Sicanius. *Fluuius est Siciliæ.*

HALTER. Stulcus. *Est pondus illud quod ad saliendum velocius in manibus accipi solet.*

HALYS. Turbidus, tortus. *Ouid. Fluuius est defluens ex radicibus Tauri montis.*

HARA. Immunda, humilis, obscena, mostellaria.

HARMONIA. Melica, *à cantu melico.*

HARPALICE. Threissa, dura. *Amazonum una quæ patrem suum, Thraciæ regem, à Getis captum liberauit.*

HARPE. Cyllenis, *à Mercurio Cyllenio.* Adamantis: *propter duritiem.* Incurua. *Harpe gladius est Mercurij, quo vsum ferunt Persæum.*

HARPYIAE. Stymphalides, diræ, rapaces, arcadicæ, truces, auidæ, palustres, phineæ, herculeæ, stymphaliæ, infestæ, immundæ, typhonides, tartareæ. *Harpyias Seruius ait fuisse Neptuni & Terræ filias volatiles, vultu virgineo, vncis manibus, dictas à rapina, quæ Græcè Harpyia dicitur. Hinc harpax rapinator. Harpagare, rapere.*

HASTA. Longa, rigida, grauis, martia, sæua, immitis, fraxinea, bellica, acuta, trabalis, valida, torta, fatalis, rasilis, rapida, infesta, funesta, belligera, stridens, vibrans, minax, cruenta, sanguinea, ferrata, teres, flammans, velitaris, prælonga, fortis, missilis, oblonga, biliquor, vulnifica, abiegna, ansata, amentata, scelerata, pura, tremebunda, horrens, recurua, tremens, prorenta.

HASTILE. Corneum, lentum, cristatum, sanguinolentum, picturatum, ahenum, longum, validum, solidum.

HAVSTVS. Auidus, plenus.

HEBE. Iunonia, nobilis, formosa, cælestis. *Hebe fuit Iunonis filia, Herculis vxor, dea iuuentutis, præfecta Iouialibus poculis: sed demum cum pudendas partes concidens su-*

peri

peris ostendisset, officio amota. Cuius loco subrogatus est Ganymedes.

HEBENVS. Enodis, nigra, mareotica.

HEBRVS. Oeagrius, volucer, gelidus, arenosus, sacer, corniger, spumifer, murmurans, diues, vndans, spumans, chrysius, rapidus, fluuialis, getes, vagus, turbidus, thracius, impiger, nitidus, hiemis sodalis.

HECATE. Tergemina, perseis, triceps, Phœbea, audax, perseia, nocturna, triformis. *Hecate dicitur Proserpina & Luna, vel à triplici potestate, quam habet: quoniam in cœlo Luna, in terris Diana, Proserpina in inferis vocatur: vel a centum victimis quæ eidem immolabantur. Quod sacrificium vocatur Hecatombe. Est etiam filia Persei, quæ inde vocatur* Perseis *&* Perseia.

HECTOR. Ferox, homicida, priamides, splendidus, inclytus, impiger, flebilis, fortis, atrox, ferus, magnus, venalis, setosus, troïus, furibundus, barbarus, belliger, troicus, maurorrius, phrygius armipotens, sanguineus, priameius, barbarus. *Fuit Hector Priami filius & Hecubæ, Troianorum omnium fortissimus, & quo sospite, vrbs Troia nunquam potuit expugnari. Vxorem habuit Andromachen, ex qua suscepit Astyanactem puerum, quem Vlysses è turris fastigio præcipitauit. Ex Græcis interfecit Protesilaum, Patroclum, & alios permultos. Ipse demum interfectus est ab Achille, & circum muros Iliacos ter ab eo raptatus bigis, auctore Virgilio.*

HECVBA. Cisseis, priameia, fecūda. *Hecuba filia fuit Cisseï regis Thraciæ, & vxor Priami, quæ grauida ex Paride, somniauit se pariturama facem, qua arderet Ilium. Hæc Troia diruta, præ nimio dolore mutata est in canem, vt fabulantur poëtæ.*

HEDERA. Errans, victrix, pallens, ligans, rigens, serpens, virens, tenax, lasciua, procera, grata, flexibilis, bacchica,

bacchica leuis, fruticosa, hilaris, crinalis, bicolor, baciferа, viuax, frondens, lequax, albicans, flexipes, viridis, præuiridis, teres, comans, ambitiosa. *Hedera semper viret, stare non potest sine adminiculo, muros amplectitur quadam lasciuia, adeò vt erodat. Vinacissima est omnium arborum. Eius racemus vocatur corymbus. Intricata est satis omnibus, folia non amittit. Seipsam propagat. Duplex in folijs color, viridis & flauus. Sacra est Baccho.*

HEDYMELES. Tener. *Nomen est citharœdi.*

HEGALEOS. Diues. *Mons est Attica.*

HELENA. Argiua, tyndaris, lacæna, ledæa, spartana, adultera, infamis, graia, fugitiua, tænarea, œbalis, iliaca, candida, lacedæmonia, infesta, pulcra, Ioue nata, perfida auricoma, iniqua, blanda, formosa, bis rapta, cygno generata, cygnigena, mœcha, alumna Spartæ, progenies cæli, incesta, diuum suis fatum. *Leda, vt fœdulantur poetæ, compressa à Ioue, in cygni formam commutato, duo peperit ouа: ex quorum altero nati sunt Castor & Pollux, altero Clytemnestra & Helena.*

HELENVS. Priamides, troiugena, dardanius, phrygius, troianus, vates. *Helenus fuit filius Priami, vaticinio clarus.*

HELIADES. Clymenеides, populeæ, frondosæ, mœstæ. *Heliades filiæ fuerunt Solis, & Phaëthontis sorores. quæ cum rumam Phaëthontis fratris sui dolentissimè ferrent, nimia mœroris impatientia diriguerãt in populos arbores. Earum nomina sunt Phaëthusa, Lampetia, & Iapetia.*

HELICE. Parrhasis, *id est*, Arcadica, torua, gelida, niuosa; truculenta. *Stella est prope polum Arcticum, quæ dicitur Vrsa maior.*

HELICON. Amœnus, canorus, pierius, aonius, sacer, celsus, laurifer, virgineus, doctus, diuinus, organicus, virens, umbrosus. *Helicon mons est Bœotiæ non procul*

à Par-

à Parnasso, Thebide vicinus, Apollini sacer & Musis, quæ propterea vocantur Heliconiades à Persio.

HELLE. Nephelias, nepheleis, phryxea, athamantis, æolia, pauida, flebilis, trepida, infelix, trepidans, nereis. *Helle filia Athamantis regis Thebarum, insidias nouercæ cum Phryxo fratre fugiens, arietem auri velleris conscendit, vt eo modo Colchos veheretur. Quos cùm per mare ferret aries, contigit vt Helle puella perterrita caderet in Pontum, qui inde sumpsit nomen.*

HELLESPONTVS. Rapidus, longus, leandrius. *Est angustum mare, Helles & Leandri iuuenis casu notabilitatum, Asiam ab Europa septem stadiis tantùm distermmans.*

HELORVS. Stagnans, clamosus. *Fluuius Siciliæ.*

HELVETII. Feri, armipotentes, sæui, truces.

HENDECASYLLABI. Rotundati, lubrici.

HERACLEA. Perinthus. *Ciuitas est Bosphorana, in finibus Europæ, quæ prius dicebatur Perinthus.*

HERBA. Suauis, mollis, viridis, tenera, florens, læta, gemmans, agrestis, pubens, beneolens, iucunda, pluuiosa, rosida, stercorosa, spinosa, viridans, opaca, dulcis, pallens, odorata, fertilis, cerealis, decens, vda, tenuis, fruticosa, potens, mitis, medica, rorans, fluuialis, bibula, siluestris, arenosa, flagrans, tenella, florida, deciduа, olens, versicolor, halans, rosea, redolens, sitiens, sapida, hortensis, virens, multicolor, odora, irrigua, tremula, versilis, fudis, edulis, arens, circæa, medæis, salubris, scelera, salutifera, pæonia.

HERCVLES. Tyrinthius, amphitryoniades, vagus, magnus, impiger, Alcmena creatus, Ioue natus, laboriser, œtheus, falliparens, magnanimus, profugus, intrepidus, fortis, anguitenens, hirtus, violentus, ferox, trux, horridus, indomitus, domitor ferarum, victoriosus, alexicacus, tremendus, inuictus, turbidus, torruus, doricus,

doricus, thebanus, amphitryonius, thyrſigena, eximius, generoſus auxiliaris, cælifer, victor, conopius, epitrapeſius, laſciuus, clauiger heros.

HEREMITA. Soliuagus, caſtus, pius.

HEREMVS. Vacua, tacita, vaſta, ſancta, cæca.

HERES. Auidus, cupidus, diues.

HERMAPHRODITVS. Satus Mercurio, ſemiuir. *Fuit Mercury & Veneris filius. Hoc nomine dicuntur qui vtrumque habent ſexum, aliter* Androgyni.

HERMIONE. Ledea, ſpartana. *Menelai filia & Helenæ; ad nedum ſpecioſa, cuius cauſſa Oreſtes Pyrrhum (cui nupſerat) interfecit, quòd ſibi prius fuiſſet deſponſata.*

HERMVS. Turbidus, lydius, ſordidus, felix, diues, metallifer, lydus, vagus. *Fluuius eſt Lydiæ, qui aureas arenas habere fertur.*

HERO. Seſtias, ſeſta, venuſta, formoſa, ſpecioſa, ſpectabilis. *Hero puella fuit ſpecioſiſſima, Veneris ſacerdos, ex Seſto vrbe Helleſponti propinqua Abydo. Hæc correpta amore Leandri adoleſcentis Abydeni, &c. Muſæus poëta Græcus amores amborum egregiè commendauit.*

HERODES. Malus, barbarus, crudelis, idumæus, trux, cruentus, ferus, turbidus. *Herodes à M. Antonio rex Iudæa creatus eſt, poſt cuius mortem demeruit ſibi & conciliauit Auguſtum, petita venia, quòd Antonij partibus ſtudiuſſet. Liberos ſeptem ſuſcepit, quorum tres primos occidit, vt ſibi ſuſpectos. Cui ſceleri adiecit innocentium cædem. Nam multa puerorũ millia occidi iuſſit, vt auctorẽ noſtræ ſalutis interciperet.*

HERODOTVS. Torrens, dulcis.

HEROES. Magnanimi, ſemidei, magni, inſignes, veteres.

HEROINÆ. Formoſæ, magnanimæ, generoſæ.

HESIODVS. Aſcræus, bœotius, præceptor arandi, agricola, heliconius. *Heſiodus poëta natus eſt in Aſcra Bœotiæ*

Bœotia vico. Hic missus à patre ad ouium custodiam, dormiens somniauit se repentè factum poëtam.

HESPERVS. Rosidus, dilectus Veneri, nuntius noctis, florifer, niger, index noctis, lucidus, noctifer. *Hesperus sidus est nocti præuium, & sacrum Veneri, quod aliter etiam Vesper & Vesperugo dicitur.*

HETRVRIA. Sollers: *ab aruspicina ibi inuenta.*

HEXAMETRI. Crepantes, superbientes.

HIARBAS. Procax, getulus, libycus, maurus, zelotypus. *Filius fuit Ammonis ex Garamantide nympha, teste Virgilio, & rex Getulorum: qui cum viduam Didonem cogere vellet vt sibi nuberet, eam ad inferendam sibi mortem compulit.*

HIATVS. Vastus, patulus, vacuus, cauus, terrificus, patens, cauernosus, sophocleus, tenebrosus.

HIBERNIA. Glacialis, inculta, inhospita.

HIBISCVS. Gracilis, viridis. *Herba est apta conficiendis fiscellis, cuius folia ex aqua pota aluum sopiunt, serpentes abigunt, apum, vesparum, crabronum ictibus medentur illita.*

HIERA. Siluestris. *Virg. lib. 9. Æneid.*

HIERONYMVS. Trilinguis, Stridone sacus.

HINNITVS. Acer, acutus, tremulus.

HIPPOCRATES. Cous. *Fuit medicorum maximus, auditor Democratis, familiarissimus Perdiccæ Macedonum regi.*

HIPPOCRENE. Aganippis, camœnalis, clara, vitrea, pallida, sacra, phorcynis, heliconis. *Fons est in Bœotia sacer Musis & Apollini, quem equus Pegasus Neptuni & Medusæ Gorgonis filius, vnguli pedis eliuit; vnde & traxit nomen.*

HIPPODAMIA. Pisæa, lyrnessis, atracis, velox, ischomache.

HIPPODROMVS. Puluereus. *Martialis libro 12.*

Spatium est quo equi ad cursum exercentur.

HIPPOLYTE. Magnella, feiox, thermodontia, virago barbara, threicia. *Regina fuit Amazonum, quam Hercules adductam dedit Theseo, ex qua Theseus suscepit Hippolytum. Fuit & altera Acasti regis Magnesiæ filia, cui primum epithetum convenit.*

HIPPOLYTVS. Virbius, pudicus, theseius, Amazone natus amazonius, thesides, miserabilis, incuerus castus insons, rigidus, verecundus. *Hippolytus primus fuit Thesei & Hippolytæ Amazonis qui studio servandæ castitatis, hominum consortia detestans, assiduè sese exercebat in silua. Sed accidit, quod reformidabat maxime. Nam cum præstanti esset forma, amari cœpit à Phædra nouerca adeo vehementer, vt cum impudico eius voto consentire nollet, miseram se suspenderit, relictis literis, quibus priuignum accusabat stupri. Hec vbi resciuit Hippolytus, statim metu patris Theseiprotinus profugit, & in fuga discerptus est ab equis.*

HIPPOMENES. Aonius, proles Neptunia, megareius, cupidus. *Fuit Hippomenes adolescens Megareus, Neptuni nepos, qui beneficio Veneris superauit Atalantam filiam Schœnei regis, quæ cursu certabat in procos ea lege, vt ei vinceret à quo vincerentur, vitæ interficerentur omnes, vt iam docuimus in Atalanta. Sed ambo mutati sunt in leones, quod in Cybeles templo rem fecissent veneream.*

HIPPONAX. Acer, ferus. *Fuit Hipponax Ephesius poeta ad iambographus amarulentæ ac notæ mordacitatis, qui Bupalum & Anterinum, quòd ab iis deformi specie pictus esset, versibus iambicis infectatus est, & ad voluntariam impulit mortem. Vide Hipponactium præconium, pro infami nota dixit M. Tull. in Epist.*

HIRCVS. Corniger, leuis, grauis, vilis, annosus, immundus, piger, saliens, setigei, hirsutus, cinyphs, olidus, auidus, barbiger, imbellis, vagus, olens, procax,

Cinyphius.

Cinyphius. *Hirci obliqui sunt oculis, & ad naves respicientibus. Sex menses hibernos supra sinistrum latus dicuntur iacere, cum dormiunt. Ab æquinoctio hiberno totidem menses supra dextrum. Eorum rabies mitigatur, si mulceatur barba. Oculi sunt maximè, unde & hircosos vocamus homines graueolentes.*

HIRVNDO. Arguta, garrula, prænuntia veris, vaga, agrestis bistonis, trinsans, daulias, lasciua, Pandione nata, funesta, attica, peregrina, Pandionis ales.

HISPANI. Venales, feroces.

HISPANIA. Fertilis, pugnax, bellax, horrida, audax populosa, fertilis: *quoniam Plinius scribit Hispaniam metallis omnibus, nedum auro abundare. Metallu, inquit, plumbi, æru, argenti, auri, tota fermè Hispania scatet.*

HISTORIA. Bella, præterita, seuera, arguta. Historia testis est temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis.

HISTRIO. Ridiculus, funepeus, auarus.

HISTRIX. Hirsuta, noxia, terribilis. *Histrices aculeatu habent pinnas, quas iaculi modo intorquent. Hinc adagium, Spinosior histrice, in homines agrestes & inamœnos.*

HOEDI. Nimbosi, pluuiales. *Super Tauri cornua, inquit Seruius, signum est, cui Auriga nomen. Habet autem Auriga stellas duas in manu, quæ Hædi vocantur: quorum ortus & occasus tempestates grauissimas facit. Oriuntur autem cum Scorpione mense Octobri.*

HOEDVS. Petulcus, tener, tenellulus, petulans, vagus, corniger, mollis, lactens, pinguis, lasciuus, alacer.

HOLOCAVSTVM. Sacrum. *Iosephus, Quando, inquit, tota victima, quæ immolatur, incenditur, id sacrificium nomen holocaustomatu habet.*

HOMERVS. Colophoniacus, smyrnæus, mæonius, magnus, vinosus, insignis, æternus, antiquus, achæus,

conditor Iliados, magniloquus, cæcutiens, cæcus, tonans, oculis captus, mæonides, sapiens, diuinus, doctus, salaminiacus, sacer, diuus, grauis, grandis, altisonans, altiloquus, Colophonis alumnus, sublimis, iucundus, melesigenes, colophonius, florens, immortalis, sollers, fomes ingeniorum, diuinarum omnium inuentionum fons atque origo, primus doctrinarum parens, vox orbis, heroum præco.

HOMICIDA. Nefarius, sceleratus.

HOMO. Bipes, nudus, mendax, fragilis, caducus, vilis, sensibilis, imbecillis, prouidus, incautus, pusillus, ærumnosus, lubricus.



HONOR. Egregius, inuidiosus, prodigiosus, terrenus, celebris, solemnis, eximius, fragilis, conspicuus, mundanus, mollis, tumidus, popularis, ambitiosus, mirificus, ambitus.

HORA. Properans, fugiens, velox, mobilis, celer, breuis, auricoma, subita, leuis, rapida, mutabilis, fugax, præceps, agilis.

HORAE, *deæ ianitrices cæli.* Veloces, auricomæ.

HORATIVS. Fidicen, numerosus, vafer, calaber, lippus, mordax, venusinus, acer, doctus, suauis. *Q. Horatius Flaccus natus est in Venusino Apuliæ oppido, patre libertino, duobus annis ante coniurationem Catilinæ. Puer dedit operam Orbilio Beneuentano: profectior factus, Athenas se contulit, vt philosophiæ vacaret. Moribus fuit impudico. Natura in iram propensa, sed tamen facile placabili. Tribuniciam Roma adeptus est dignitatem. Præter cæteros coluit Mæcenatem, a quo plurimum etiam amatus. Composuit libros Carminum quatuor, Epodon & seculare carmen, libellum de arte poetica, duos Satyrarum, ac totidem Epistolarum. In satyra imitatus est Lucilium. Eius carminibus summè oblectabatur Ouid. Statura fuit brevi, corpore obeso, oculo lippo. mortuus est anno* LVII. *ætatis suæ.*

HORI-

HORIMVS. Felix. *Est enim fluuius sacer Musis.*

HORREVM. Pensile, terrenum, cereale, ligneum.

HORROR. Sæuus, frigidus, dirus, niger, acerbus, horridus, gelidus, ferus, martius, exanguis, seruilis, implacabilis, exitialis tranquillus, ater, truculentus, barbarus, terribilis, terrificus, sonorus, tremulus.

HORTVS. Halans, pinguis, ferax, mollis, riguus, irriguus, sitiens, florens, frondens, hilaris fecundus, excultus cultus, fertilis, pomosus algens, suburbanus, felix, pomifer, redolens, odoratus, insignis, flagrans, occultus, secretus, floridus, rosidulus, apricus, floridulus, viridis, placidus, florifer, genialis, generosus, amœnus, conspicuus, viridans, pictus, albens, speciosus, lætus, auricomus, septus, odorifer, floricomus.

HOSPES. Mobilis, aduena

HOSPITALITAS. Comis, benigna.

HOSPITIVM. Come, dulce, amœnũ, benignum.

HOSTIA. Pinguis, tenera, opima, placabilis, mystica. *Hostia erat victima quæ immolabatur cæsis hostibus. Sacrificabatur autem taribus, quorũ ope victi credebantur hostes.*

HOSTIS. Aduersus, infestus, impius, sæuus, barbarus, ferus, cruentus, perfidus, callidus, nescius misereſcere, trux, iniquus, violentus, leuſer, acerbus, fallax, inuisus ferox, insolens, truculentus, pernicioſus, terrisonus, dirus, rixosus, belliger, crudus, pestifer, infensus, pugnax, sanguinolentus.

HVMERI. Albi, musculosi, fortes, candentes, pulcri, niuei, candidi albentes.

HVMOR. Gelidus, tener, aquaulis, defluens, pluuius, exundans, liquidus, dulcis, nebulosus, conglobatus, spumeus, fumidus, lucidus, rosidus, frigidus, aqueus, pinguis, tenax, madidus, labilis, aqueus, lentus.

HVMVS. Pinguis, cretosa, lutosa, dulcis, vda, diues, arenosa,

arenosa, humida, herbosa, dura, picta, viridis, gelida, graminea lata, solida, madida, immunda, limosa, comans frigida, altrix, fossilis, sitiens, florida, secunda, gleboſa, patens, cærulea, fruticans, herbida, limifera, lapidosa, tenera, formosa, vernans, virens, nuda.

HVNNI. Turpes, pestiferi, minaces, feri, torui, belligeri. *Populi fuerunt in Scythia Europæ, qui Mæotida paludem incoluere: deinde mutatis sedibus, ingenti multitudine profecti in Pannoniam deuenerunt.*

HYACINTHVS. Rubens, ferrugineus, cæruleus coryceus, amyclides, tænarides, œbalides, œbalius, purpureus, ephebus, blandus, roseus, mollis, florens, tener, purpurascens, salaminiacus, candidus, dulcis, luteolus, ruber, pulcer, Cortinipotentis deliciæ. *Hyacinthus puer fuit Lacœnius, speciosissimus, ab Apolline simul & Zephyro vento adamatus: qui cum in Apollinis amorem magis inclinaret, ob zelotypiam in se Zephyrus armauit. Cum igitur se disco cum Apolline exerceret, Zephyrus vehementius flare cœpit, discúmque ab Apolline in aërem comitatus ita repercussit in Hyacinthum, vt ipsum interfecerit. Apollo autem ne tam formosi pueri memoria interiret, ipsum in sui nominis florem commutauit.*

HYADES. Inferenæ, nimbosæ, pluuiæ, tristes, suculæ. *Septem sunt stellæ in ore & cornibus Tauri, quæ quoties nascuntur vel occidunt, pluuias creant. Fuerunt autem Atlantis filiæ ex Æthra: quæ cum Hyan fratrem interfectum à leæna continua deflerent lamentatiore, in stellas versæ sunt.*

HYBLA. Crocea, florida, trinacris, alta, sicula, fertilis, mellifera, sicanis, floricoma, diues, herbosa. *Mons est Siciliæ apricus & optimi mellis copia abundans, vt Hymettus Attica.*

HYDASPES. Nysæus, fabulosus, gemifer aurifer, nabathæus, diues, lenis, longinquus, medus, clarus, tumidus.

HYDRA.

HYDRA. Renascens, lernæa, stridens, immanis, colubrifera, dira, vallata colubris, ramosa, improba, fecunda, virens, argolis superba, nocens, ferox, multiplex, horrenda septemplex, frigida, rediuiua, tumens, populosa. *Hydra fuit serpens in Lerna palude prope Argos; ui cum Hercules caput unũ amputabat, duo protinus renascebantur.*

HYDRIA. Fictilis. *Budæus, Lagena uas est ea forma qua hydriæ fictiles hodie a Bellouaco importantur.*

HYDROPICVS. Sitiens, dirus, insaturatus.

HYDRVS. Immanis, turpis, stridens, niger sæuus, cadmæus, echionius, sons, gorgoneus, pinguis, toruus, liuens, rabidus, longus niligena, cæruleus, lybycus, intortus, sepulcralis. *Hydri in aqua uiuunt, nulli serpentum inferiores ueneno. Horum iecur seruatum aduersus percussos ab iis auxilium est. Percussis ab hydro odor grauis excitatur. Afficiuntur insuper oblitione rerum, uidentúrque nebulam pro oculis habere, in horrorem ac rabiem agi. Tertia demum die pereunt.*

HYEMS. Aquosa, ignaua, tristis, dura, glacialis, aspera, atra, frigens, acris, informis, iniqua, crepitans, lethalis, horrida, adoperta gelu, improba, pigra deformis, frigida, prægelida, pluuiosa, sæua, fera, ventosa, atrox, imbrifera, immitis, ædonia, ferrea, æolia, sarmatica, cæca, aquilonia, armata, turbida, vndosa, torrida, maligna, ferox, segnis, cana, grauis, pluuialis, gelida, onerosa, niuosa, borealis, mala, nimbosa, inuisa, ægea, genialis, mollis, turbida, senilis, cæca, acer.

HYLAS Tener, quæsitus, herculeus, thyodamantæus, pulcer, clarus, paruus, tyrinthius, Thyodamante genitus, formosus. *Hylas filius fuit Thyodamantis, quem Hercules ob eximiam formam adamauit supra modum, & cum Argonautis Colchos nauigans secum duxit.*

Sed cùm in Nysia ad hauriendam aquam Ascanij fluuij urnam extuliſſet, nimio pondere demerſus eſt. Vnde poëtæ finxerunt eum à Nymphis ob ſpeciem raptum. Amici ruinam dolentiſſimè tulit Hercules, eumque magna & altiſſima vociferatione frequenter inclamauit.

HYMEN. Vinctus ſertis, formoſus, floricomus, lætus, pulcer, mitis, dulcis, mollis, blandus, connubialis, honeſtus tedifer, feſtus, erroruagus. *Hymen ſeu Hymenæus filius fuit Veneris & Liberi patris, deus nuptiarum ab antiquis creditus, quòd primus certas nuptias inſtituerit. Capitur quandoque pro ipſo connubio, & interdum pro cantu nuptiali.*

HYMETTVS. Actæus, florens, dulcis, cecropius, olens, theſæus vernus, erichthæus, pulcer, viridis, cerealis, tepidus. *Mons eſt Atticæ clarus & abundans apibus, & copia mellis optimi.*

HYMNVS. Iſmarius, ſacer, alacer, dulcis, honoratus.

HYPANIS. Sonans, biſapor, *duos habens ſapores: quoniam, vt inquit Herodotus, ſalubris eſt potu, donec Callipidum terminis inferatur, vbi amareſcit.*

HYPSIPYLE. Thoantis, pulcra, lemnias, lemnia, effera, thoantias. *Hypſipyle fuit filia Thoantis, qui regnauit in Lemno inſula. Hæc Iaſonem ad vellus aureum proficiſcentem patrio ſuſcepit hoſpitio, & adamauit, ſuſcepitque ex eo gemellos, aleuitémque multis lacrymis proſecuta eſt. Nec poſt amorem Iaſonis quenquam adamauit. Nam fugiens ex Lemno, rapta eſt à piratis, & perducta ad Lycurgum Nemeæ regem, cuius filium Opheltem nutriuit, qui mox relictus in herba, occiſus eſt à ſerpente.*

DE LITERA I.

IACCHVS. Dulcis, ogygius, lenis, tumidus, cornutus, mitis, corymbifer, mollis, ſpumàs, vitalis, pulcer.

IACTVRA. Grauis, flebilis.

IACVLVM.

IACVLVM. Velox, acutum, stridens, leue, lethale, volans, tremulum, intortum, maurum, volucre, ales, asperum, leuiferum, gnosiacum, vulnificum, fulmineum, leue.

IACVLVS. Volucer. *Iaculus serpens arbores subit, è quibus vt maxima turbinatus, penetrat quodcumque animal obuium fecerit fortuna, auctore Plinio.*

IADER. Tepidus. *Fluuius est in Adriaticum mare defluens, iuxta quem oppidum quod Iadera dicitur.*

IAMBVS. Criminosus, celer, parius, citus, liber, pugnax, vltor, voluctipes, ferox, ferus, tristis, lasciuus, vulnificus, echidnæus, lacrymosus, tumultuosus, tragicus, horrendus, mordicus, rabidus, rabiosus, lycambæus, trux, præpes, concitus. *Iambus pes est, constans duabus syllabis priore breui, posteriore longa. Erat olim frequens in antiquis Comœdis, quibus carpebantur hominum vitia, vt ætatu nostra satyra. Et carmen ipsum Iambicũ erat conuiciosum & maledicũ.*

IANVA. Dura, oppessulata, ærea, crudelis, firma, ferrea.

IANVARIVS. Brumalis, niuguidus, gelidus, torpens, sterilis. *Ianus apud vetustissimos illos Italiæ populos ferum & siluestrem cultum, in vrbanum cuiusque mutauit; in cuius rei memoriam sacrum ei fecere primum hunc mensem.*

IANVS. Bifrons, belliger, matutinus, anceps, biceps, biformis, sacer, patultius, clauiger, geminus, pacificus, antiquus, quirinus, pater, tuens, rerum sator, principium deorum. *Ianus rex fuit Italiæ, auctore Macrobio, qui creditur geminam faciem prætulisse, vt quæ ante, quæque post tergum essent, intueretur. Quod ad regis prudentiam sollertiamque referendum est, qui & præterita nosceret, & prospiceret futura. Vnde & bifrons dicitur: vel quòd annus ex se initium faciens occurrat fini. Hic Ianus Saturnum classe profectum excepit hospitio, amboque vnà regnarunt concordes, victisque oppida*

opera communi condiderunt. *Mythici referunt eo regnante omnium domos religione ac sanctitate fuisse munitas.*

IAPETVS. Tiux. *Filius Cœli & Terræ, & Promethei pater.*

IASION. Mitis. *Iasius autem seu Iasion, fuit puer Cerere vehementer dilectus.*

IASON. Candidus, clarus, æsonides, Æsone natus, hæmonius, pagaseus, pelasgus, peregrinus, fallax, effetus, asper, thessalicus, thessalus, albanus, achiuus, superbus, trux, magnanimus, prædo, armipotens, periurus, pheræus, æsonius, formosus, perfidus, acer. *Iason filius fuit Æsonis fratris Peliæ regis Thessaliæ, qui collecta iuuenum expeditorum manu, Colchos ad rapiendum vellus aureum profectus est, ibique adamatus à Medea filia Æetæ regis Colchorum, ex qua liberos suscepit, quos illa demum interfecit, aegre ferens superinductam sibi Creusam filiam Creontis. Amauit & Hypsipylen Thoantis regis filiam, quam, suscepta iam prole, reliquit eadem perfidia.*

IASPIS Fulua, eoa, viridis, rutila, effulgens, virens, teres, pulcra, præclara.

IBERIA. Venenorum ferax, venenifera, discolor. *Ponti regio est, de qua Horatius.*

IBERI. Feri, duri. Iber, *id est*, Hispanus: *quoniam Iberes populi sunt in Armenia.*

IBERVS. Diues, tarteſſiacus, veliuolus, aurifer, extremus. *Iberus fluuius est vlterioris Hispaniæ, qui regioni fecit nomen. Cantabros alluit, & Balearicum ingreditur mare. Iber quoque tertiæ declinationis legitur pro populo Armeniæ.*

ICARVS. Infelix, dædaleus, audax, temerarius, dædalides. *Filius fuit Dædali, qui metu Minois fugiens à Creta, fretus alarum, quas fecerat pater, fiducia, dum altius in auras euolaret, liquefactis à Sole pennis cereis, in mare cecidit, quod ab eius ruina Icarium cœpit dici.*

ICHNEV-

ICHNEVMON. Pernicioſus, cautus. *Serpens eſt peculiaris Ægypto, qui aſpidem odit vſque ad bellum, cuius oua ſectatur, & inuenta perdit, vt à fetu ſibi timere deſinat.*

ICTVS. Validus, mortifer, vehemens, durus, reſonus, lethifer, crepitans, lethalis, venroſus, fortis, horrificus, reſultans, incitatus, flammeus, violentus, ſonorus, bombifer, horriſonus.

IDA. Phrygia, frondoſa, aquoſa, humida, vmbroſa, ardua, amœna, opaca, ſacra, alta, pinifera, cluoſa, nemoroſa, dardania, gelida, rhœteia, fecunda, multifons, frondifera, ſigæa, cupreſſifera, iliaca, dardana, phœbea, viridis, perfida, iniuſta, æriſona. *Mons eſt Phrygiæ, aquis & fontibus abundans. Ex quorum duobus Scamander & Simois ſcaturiunt. In hoc monte Paris ſententiam tulit pro Venere de pomo aureo aduerſus Palladem & Iunonem.*

IDA. *Cretenſis.* Cretæa, æriſona.

IDALIVM. Frondoſum. *Nemus eſt Cypri, ſacrum Veneri, quæ propterea vocatur Idalia.*

IDOLVM. Profanum, vanum.

IDOMENEVS. *Rex Cretæ.* Lyctius, ſtrenuus.

IDVMEE. Palmifera, Horens, ferax, fragrans, dis, opulenta, arbuſto palmarum diues. *Vrbs eſt Phœnicia, palmarum fertilitate luxurians.*

IECVR. Calidum, palpitans, feruens.

IEIVNIVM. Languidum, triſte, atrum, durum, improbum.

IESVS. Salutifer, clarus, victor, nazarenus.

IGNAVIA. Torpens, deſes, turpis, languida, mater ſomni, ſerpens humi, titubans, iners.

IGNIS. Torridus, liquidus, rutilus, auidus, edax, fumifer, ſiccus, thuricremus, coruſcus, celer, penetralis, æſtifer, ſubtilis, calidus, tremulus, volans, flammeus, leuis, fumificus, nitidus, infeſtus, ater, rapidus, odoratus,

ætnæus, feruidus, vulcanius, impius, auarus, æstiuus, roseus, acutus, vorax, effluus, volucer, festiuus, radians, perspicuus, resonans, vagus, incandens, flammatus, fumans, violentus, rubens, lucidus, ardens, flagrans, splendidus, amorifer, acer, vulnificus, flammans, flammiger, flammiuomus, lemniacus, flammifer, vigil, fumosus, micans, omnicremus, puniceus, pendulus, nebulosus.

IGNOMINIA. Damnosa, infamis, turpis.

IGNORANTIA. Stupida, barda.

ILERDA. Aprica, alta. *Vrbs est Hispaniæ.*

ILEX. Caua, nigra, frondens, opaca, hirorea, nodosa, tremens, viridis, ramosa, curuata, vmbrosa, hirsuta, plena fauis, alta, atra, patula, tristis. *Ilex arbor est glandifera, in cuius genere duplex reperiri sexus dicitur. Folia habet aculeata, quæ non decidunt: glandem breuem & gracilem. nullo flore exhilaratur. Nouus in ea fructus cum autumno pendet. Non nascitur circa Elim & Lacedæmonem, propterea incolæ in carpentarij fabricis eius loco vtuntur subere. Ciuica corona primo fuit ilignea, postea magis placuit ex esculo.*

ILIA. Troica, romana, dardania, martia. *Fuit Ilia Numitoris Albanorũ regu filia, quam Amulius pulsõ iam Numitore fratre, & interfecto eiusdem filio Lausõ, Vestalem fecit, vt hal enda prolis occasionem adimeret, & ne quid supĕresset de progenie Numitoris. Verumtamen Ilia fato quodam à Marte oppressa, Remum & Romulum fratres gemellos concepit, quos Numitor iussit interfici, & eorum matrem Iliam defodi viuam prope Tiberim. Vnde & Tiberi fluuio nupsisse fingitur, & Tybris ea caussa vocatur amnu vxorius Iliæ, apud Horatium lib. 1. Carminum. Ceterum ministri qui pueros occidendos portauerant, visa lupa territi aufugerunt, relictu in Tiberu ripa infantulis; quos fera pro suu catulis educasse fertur. Adulti demum Numitorem restituerunt in regnum.*

ILIA. Crassa, ventosa.

ILISSVS. Inoruus. *Attica fluuius.*

ILIVM. Sacrum, crematũ, vstum, superbum, altum.

ILLECEBRAE. Dulces, blandæ, fallaces, facinoroſæ, doloſæ, molles, concubinales, suaues, inanes, petulantes, muliebres, enerues, mites, femineæ.

ILLVVIES. Fœda, immunda, obscena, dira.

ILLYRIA. Gelida. *Propert. lib. 1. Illyrium seu Illyria, regio est Epiro contermina, propinqua Italiæ, ab Illyrio Polyphemi filio denominata.*

IMAGO. Aurata, cerea, ærea, picta, exsculpta, decora, lucida, culta.

IMBER. Ater, frigidus, fecundus, fluuius, cæruleus, effusus, turbidus, deucalionæus, hibernus, edax, intempestiuus, gelidus, vagus, humidus, nimbosus, æquoreus, ventosus, insanus, saxeus, repentinus, spumeus, effluus, largificus, sæuus, madens, saxatilis, infestus, defluus, fluuialis, sonorus, niger, viuificus, niuosus, aquosus, fluidus, præceps, vligineus, terrificus, decolor, obscurus, stridens.

IMMANITAS. Barbara, horrida.

IMPENSA. Profunda, grandis.

IMPERIVM. Durum, violentum, potens, manlianum, insolens, superbum.

IMPETVS. Amens, sæuus, viuidus, vastus, celer, procliuis, validus, acer, tremulus, minax, sæuiens, coloratus, furiosus, vesanus, vehemens, viuus, furibundus, demens, ferus, violentus, ferox, iratus, furialis, effrenus, procellosus, ebulliens, citatus, hostilis, feruens, periculosus, infestus, sceleratus, fremens, potens, sonorus, ditus, præceps, alacer, stridens, vagus, mauortius.

IMPIETAS. Crudelis, ingeniosa, stulta, temeraria, cruda, fera, dira, atrox.

IMPOSTV-

IMPOSTVRA. Magica, fallax.

IMPROBITAS. Impia, odiosa.

IMPVDENTIA. Infelix, impudica.

INACHVS. Antiquus, Argiuus. *Fuit Argiuorum rex primus, cuius filia fuit Io.*

INARIME. Ardens. *Insula Campaniæ flammas olim eructans, sub qua sepultus fertur Typhoeus gigas.*

INCENDIVM. Impium, vagum, vulcanium, atrum, asperum, dirum, furens, vesanum, potens, furibundum, iniste, fumosum, flammatum, sæuum, nigrum, clarum.

INCESSVS. Pomposus, superbus, modestus.

INCESTVS. Nefandus, sceleratus, abominandus.

INCLEMENTIA. Sæua, dira.

INCOMMODVM. Triste, damnosum, acerbum.

INCVNABVLA. Tenera, vagientia.

INCVRIA. Dissoluta, negligens, socors.

INCVRSVS. Vagus, subitus.

INCVS. Sicula, æolia nigra, horrisona, rigida.

INDAGO. Curiosa, vigil, sollers.

INDI. Colorati, fitientes, positi sub ignibus, depexi, decolores, eoi, nigri, rubri, odorati, discolores, longæui, memnonij, fluxi, subditi Phœbo, olentes, fusci, odoriferi, extremi, imbelles, ardentes, picti, vsti, graciles, obscuri, longinqui, dites. *Indi populi sunt Orientales, quorum regio tantæ est amplitudinis, vt quinque oppidorum millia dicatur habuisse. Nomen traxit ab Indo flumine vastissimo. Abundant gemmis, herbis, vnguentis, odoribus & plantis aromaticis. Vinum conficiunt ex palmis, ex castaneis oleum, arboribus suis vescuntur, arundines habent amplitudinis arboreæ. Pane vtuntur hordeaceo. Corpora vsque ad pedes carbasis velant. Soleis pedes, capita linteis vincunt. Lapilli ex auribus pendent, brachia & lacertos auro colunt, &c.*

INDIA,

INDIA. Diues, decolor, thyrſigera, diſcolor, prodiga, nigra, toſta.

INDIGNATIO. Præceps, tumida,

INDOLES. Egregia, generoſa, læta.

INDVLGENTIA. Blanda, mitis.

INDVSTRIA. Sollers, ſedula, antelucana, vigilans, ſagax, audax.

INEDIA. Imperioſa, triſtis, intoleranda.

INERTIA. Sepulta, mollis, ſtolida, degener, laſciua, parca laboris, languida, tarda, cœnoſa.

INFAMIA. Horribilis, maculoſa, lupanaris.

INFANS. Paruus, flebilis, vagiens, tener, blandus, credulus, ſtolidus, paruulus.

INFANTIA. Lactens, vagiens, primæua, cruda.

INFERIAE. Miſeræ, triſtes.

INFERNVS. Ater, opacus.

INFORTVNIVM. Graue, crudũ, durum, crudele.

INFVLA. Lanea, alba, ſacrata, pulcra, longa. *Infulæ dicebantur faſciæ factæ inſtar diadematum, à quibus vtrimque dependebant vittæ. Infulati dicuntur infulis ornati.*

INGENIVM. Sollers, velox, acutum, præſtans, perſpicax, acre, memor, aſtutum, verſatile, ſagax, mobile, vegetum, docile, diuinum, candidum, amœnum, viuax, præclarum, dædaleum, ferrile, penetrabile.

INGLVVIES. Atra, vorax, profunda, fœda, inexplebilis, improba, dira, lurida, patens, acerba, ebria.

INGVEN. Scroſum, obſcenum, rubrum, tumidum, craſſum, vdum.

INIMICITIA. Trux, viperea, hoſtilis, acerba, grauis.

INIVRIA. Atrox, intolerabilis.

INO. Flebilis, nutrix Bacchi, cadmeia. *Ino filia fuit Cadmi & Hermiones, & vxor Athamantis regis Thebarum; quem cùm vidiſſet raptum furiis, & Learchum filium occidiſſe,*

occidisse, cum altero filio Melicerte fugam arripuit, & sese in mare præcipitauit. Poëtæ finxerunt ambos postmodum factos fuisse deos marinos.

INSANIA. Scelerata, præceps, furibunda, miseranda, feruens, titubans, crucians, rabida.

INSCITIA. Rudis. *Socrates dicere solebat vnicum esse bonum scientiam, malum vnicum inscitiam.*

INSIDIAE. Clandestinæ, nefariæ, latentes, turpes, fallaces, nefandæ, bilingues, viperinæ, hostiles, iniquæ, sæuæ, obscuræ, truces, præparatæ, crudeles, absconditæ.

INSOLENTIA. Superbiés, impotens, ferociens.

INSTITA. Serica, longa. *Tenuis est fascicola, quæ imam partem stolæ ambit.*

INSTITOR. Fallax, diligens, gnauus.

INSVBRIA. Audax. *Regio Galliæ Cisalpinæ.*

INSVLA. Nemorosa, saxosa.

INSVLTVS. Repentinus, subitus.

INTEGRITAS. Illibata, pura, candida.

INTERRITVS. Fatalis, grauis, infelix.

INTYBVS. Siluestris, agrestis. *Herba est capillosa, & amara, cuius tenues capilli segetes ambiunt, & enecant.*

INVENTORES. Ingeniosi, solertes.

INVIDIA. Obliqua, acris, nefaria, gliscens, noxia, sæuiens, exitiabilis, praua, ægra, trux, infelix, inhumana, minax, furens, pectibilis, inexpiabilis, ardens, fascinatoria, iniqua, tristis, degener, cæca, pallida, mordax, liuens, loquax, morbificans, oblimans, comes virtutis.

INVLA. Tristis. *Nomen est herbæ.*

IO. Vaga, candida, memphitis, Argolica pellex. *Filia fuit Inachi regis Argiuorum, quam Iupiter adamauit; & ne Iuno cognosceret furtiuos amores, commutauit in vaccam: cui tamen Iuno, suspicata id quod erat, custodem adhibuit Argum pastorem*

pastorem centoculum, quem demum Iouis mandato Mercurius interfecit. Eadem Io postmodum vocata est Isis, ab Ægyptiis habita pro numine.

IOCVS. Scurrilis, liberalis, ridiculus, venenatus, iucundus, dulcis, lætus, furtiuus, ridens, hilaris, lasciuus, blandiloquus, blandus, ornatus, mollis, grauis, leuis, solutus, petulcus, cupidineus, venustus, lepidus, argutus, alacer, pellax, placidus, humilis, idalius, cecropius, insanus, vrens.

IOLCVS, *oppidum.* Thessalia, Æmonia, opulenta.

IOLE. Eurytis, Coa *Fuit filia Eurytι Regis Oechaliæ, quam vsque adeò adamauit Hercules, vt eius imperio transformatus in mulierem, fusos & lanas robustus manibus tractauerit.*

IONIA. Diues, mollis. *Quoniam Iones Asiatici populi fuerunt admodum occupati deliciis, primóque vnguenti & coronarũ in conuiuiis dandarũ, & secundæ mensæ consuetudinem repererũt. Hinc Horatius appellat motos Ionicos, id est, effeminatos.*

IOPAS. Crinitus, iucundus, pulcer. *Nomen citharœdi.*

IOSEPH. Formosus, fatidicus, cananæus.

IPHIGENIA. Mycenis, pelopeia, agamemnonia, iphianassa. *Filia fuit Agamemnonis & Clytæmnestræ: quam cum Græci ad expeditionem Troianam profecturi immolare vellent, ad impetrandum prosperum ventum, Diana, cuius erat sacerdos, pro ea ceruam supposuit, quam illi victimarunt.*

IRA. Acerba, violenta, bellatrix, effera, rapida, implacabilis, bacchans, odij parens, sæua, sanguinea, vndans, rapida, acris, vltrix, impia, stygia, improba, audax, noxia, insana, discors, immanis, spumans, commota, indomita proterua, venenosa, litigiosa, inquieta, tristis, horribilis, calida, cruenta, capitalis, tumida, ferues, memor, cæca trux, mœsta, accensa, mobilis, fulminea, præceps, fœda, armigera, rubens, prompta, crudelis, terribilis, hirta, ardens, furens, fremens, viuax, minax,

auſtera, indecor, vitioſa, horrida, atrox, feta cutis, hoſtilis, infrenis, ferox, flagrans, phegethontæa, impatiens, tartarea, grauis, flammigerans, formidabilis, celer, fulgurans, flammata, torta.

IRACVNDIA. præceps, inſolens.

IRIS Thaumantis, nuntia Iunonis, rigida, thaumantias, aerea, iunonia, thaumantæa, ſuccincta nubibus, diſcolor, creatrix nimborum, imbrifera grauis, velox, volucris, cincta nimbis, cauuata, multicolor, nata Athamantis, decora, vda. *Iris, vt volunt poetæ, Thaumantis fuit filia, nuntia Iunonis, quam & plerique accipiunt pro arcu cæleſti, qui certiſſimam promittit pluuiam.*

IRVS. Binominis, famelicus, miſer, inops, dulichius, egens. *Irus fuit Ithacenſis pauperrimus, vnus ex procis Penelopes, quem Vlyſſes reuerſus ab expeditione Troiana, ictu pugni interfecit.*

ISIS. Inachia, pharia, linigena, linigera, niligena, memphitis, inachis, niliaca, argiua, vaga, phoronis, argolica, profuga, iſiaca. *Fuit Iſis filia Inachi regis Argiuorum in vaccam a Ioue mutata, quam Ægyptij pro dea coluerunt. Sacra eius vocabantur Iſiaca: et immolabatur anſer.*

ISMARVS. Nimboſus. *Mons eſt Thraciæ, quem Orpheus incoluit.*

ISMENOS. Celer, rapidus. *Bœotiæ fluuius.*

ISTER. Turbidus, ſcythicus, multifidus, latus, binominis, gelidus, barbarus, frigidus, ſeptenus, ſeptemgeminus, torrens, vndans, opacus, læuus, ſeptemplex, cancns, torrens, vagus, mauortius, ſinuatus, magnus, rigidus, ſeptifidus, fluctiuagus, babylonius, ſonans, currens, glacialis, corniger, germanicus, ſpumans, vaſtus, vndiſonans, rheticus, arcticus, algidus. *Fluuius eſt Scythiæ, qui alio nomine vocatur Danubius, vt ſupra*

diximus

diximus. Diuiditur in septem ostia, auctore Strabone.

ISTHMOS. Gracilis, bimaris, sisyphius, doricus, diues, angustus, exilis, tenuis. *Isthmos angustissima est terra quatuor milium spatio, Ægeum mare ab Ionio separans. Et hic vocatur Corinthiacus: quoniam super hoc fuit Corinthus. Est & alter Thracius, cuius litora vrbes vtrimque secus ostentant. Isthmum perfodere, prouerbiali figura dicuntur, qui aliquid magno quidem conatu, sed tamen irrito moliuntur, quia complures, vt Demetrius rex, Cæsar dictator, & Nero, adorti sunt perfodere Isthmum Corinthiacum, sed infausto, vt omnium patuit exitu, incepto.*

ITALI. Superbi, præfulgidi.

ITALIA. Saturnia, grauida bellis, fertilis, terrarum alumna, fortunata, potens, decora, armentosa, sceptrifera, bellifera, frequens vrbibus, pulcra, populosa *Italia dicta est ab Italo rege cùm prius vocaretur Hesperia magna, ab Oenotrio populo Oenotria, à Saturno Saturnia.*

ITHOME. Montana, alta. *Statius libro 4. Theb. Arx est Messenes vrbis Messenæ.*

ITHYS. Ismarius, threicius, tristis. *Filius fuit Terei regis Daulii oppidi Phocensium, ex Progne filia Pandionis regis Atheniensium, interfectus à matre, & datus Tereo in cibum, quod ille Philomelam vxoris suæ Prognes sororem adulterasset. Omnes postea deorum voluntate in aues commutati sunt: Progne in hirundinem, Philomela in luscinam, Tereus in vpupam, Ithys in phasianum.*

IVBA. Comans, rigens, terribilis, rigida, minax, horrens, hirta, rutila, flaua, hirsuta.

IVBAR. Rubens, clarum, flammiferum, rubrum, æmulum, niridum, multifidum, æstiuum, rutilum, igniferum, purpureum, coruscum, flammeum, auratum, siderale, illustre, formosum, perspicuum, candidum, limpidum, sublime, effulgens, solare, flammicomum,

mum, cæleſte, apollineum, niueum, auricomum, aſtrifugum, aidens.

IVBAS. Sceptrifer, infidus, maurus, cinyphius, magnanimus, potens, pompeianus. *Rex fuit Maurorum, qui quod Pompeio fauiſſet, a C. Cæſare ſuperatus, mortem ſibi conſciuit, ne in triumphum duceretur. Cuius filius admodum puer loco patris ductus eſt.*

IVDAEA. Tenax, *id eſt, hæreſi pertinax.*

IVDAEI. Apellæ, curti, recutiti, ſuperſtitioſi, profani, leuigenæ, infidi, ingrati, verpi, ſabbatarij.

IVDAS. Furens, nefandus, iniquus, auarus, proditor, ſceleſtus, truculentus. *Notum eſt omnibus, vt Iudas auaritia ſtimulante, Redemptorem humani generis, exili pecunia venalem expoſuerit; ac demum deſperata tanti ſceleris venia, laqueo ſe ſuffocauerit.*

IVDEX. Catonianus, durus, ſeuerus, tetricus, grauis, terribilis, pellitus, ingenioſus, incoruptus.

IVDICIVM. Acie, graue, horrificum, peracie, cenſorium.

IVDITH. Iudæa, animoſa, magnanima.

IVGERA. Florida, culta, pinguia, aprica, dumoſa, herboſa.

IVGVM. Loratum, plauſtrarium, aheneum, turpe, cutuum, pandum, aſperum, exitiale, triſte, ferreum, ſordidum, intolerabile, ſeruile, inſuaue, curtum.

IVGVM MONTIS. Accliuum, montanum, frondoſum, ſaxoſum, nemoroſum, frondeum, aſperum, aquoſum, pineum, comans, ſentum, floreum, præruptum, niuoſum, frondens, ſublime, arduum, piniferum, apricum, ſaltuoſum, vernans, aëreum, tetricum, decliue, cliuoſum, muſcoſum, ſpinoſum, herboſum, ſiluoſum, montoſum, fructiferum.

IVGVRTHA. Triumphans, immanis, naſamonius,

monius, terribilis.

IVLIVS. Feruidus, æstifer. *Hic mensis priùs vocabatur Quinctilis, quòd esset quintus in ordine, quo tempore annus decem constabat mensibus, postea denominatus est Iulius à dictatore Cæsare.*

IVLVS. Regius, dardanius, æneides, phrygius, formosus, pulcer, sacer.

IVMENTVM. Dossuarium. *M. Varro lib 2 de re Rustica, eleganti vocabulo dossuaria iumenta vocat, quod onus dorso ferre possint.*

IVNCVS. Lacustris, palustris, limosus, mollis, sterilis, contortus, tenuis, bibulus, odoratus, leuis, teres, fluuialis, cæruleus, acutus.

IVNIPERVS. Viridis, impenetrabilis, virens. *Arbor est frequens in locis arenosis. Viret coma perpetua, cariem non sentit aut vetustatem, non floret. Eadem illi virtus quæ & cedro, sed medulla eius vbique solidior est, quàm cedri Lignum apprimè durum. Vasta est in Hispania maximisque baccis, montes amat, spinas habet pro foliis, flexuosa est, & intricata. Combusta odorem reddit, & pollutum purgat aërem.*

IVNO. Regia, saturnia, argiua, lucina, lacinia, pronuba, omnipotens, gabina, moneta, feronia, zygia, iniqua, sancta, prosimna, sceptrifera, romana, altitonans, argolica, acerba, grauis, lucetia, pelasga, tumida, vnxia, iterduca, socigena, populonia, cinxia, matrona, fluonia, februa, samia, sospita, pharygæa, acræa, hera. *Iuno (vt poëtæ fabulantur) Saturni fuit filia, soror & coniux Iouis, dea regnorum & diuitiarum, nubentibus præest & parturientibus. Vnde pronuba, Lucina & coniuga vocatur. Nymphas habet pedissequas. Filiam habuit Heben, quam comestis siluestribus lactucis fertur concepisse. Vulcanum ex Ioue peperit.*

IVPITER. Chaonius, dictæus, coruscus, omnipotens, rex cælicolûm, saturnius, idæus, anxurus,

magnanimus, latialis, taranis, casius, corniger, dapalis, diespiter, fulminans, tonans, inuictus, olympius, lucetius, procerus, olympicus, capitolinus, ceneus, panomphæus, elicius, tarpeius, latius adulter, hercæus, libycus, goidius, pisæus, molossus, minax, seuerus, agenoreus, ausonius, phidiacus, feretrius, pluuius, pharius, æthereus, genetæus, fecundus, terrificus, altipotens, astrisonus, prouidus, saturnigena, altisonus, durius, amator, æternus, benignus, mitis, sceptriger, maculosus, falax, creticus, terribilis, coruscans, fulmineus, victor, fulminator, arduus, æquus, Chronius, altisonans, fulminiger, omniprocus, omniparens sceptrifer, ægiochus, cunctitenus, incestus, phrygius, lasciuus, teutates, opulentus, æuiternus, elysius, perpetuus, omniuolus, minianus, præpotens, dodonæus, stator, optimus, maximus, romanus, magnus, antiquus, eleus, xenius, elacatæus, cunctitonans, ithomius heliopolites, omniuolus. *Tertullianus scribit trecentos Ioues enumeratos a M. Varrone. Saturno fingitur filius, deorum supremus, cælo præesse, parente pulso, ibique fulminare. Natus est eodem cum Iunone partu in Creta insula, ibique nutritus a Curetibus pulsantibus tympana, ne puer vagiens audiretur à Saturno, qui filios suos deuorabat. Educatus est caprino lacte ab Amalthea & Melissa nutricibus. Hinc orta fabula, qua posta nutritum à capra fabulata sunt.*

IVRGIVM. Insanum, ferum, difficile, asperum, rabiosum, malum, probrosum, improbum, clamosum, nefandum, vesanum, durum, litigiosum.

IVS. Arctum, rigidum, sacratum, sanctum, seuerum, clamosum, litigiosum, integrum.

IVSTITIA. Potens, salubris, astræa, sacra, inuiolata, aurea, inculpata, sancta, æqua, diuina, cælestis, seuera, tenax, adrastea, prienensis. *Iustitia, inquit Cicero, est æqui-*

est aequitas vnicuique tribuens pro dignitate cuiusque. Eius fundimentum est fides; id est, dictorum consentorúmque constantia & veritas.

IVSTITIVM. Ferale, triste. *Iustitium est iuris dicendi intermissio, ob publicam calamitatem aut luctum, dictum quasi iuris statio. Solebat autem id indici in publico luctu.*

IVVENALIS. Facundus, aquinas, turgidus. *Decius Iunius Iuuenalis patria fuit Aquinas. Natus est patre libertino. Floruit imperante Domitiano. Praeceptorem habuit Frontonem Grammaticum. Operam dedit scribendis Satyris, & carpendis hominum vitijs. Mutuo amore coluit Martialem.*

IVVENCA. Cornigera, mollis.

IVVENCI. Tardi, validi, fortes, torui, laboriferi, rudes, teneri, difficiles, rabidi, dociles, insani, luctantes, profugi, fulminei, aratores, olidi, saginati, audaces, pingues, turicolae.

IVVENES. Feruidi, elegantes, pubescentes, petulci, procaces, imberbes, barbatuli.

IVVENTVS. Patiens, florens, audax, caeca, rudis, dulcis, leuis, imbellis, praui docilis, prodiga, gnaua, viridis, generosa, calida, furiata, fulgens, ignaua, primaeua, pubescens, tenera pulcra, valida, effrena, vaga, rosea, radians, petulans, ignea, procax, nitida, frondescens, virens, laeta, intonsa, culta, formosa, actis, ingeniosa, mitis, incauta, profuga, fragilis, certa, insana, imberbis, flagrans, lasciua, ardens, alacris, altrix scelerum, animosa, stolida, pubens, effrenis, neruosa, mollis, robusta, stulta, teses, vernans, hilaris, delicata libidinosa.

IXION. Perfidus, thessalus, dirus, impius, miser. *Ixionem Thessalum apud inferos perpetua rota volui dicunt, quòd gloriaretur se iacuisse cum Iunone.*

DE LITERA L.

LABES. Peſtifera, turpis, nigra, impura; ſordida, maligna, noxia, perniciosa.

LABOR. Improbus, durus, mæſtus, auſterus, inquies, ærumnabilis, acer, diligens, ſiſyphius, catenatus, prædurus, peruigil, noctiuagus, inceſſabilis, ſtatarius, ſedulus, ærumnalis, æger, luctificus, vigil, ſollers, anxius, rigidus, honorifer, inſomnis, ærumnoſus, ſudatus, miſer, artifex, herculeus, officioſus grauis, operoſus, indefeſſus, inſanus, aſſiduus, difficilis, immenſus, infinitus, moleſtus, illiberalis, intendens, ſedentarius.

LABICI. Picti: *quoniam vtebantur ſcutis picturatis. Populi fuerunt in Italia, denominati a Glauco Labuco Minois filio.*

LABRVM. Tenerum, molle, modicum, purpureum, roſeum blandum, tremulum crepitans, turgens, humidulum, pleſſulum, roſidulum, mordax, ſtridum, promulum, inauſtuum, dulce, floridū, blandiloquum, mellitidum, coralium, decorum, argutum, tenue, lætum, tenellum, corallinum, valgum, punicum, amabile, cupidum, paſtanum, flammeum, ſucci plenum, vdum, hians.

LABRVM, VAS. Ferreum, ahenum, balneare.

LABRVSCA. Silueſtris ſterilis.

LABYRINTHVS. Curuus, recuruus, inextricabilis, lecterus, monſtroſus, cæcus, dædaleus. *Labyrinthus domus fuit in Creta facta a Dædalo, tanta viarum perplexitate, vt in ingredientibus non pateret reditus. Fuit & Ægyptius Labyrinthus lapideis columnis in introitu, reliquus ſyenitis. Fuit & tertius in Lemno, & quartus in Italia; omnes lapide polito, formatus.*

LAC. Omnium dulce, vaccinum, tepidum niueum, hędinum, mutans, tenuulum, liquens, amicum, fumans, candens,

candens, tenerum, pluuium, lacrymans, purum.

LACEDAEMON. Libidinosa, armipotens, prisca, clara, nuda, seuera, patiens. *Vrbs fuit Peloponnesi, quæ alio nomine Sparta dicta est. Et habitatores eius Lacedæmones, Spartani & Spartiatæ vocati sunt: populi quidem olim egregij bellu, qui laboribus erudiebant iuuentutem, vt nando, currendo, esuriendo, algendo, æstuando.*

LACERNA. Tyria, agenorea, purpurea, coa, fulgens, pinguis, aurata, scissa, tristis. *Lacerna vestis erat militaris & coccinea. Erant & lacernæ albæ, quibus veteres vtebantur in spectaculis & ad vsus theatrales. Lacernati dicuntur lacerna induti.*

LACERTAE. Virides, paruæ.

LACERTI. Fortes, validi, teneri, teretes, niuei, molles, candentes, cupidi, blandi.

LACHESIS. Dura, inuida, ferrea, immitis, immanis. *Una est Parcarum, quæ fingitur metiri vitam hominum suu fusis & staminibus.*

LACONES. Breuiloqui. *Hinc Lacomsmus, breue dictũ.*

LACRIMAE. Manantes, salsæ, rorantes, cadentes, piæ, rigantes, turpes, tristes, amaræ, simonideæ, rudes, lugentes, vdæ, miserlæ, amaræ, funebres, teneræ, miseræ, mites, ægræ, mœstæ, madidæ, feruidæ, graues, acres, tepentes, stillantes, redundantes, loquentes, fluentes, vaporiferæ, derectæ.

LACTVCA. Frondens, siluestris, sessilis, viridis, mollis. *Plin. lib. 19. aut lactucas in binos pedes aliquando se pandere, sed in Circelensi agro amplissimas prouenire. Antiqui lactucis vtebantur in fine cœnarum; quò insita frigiditate retundant ebrietatem.*

LACVNA. Caua, tepens, salsa, vasta, bibula, fœda, piscosa, vda, limosa, cærulea, crassa, iners, deuexa, inundans, picea, pigra, tristis.

LACVNAR. Vuidum, pictum, excelsum.

LACVS. Gelidus, limosus, cœnosus, patulus, torpens, cauus, sonorus, tranquillus, imus, segnis, madidus, nitidus, flumineus, defluus, voraginosus, vluosus, liquidus, latus, humens, tumidus, perspicuus, vastus, piscosus, cauernosus, vndans, vitreus, fœdus, cæruleus.



LADON. Arenosus, rapax, apollineus, patrhasius, castus, pythius. *Fluuius est Arcadiæ sacer Apollini.*

LAENA, VESTIS. Candida, ignea. *Erat læna vestimentum quod superponebatur tunicæ omnibus: Græci epigraphon dixere. Ab huius vestis vsu nomen traxerunt Lænates Romani.*

LAERTES. Socer Penelopes: *quia fuit pater Vlyssis, qui propterea vocatur Laërtiades.*

LAESTRYGONES. Duri, inculti, immanes. *Populi fuerunt Italiæ, qui humanis carnibus olim vescebantur.*

LAETITIA. Luxuriosa, mutabilis, sonans, dulcis, gestiens, exsultans.

LAGENA. Habilis, catenata, fumosa, spoletina, dulcis, rapida, saguntina, Cretica. *Vas est fictile ad formam hydriæ: a tereti enim collo distenta laxitas, sensim ad imum gracilescit.*

LAGOIS. Peregrina. *Genus est piscis & auis.*

LAGOPVS. Aurita. *Auis leporino villo pedes habens.*

LAGVS. Phatius, pelusiacus. *Pater fuit Ptolemæi successoris Alexandri, cui Philadelphus successit in regno.*

LAIS. Ephyreia, ephyræa, formosa. *Lais meretrix fuit elegantissima, quæ ex Sicilia deducta est Peloponnesum, habitauitque Corinthi, vnde vocata est* Corinthia. *Ad hanc ditissimi quique adolescentes ex tota Græcia turmatim confluebant, neque admittebatur quisquam, nisi qui dabat quod poposcerat. Et cùm aliquando petiisset à Demosthene decem milia drachmarum, Panitere tanti non emo, respondit philosophus.*

LAIVS.

LAIVS. Labdacides, sceptrifer. *Filius Labdaci regis Thebarum, & pater Oedipi, interfectus ab ipso filio patrem non agnoscente.*

LAMBRVS. Insuber, pauper aquæ, vluosus. *Fluuius est Insubriæ.*

LAMENTVM. Spirans, miserum, mæstum, turbidum, clarum, femineum, querulum, triste, miserandum, asperum, durum.

LAMINA Mollis, tenuis, ærea, flexilis, bracteata.

LAMPAS. Ardens, noctuina, ferrea, ignifera, rosea, pinguis, coruſca, fumans, ignea, rutilans, fumifera, clara, rutila, candens, æstifera, torrida, splendens, calens, tosida, tremula, nitens, flammigera, fulgida.

LAMPIA. Candens. *Statius lib. 4. Theb. Vrbs est Arcadiæ constituta in montibus niuosis.*

LAMVS. Lydus. *Fuit enim filius Herculu & Omphales regina Lydorum.*

LANA. Mollis, succida, rudis, medicata, bibula, tincta, sordida lingonica, sequax, fecunda, arachnæa, tenuis, discolor, caledonia, canusina, textilis, calabra, attalica niuea, alba, pectita.

LANCEA. Torta, hispanica, venatoria, atrox, improba, acris, longa, crudelis.

LANGIA. Pigia. *Fons est in Nemea silua Arcadiæ.*

LANGVOR. Piger, frigidulus, lethifer, noxius, amarus, iniquus, sepultus, grauis, somnifer, frigidus, acerbus, fractus, tristis, flaccidus.

LANVGO. Mollis, tenuis, æqua, ridens, gracilis, fruticans, tenera, noua.

LANX. Panda, librans, candida, fictilis, repanda, magna. *Vas est latum & rotundum, minus excauatum quam Patina. Apta erat lanx rebus diuinis.*

LAODAMIA. Hæmonis, phylaceia, formosa, dia.

Laoda-

Laodamia puella fuit eximiæ formæ, quæ summopere adamauit Protesilaum: quem cùm audisset cecidisse apud Troiam, tanto dolore intabuit, vt noluerit superuiuere. Priusquam tamen interiret, in solatium mœroris optauerat, vt mortui vmbram videret. Quod cùm impetrasset, in illius amplexibus exspirauit.

LAOMEDON. Fraudulentus, idæus. *Rex fuit Troiæ, filius Ili & Priami pater, periurus, quia Neptuno & Apollini murorum Troiæ conditoribus, pactam negauit mercedem. Qua caussa indignati dij, filiam eius Hesionem ceto exposuerunt, quam Hercules occiso monstro marino liberauit, promissis sibi in præmiũ præstantissimi equi. Cui demùm pacto cùm non respondisset Laomedon, indignatus Hercules, Ilium subuertit.*

LAPATHOS. Lubrica. *Genus est oleris.*

LAPILLI. Virides, libyci, teretes, picti, peregrini, indici, erythræi, perlucentes, sapphirati, leues, idaspæi, colorati, cyanei, niuei, nitidi, nitentes, scythici, candiduli, eoi, pretiosi, lucentes.

LAPIS. Asper, durus, rigidus, muscosus.

LAPITHAE. Centauri, sæui, semiferi, siluestres, peletronij, truces. *Populi fuerunt Thessaliæ, qui Pindum & Othryn montes habitarũt. Capiuntur interim pro ipsis Centauris.*

LAPPA. Tenax, rigida.

LAPSVS. Mollis, celer, pronus, præceps, volucer, vagus, præpes, placidus.

LAQVEARIA. Celsa, coruscа, aurea, pĩcta, aurata, ampla, alta.

LAQVEVS. Tenax, arctus, noxius, fallax, trux, infamis, tetricus, dolosus, validus.

LARDVM. Pingue, graue, rubens, opimum.

LARES. Diales, saxicolæ, inferni. *Lares dicuntur dij domestici. Hinc Lararium dicebatur sacrarium domesticum, in quo dij peculiares adorabantur.*

LARIX. Longæua, robusta. *Larix arbor ustiu radi-*

cibus

cibus non repullulat, montes amat, incorrupta ei vis, humori contumax, nec ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ignis vi consumitur, quàm lapides: ei folia sunt pungentia, quæ non decidunt. florem nescit, terna edit germina, corticem spargit inter squammas, cariem nescit, pondus validè sustinet.

LARVA. Terribilis, acheruntigena, errans, procax, immanis, vana, vmbratilis, ossea, phlegethontus.

LASCIVIA. Læta, hilaris, mollis, profana.

LATEBRA. Effossa, demissa, cæca, saxosa, obscena, turpis, vilis, occulta, labyrinthea, nigra, caua, curua, atra, irremeabilis, olens.

LATERES. Coctiles. *Varro: Quod fit è lateribus coctilibus, vt in agro Gallico.*

LATERNA. Dux viæ, ardescens.

LATEX. Fontanus, vitreus, cæruleus, spumans, humens, rorans, liquens, amœnus, flumineus, gelidus.

LATIBVLVM. Opacum, occultum.

LATINVS. Faunigena, filius Fauni, prædiues.

LATIVM. Hesperium, antiquum, agreste, pulcrum, forte. *Varro Latium dici putat, quod lateat Italia inter præcipitia Alpium & Apennini. Virgilius dicit quòd Saturnus ibidem latuerit. lib. 8.*

LATONA. Gemellipara, filia Cœi, calaurea, puerpera, candida, titanis, thea. *Filia fuit Cœi adamata a Ioue, ex cuius concubitu suscepit Apollinem & Dianam eodem partu natos in Delo insula. Hunc autem partum impedire volens Iuno zelotypa, immisit serpentem Pythonem ad eam fugandam: qui postea interfectus est ab Apolline.*

LATRATVS. Canorus, clarus, sæuus, vagus, vigil, diuus, feruidus, horrificus, multisonus, caninus, raucus.

LATRINA. Cœnosa, olida, spurca.

LATRO. Infestus, solicitus, furiosus, lucripeta, scelerosus, astutus, sæuus, sanguinolentus, cruentus, insidiator,

insidiator, grassans, funestus, nefarius, sceleratus.

LATROCINIVM. Nefarium, funestum, nocturnum.

LATVS. Tenerum, molle.

LAVACRVM. Molle, nitidum, calidum.

LAVRVS. Parnassia, fragilis, viridis, viridans, sacra, thessalica, delphica, siluatica, tenera, apollinaris, innuba, parnassis, nitida; palatina, vda, apollinea, phœbea, triumphalis, laufolia, siluestris, pacifera, cristata, delia, virguncula, grata, opima, indica, odorata, chalcidica, imbellis, fatidica, ramalis, crepitans, pythica, enthea, opaca, virens, frondens, permessis, virginea, longæua, innupta, pieria, patula, phocaica, mystica, peruiens, triumphans, viresсens, pendula, virgo, frondosa, redolens, aonia, mollis, humida, victrix, agrestis, procera, calta, comans. *Laurum arborem Graci Daphnen vocant, ab eiusdem nominis puella, quam Apollo adamauit. Spectatissima est in Parnasso, iecta in ignem maximos crepitus edit, vnde & in maleficia amatorum incendi consueuit, tanquã amantium querimonias repræsentans. Credita est insuper aduersus venena remedium habere. Hinc laureum baculum gestare dicebantur, qui periculum feliciter effugissent. Arborum sola non percutitur fulmine, &c.*

LAVS. Magnifica, celebris, insignis, superba, egregia, fastosa, hymnisona, eximia, viuax.

LAVTITIES. Saliaris, *a Salius Sacerdotibus* Martij, *qui apparatu magno & lautissimè obsonabantur.*

LEAENA. Torua, gætula, libyca, hircana, fulua, sæua, audax, dura, immansueta, dira, ferox, africa, marmarica, cauernicuba, [illegible]

LEANDER. Abydenus, ephebus, audax, naufragus, pulcer, infelix, miser. *Fuit speciosissimus puer ex Abydo, qui cum in Sestõ vrbem non multum remotam noctu natare ad amasiam Hero, tempestate suborta perijt.*

LEAR-

LEARCHVS. Inous, paruus. *Filius fuit Athamantis & Inus, quem pater furore correptus interfecit*

LEBETES. Dodonæi, curui, caui, vncti. *Lebetes dicuntur vasa ænea apta coquendis carnibus, aut aliis rebus.*

LECTOR. Studiosus, vigilans, doctus, ingenuus, & candidus.

LECTICA. Fulgens, eburna. *Frequentissimum fuit hoc vehiculum apud antiquos, quo nobiles viri & femina vtebantur. Integebatur velis, oculos à puluere, sole, & ventorum flatu defendentibus. Diminutiuum est Lecticula. Lecticarij dicuntur serui, qui dominum in lectica portant.*

LECTVS. Eburnus, genialis, constratus, perlucidus, teres, socius, mollis, gemmans, fulgens, iugalis, tepidus, delicatus, pulcer, furtiuus tremulus, tyrius, stratus, soterius, cubicularis, auratus.

LEDA. Pulcra, fecunda, formosa, candida, graia, Thestias. *Vxor fuit Tyndari regis Laconiæ, ex qua Iupiter in cygnum mutatus, adulterata fertur suscepisse Castorem, Pollucem, Helenam, & Clytæmnestram.*

LEGES. Validæ, iudiciariæ, seueræ, iustæ, duræ, æquæ, tetricæ, sanctæ, sacrosanctæ, rigidæ, solonigenæ, veridicæ.

LEGVMEN. Pingue, tetrestre.

LEMANNVS. Cauus, liquidus, gelidus, ostrifer. *Lacus est Galliæ Cisalpinæ, per quem Rhodanus Ararim deferens rapitur. Is Heluetios à Gallia separat, suisque accolis Lemanorum indidit nomen, auctore Sulpicio.*

LEMNOS. Vulcania, hypsipylæa, æriſona, circumfluа, æquorea, ardens, fumida, vulcanis, calens, alta, ingeniosa: medicata, *pr[illegible]ram sigillatam Lemniam, cuius in medicina vsus. Insula [illegible] maris Ægei, in qua nutritus est Vulcanus. Ibidem propterea esse dicitur Cyclopum officina, vnde & æriſona vocatur.*

LEMVRES. Nocturni, nigri, phlegethontiaci, atui, incendo

mendoſi, mali. *Lemures dicuntur nocturnæ larvæ & buſtuariæ quædam imagines, quæ noctu terrorem incutiunt.*

LENA. Improba, ſpurca, multibiba, maleſuada, leuiſida, callida.

LENIMEN. Dulce, blandum.

LENO. Inſidioſus, auarus, impurus, cautus, verſutus, perfidus, importunus.

LENS. Peluſiaca, teres, niliaca.

LEO. Horrendus, pœnus, terribilis, æſtifer, ſæuus, fulgens, fuluus gætulus, villoſus, vaſtus, nemeæus, rabidus, odoratus, ferus, inſanus, aſper, rapax, flauus, ingenuus, rapidus ferox, validus, violentus, hirſutus, iracundus, auidus, herculeus, tumidus, generoſus, indomitus, libycus, toruus, frendens, caſpius, cæſius, rigidus, trux, idæus, phrygius, æſtiuus, impatiens, animoſus, dominus ferarum audax, prædator, ardens, flammiger, clionæus, marmaricus, iubatus, fulmineus, horridus, horrificus, furens, feruidus, maurus, parthicus, maſſylus, catniuolans, letifer, magnanimus, impiger, fremens, fortis, terrificus, rugiens, molorchæus, celer, flammeus arens, calens, flammifer, cruduorus, anguineus.

LEPOS. Muſæus, atticus, cecropius. vrbanus, dulcis, tener, gratus, blandus, peticleus, mellifluus iucundus, purus, ſuauis, tibulleus, comis, facilis, argutus, flexanimis, ſcurrilis.

LEPRA. Lurida, edax, improba.

LEPVS. Auritus, pauidus, fecũdus, pronus, ſollicitus, villoſus, vagus, furax callidus, velox, paruus, paruulus, volucripes, tener, meticulo[illegible]s, vagiens, fugax, pauens, excornis, timidus, rapidus, velocipes, mollis, imbellis.

LERNA. Cærula, nocens, fecunda, gelida, impacata, trux, ſtagnans, arcadia graia, caua. *Fuit lacus Græciæ, in quo Hercules Hydram interfecit.*

LESBOS.

LESBOS. Methymnæa, seuera, bacchica, superba. *Insula est maris Ægei amplissima, cuius præcipuæ vrbes Mitylene, & Methymna, laudabilis vini feracissima.*

LETHE. Stygia, soporifera, secura, inferna, atra, præceps, mala, tranquilla, quieta, torpens, tartarea, obscura, somnifera. *Fluuius est inferorum, cuius aqua potæ præteritarum rerum obliuionem fertur inducere.*

LETHVM. Informe, crudele, horrificum, infestum, dirum, celer, velox, gelidum, triste, ignauum, instans, acerbum, atrum, miserum, trux, funereum, commune, præceps, deforme, infelix, infame, horrendum, cruentum, irreparabile, miserabile.

LEVAMEN. Dulce, mite, molle.

LEVCAS. Excelsa. *Vrbs est Acarnaniæ, iuxta quam Antonius superatus est ab Augusto.*

LEVCATES. Nubifer. *Promontorium est Epiri prope Ambraciam.*

LEVCE. Niuea. *Oppidulum non longè à Smyrna.*

LEVCOTHOE. Thebana, candida, Cadmeïa. *Fuit vxor Athamantis, relata in deas marinas, postquam desiliit in mare. prius vocabatur Ino*

LEVITAS. Volucris, agilis, desultoria, plumea, vaga, ventosa, inconsulta, malefida.

LIBAMEN. Sacrum, dium.

LIBANVS. Tepens, cedrifer, odoratus.

LIBER, *pro Bacho.* Humidus, viridans, vdus, fungidus, scaber, arbuteus, pater, iucundus.

LIBER, *bri.* Argutus, laboratus, lepidus, volaminolus, cultus, doctus, politus.

LIBERTAS. Effrena, vegeta, pulcra, blanda, candida, amœna.

LIBIDO. Vesana, indomita, rixosa, terra, vitiosa, damnosa, dira, furiosa, illicita, probrosa, occulta, monstrosa,

ſtroſa, praua pernicioſa, venerea, ſæua ſegnis, lucroſa, effrenata, vetoris infamis, ſtimulans petulans, furens, intemperata, nefanda impudens, obſcena, vana, animoſa, perſonata, improba, impetuoſa, noxia, blanda, aſtuta, inconſulta, æruminoſa, inſana, doloſa, ſæua, cæca, impura fallax, intempeſtans, corrupta nefaria, refrenanda intolerabilis muliebris, tenebricoſa, flagitioſa, conſectatrix voluptatis, auida perdita.

LIBITINA. Acerba, triſtis. *Libitina dicitur dea ſepulcrorum. Capitur etiam pro morte, ſepulcro, exſequiarum impenſa, & profeſſione ſepeliendi, undendique ea quæ ad exſequias pertinent.*

LIBRA. Iuſta, fabriis, pendula, æqua, bilanx anceps.

LIBVM. Cereale, calens, myſticum, candidum, dulce, azymum, adoreum. *Cibus erat qui fiebat ex farre, melle & oleo.*

LIBYA. Æſtifera, ſitiens, arens, arida, ſcopuloſa, ſterilis, flaua, anhelans, aduſta, ardens, calens, feruens, ſicca, peruſta, arenoſa, potens, toriens, flagrans, rebellis, fertilis.

LICENTIA. Laſciua, indomita, euagans, obſcena, effrenata, effrena, effuſa, furibunda, furiota, veſana, verboſa, damnoſa.

LICHEN. Soldidus. *Morbus eſt, qui quoniam mentum inuadit, à Latinis mentagra dicitur.*

LICTOR. Clamoſus, ſæuus, impudens.

LIGNVM. Fiſſile, roboreum, ſectile, ramoſum, conſile, durum.

LIGO. Durus, longus, incuruus, exeſus, grauis, ſuber, rigidus, obtuſus, attritus, flexus.

LIGVRES. Aſſueti malo, alpini, indomiti, rebelles, vani, aſſueti labori, fallaces.

LIGV.

LIGVSTRVM. Candidum, niueum, albũm, albens. *Arbor est, cuius ligno aptißimæ fiunt tesseræ. Succus eius nerus, articulu, algoribus: folia, veteri vlceri cum sălis mica, & exulcerationi prosunt.*

LILIVM. Candidum, virens, vernans, breue, canens, album, argenteum, cãnum, roſidum, candens, pictum, molle, fulgens, aureum, albicomum, hians, floriens, lacteum, vernum, fragrans, formoſum, intactum, lucidum, ridens, niueum.

LIMA. Aſperata vigil.

LIMAX. Implicitus, piger.

LIMBVS. Pictus, mæonius, villoſus, auratus, pictulatus, baccatus. *Veſtimentum erat muliebre, purpuram in imo conſutam habens. Hinc Limborarij dicebantur huius veſtimenti texteres.*

LIMEN. Ferreum, durum, tritum, ſtridens.

LIMVS. Leuis, niger, informis, cœnoſus, mollis, lẽtus, putris, paluſter, tepidus, facilis prometheus, bibulus.

LINGONES. Pugnaces, indomiti, audaces.

LINGVA. Ventroſa, dædala, prodiga, infrenis, intemperans, ſtolida, blãda, garrula, ſubdola, amara, blæſa, proterua, procax, vaga, mellita, humidula, mollis, clamoſa, interpres, improba, blandula, facunda, diſerta, doctiloqua, exculta, verboſa, loquax, audax, vaniloquax, liuida, largiloqua, docilis, dulcis, amœna, fecũda, peſtifera, mordax, effrenis, tenella, dicax, petulans.

LINTER. Curua, rimoſa, cauata, vmbrifera, celer. *Linter dicitur nauicula cauatis arboribus facta. Hac vtebantur quondam Germani Danubium habitantes*

LINTERNVM. Lentiſciferũ, ſtagnoſum, ſalubre.

LINVM, Tenue madens, humidulum, peluſiacum, albens, nitens, maculoſum.

LINVS. Crotopiades, inachides, thrax, perceleber,

inachius. *Duo fuerunt huius nominis viri: alter Crotopi filius, qui a matre apud Nemeum fluuium expositus, ibidem à canibus laniatus est. De hoc Statius libro primo Thebaid. Fuit alter filius Apollinis & Uraniæ, Musæ lyricæ peritissimus, in qua disciplos habuit Orpheum, Thamyram, & Herculem. Hunc ab Hercule plectro & cithara occisum ferunt, dum eum rusticius canentem acerbè nimis corripuisset. De priore intelligitur primum epithetum, reliqua de posteriore.*

LINTEVM. Villosum, cauum, tenue.

LIPARE. Fumosa, æolia, vulcania. *Una est ex Æoliis insulis à Liparo rege denominata: in ea fuisse fertur officina Vulcani & Cyclopum, vt in Lemno.*

LIQVOR. Fluidus, vitreus, gelidus, nitidus, effluens, liquus, dulcis, vagus.

LIRIOPE. Cærula. *Ouid. lib. 3. Metamorph.*

LIS. Molesta, iniqua, atra, tetrica, amara, vana, funesta, rabiosa, clamosa, insana, vesana, cruenta, rapida, forensis.

LITVS. Spumans, curuum, procuruum, viride, saxosum, vdum, fluctifragum, incuruum, refluum, iuncosum, frigidum, molle, bibulum, arenosum, portuosum, tacitum, raucum, vagum, spumosum, sardum, apricum, sinuosum, sinuarum, procellosum, vndosum sinuans, cauum, madidum, amœnũ, concauum, cluosum, humidum, resonans, vndisonũ, naufragum, mansuetum, personum, pictum, multiuagum, fruticosum

LITVVS. Sonorus, acer, terribilis, strepens, tortile sonans, aduncus, æreus.

LIVIVS. Antenorides: *quoniam Antenor condidit Patauium, T. Liuy patriam.*

LIVOR. Edax, ineis, malus, acerbus, anxius, acer mordax, exsanguis, obliquus, semianimis, niger, tabificus, malignus, iniquus, procax, impius, pallidus, re

quam,

quam, tartareus vrens, rabiosus, cupidus, toruus.

LOCVLVS. Eburnus auratus, dulcis, aureus.

LOCVSTA. Tenuis, saltatrix.

LOLIVM. Infelix amarũ nociuum, vitians oculos.

LOLLIGO. Nigra. *Piscis est cruorem nigrum habens instar atramenti.*

LOQVACITAS. Stulta, garrula, insipiens.

LOQVELA. Verbosa.

LORICA. Rigens, sanguinea, bilix, torta, testacea, grauis, bellicosa, agittis inuia, micans, cruenta, fulua, ahena atrox, ærata, ibera. *Lorica dicitur ferreum corporis amamentum, quale apponebatur antiquis regum & imperatorum statuis. Squallebat ferri laminis, vt crustis cochlearum.*

LORVM. Vndans, tremulum, tardans, nodosum, flexile, hamatum ferreum.

LOTOS. Impia, aquatica, amara, mygdonia phrygia, amica Lyæo, multifora capillata, aquatilis, sacra, cynthia, syrtigena, palladia. *Loton arborem habet Africa praecipuam Syrtes & Nasamones. Magnitudo est huic arbori, quae pyro: ligno color niger. Expetitur ad tibiarum cantus, vnde & pro tibia plerumque solet accipi. Eius radice fiebant olim cultelli & capuli. Baccas profert, cariem non sentit, amittit florem, cuius suauitate homines rerum omnium obliuisci dicuntur: aquas amant. Veteres eam Apollini sacram fecerunt, quòd ante Solstitium folia implicet paulatim. Frequens est apud Lotophagos populos, qui nomen inde sumpserunt.*

LVCA. Vetus nobilis. *Hetruriæ vrbs.*

LVCANVS. Doctiloquus, annæus, ardens. *Lucanus natione fuit Hispanus, patria Cordubensis, natus est Caesare Germanico, & L. Caesiano consulibus: patrem habuit Annaeum Melam, praeceptores Remmium Palaemonem & Flauium Virginium: sub quibus adeò profecit, vt Graece ac Latine declamaret: condiscipulos Saleium Bassum, & Persium. Peruectus est*

ad dignitatem Quæſturæ, & in Augurum collegium aſcitus. Vxorem habuit Pollam Argentariam, nobilem eruditione & doctrina. Præter opus Cæſaris & Pompeij, ſcripſit etiam Saturnalia, Siluarũ libros decem, tragœdiam Medeam, de incendio vrbis, de incendio Troiæ cum Priami calamitate. Tres primos Pharſaliæ libros emendauit cum vxore, reliquos emendaturus, ſi per Neronem licuiſſet, cuius mandato venas medico ſecandas præbuit, cùm annos XXX. nondum attigiſſet.

LVCERNA. Vigil, viua, clara, lucida, feruens, præmicans, marceſcens, perita, pinguis, nocturna, ignuoma, noctifuga, matutina, polymyxos.

LVCIFER. Vigil, nitidus, albus, præuius, cythereius, roſeus, rutilans, paphius, roſidus, aureus, ſerenus, cythereus, nuntius auroræ, fulgens, ſocius auroræ, ardens, almus, cupidineus, nitens. *Sidus eſt Veneri ſacrum, auroræ præuium: aliter Heſperus dicitur: & cùm apparet noctu, Veſper.*

LVCILIVS. Lutulentus, Aruncæ alumnus, amarulentus, aruncanus. *Hic primus apud Romanos ſcribere cœpit Satyras, quibus maximè infectatus eſt Rutilium Lupum, Carbonem, Tubulum. Scripſit Satyrarum libros XXXIII. & amplius Metrophanem ſeruum habuit, cuius fidem commendauit ſuis verſibus. Mortuus eſt Neapoli natus annos XLVI.*

LVCRETIA. Bella, caſta. *Lucretia Romanæ caſtitatis præcipuum lumen, fuit filia Tricipitini præfecti vrbis, vxor Collatini, cuius formæ & deſiderio efferbuit S. Tarquinius, &c. De hoc facinore vide T. Liuium & Dionyſium Halicarnaſſæum.*

LVCRETIVS. Sublimis, doctus. *Fuit Lucretius paullo antiquior Terentio, Varrone, & M. Tullio. Per interualla temporum accedebat ad ſcribendum carmen non ſine quodam animi furore. Scripſit libros ſex De rerum natura. Periit natus annos ſupra XL. Euſebius tradit eum tanto furore percitũ fuiſſe, aſſumpto amatorio poculo, vt propria manu ſeſe interfecerit.*

LVCRI-

LVCRINVS. Mollis, baianus. *Lacus est Campaniæ abundans ostreis. Dictus est à lucro, propter multitudinem piscium, qui illic capiebantur.*

LVCRVM. Dulce, auarum, sordidum.

LVCTA. Tænaria, *à Tænaro promontorio Laconiæ, quoniam Lacones deditissimi fuerunt palæstræ.*

LVCTVS. Crudelis, mæstus, turpis, æger amarus, exanimis, tristis, edax, acerbus, atrox, tumidus, sæuus, segnis, miser, ineis, auidus, liuidus, ater, acer, vrgens, horrificus, flebilis, horribilis, informis, querulus, rigidus, fatalis, resonans, alcyonæus, vndans, mærens. *Etc. 4. Tuscul. Luctus, inquit, est ægritudo ex eius qui carus fuerit, interitu accepta.*

LVCVS. Sonans, silens, caligans, frondosus, virens, opacus, viridis, consitus, inciduus, niger, ater, prænubilus, fatidicus, sonorus, altus, arcanus, iners, pallens, vocalis, castus, myrteus, vmbrans, horrens, pomifer, fragosus, obscurus, desertus, sublimis.

LVDIBRIVM. Dirum, asperum, noxium, turpe.

LVDVS. Insolens, iocans, iocosus, solemnis, vigil, mollis lætus, tener, dulcis, celeber, leuis, placidus, lepidus, theatralis.

LVES. Tabida pestifera, dira, atra acerba, inimica, scelerata, sæua, violenta, fœda, miseranda, miseria, vesana, perniciosa, humens funesta impura.

IVMENTI. Lasciui, salaces, calidi, teneri.

LVMBRICI. Terrestres. *Sunt enim vermes terreni à lubricitate dicti.*

LVMEN *&* LVMINA, *pro oculis.* Candida, rosea, flammantia, clara, fulgida, coruscа, candentia, radiantia, flammea, tremula, ignea, flagrantia, volucria, multifida, radiata, stellantia, vaga, grata, glauca, rutila, lactea, prominula, inexpleta, rutilantia, lucida,

lucida, venusta, nitida, radiosa, albentia lyncea, viuida, auriconia, cupida, turgentia, vda, humida, errantia, pæta, pulcra, acuta, vitalia, viuifica, salutaria, alma, liquida.

LVNA. Menstrua, rosida, dictynna,, errans, radians, lucida, cynthia, silēs, semiformis, pura, noctiluca bicornis, vaga, rubens, præmicans, sospitatrix, aurea, niuea, alta candida globosa, ignea, moderatrix noctis, noctiuaga, latonia, turbida, glomerabilis, pernix, rutilans, ventosa, lactea, varia senescens, velox, nitens, nocturna, fulgens intermestris, latois, cornigera, gelida, pernox, frigida, radiosa, pallida, micans, instabilis, argentea, gubernatrix tenebrarum, diuidua, tacita, tenera.

LVNA, *vrbs*. Vetus, etrusca, metallifera.

LVPA. Raua, rapida, martia, spurca, volsa, immanis obscena, trux, olida, inhumana.

LVPANAR. Spurcum, calidum, putidum, turpe, commune, immundum.

LVPATVM. Sanguineum, durum, rigidum, spumans, strictum, arctum.

LVPERCI. Succincti, agiles. *Erant ministri Lupercalium sacrorum ab Euandro institutorum in honorem Panos, in memoriam eius lupæ quæ Remum & Romulum nutriuerat. Nudi autem & currentes lustrabant ciuitatem. Fiebant Lupercalia mense Februario atris diebus expiationis gratia, &c.*

LVPINVS. Madidus, pallens, tepens, feralis, tristis.

LVPVS. Vlulans, raptor, martius, apulus, acer, rapax, procerus cautus, sarcinosus, asper, auidus, infestus, cupidus, montanus, insatiabilis, sæuus, trepidus, agrestis, expugnator, cruentus, infestans, rapidus, degener, inhumanus, mæstus, spumiger, ferus, infrendens, rabidus, tristis, vorax, durus, rabiosus, carniuorus, indomitus, immitis, sanguinolentus, improbus, iciunus, prædo,

prædo ſanguineus, inſidiator, trux, atrox, fameſcens, eluriens, ferociens, nocturnus, martialis, *quòd in tutela ſit Martis.*

LVROR. Buxeus, piceus.

LVSCINIA. Pia, dulciſona.

LVSTRA SILVARVM. Deſerta horrida, horrentia, deuia, opaca, ſilueſtria, pinea, nemoroſa, tenebroſa, inuia, olentia, obſcura, inhoſpita, cœnoſa, ſiluea auia.

LVSTRVM. Elæum, piſæum.

LVSVS. Carens grauitate, innocuus, mollis, tener, placidus, procax, gratus, inanis, blandus, facilis, iocoſus ſuauis feſtus dulcis, feſtiuus iucundus.

LVTETIA. Populoſa docta mater ſtudiorum.

LVTRA. Pilcatrix: *eſt enim animal piſcibus viuens, quos arripit.*

LVTVM. Croceum: *quia herba eſt flammei ſeu crocei coloris* Corycium, *à Corycio antro Ciliciæ vbi naſcitur crocus.*

LVTVM. Paleatum, craſſum, molle, ſaguntinum, prometheum, famium, turpe, madidum, putre, facile, obſcenum, vdum.

LVX. Nitens, penetrabilis, præclara, lucida, ſiderea, candida, purpurea, coruſca, [illegible]rea, tenuis, clara, ignea, ignipotens, rutila, aurea, gemmata, radians, phaëthontis, honora, decora, rutilans, Solis comes, phœbeia, nitida, phœbea, fumidula.

LVXVRIES. Prodiga, efferueſcens, petulans, popinalis, nocitura, fucata, blanda, famoſa, atra, nitens, pathica, miſera.

LVXVS. Iners, furens, nepotalis, populator opum, deſes, mollis, agilis, regius, fluens, deſidioſus, malus, achæmenius, menſarius, putris, regalis, faſtoſus, ſplendidus, nocens, fœdus, femineus, effuſus, ſcenicus, ſegnis, infrenis,

infrenis, exlex, insanus, attalicus, ignauus, cæcus, regificus, dissuasor honesti, turpis, ionicus, perditus, persicus.

LYAEVS. Campanus, ogygius, iocosus, dulcis, corniger, mollis, madidus, comissator, viticomus, formosus, thyrsiger, vndans, pampineus, vetus, mitis, ardens, rabidus.

LYCAEVS. Vmbrosus, gelidus, piniger, parrhasius, angustus, nemorosus, cyparifer, horrens, excelsus. *Mons Arcadiæ sacer Pani, Fauno & Satyris.*



LYCAON. Arcadicus, sæuus, immanis, ferus, dirus. *Rex fuit Arcadiæ hospites enecare solitus, & à Ioue eis easdem parabat insidias, conuersus in lupum.*

LYCES. Flauus. *Fluuius est Armeniæ, defluens per Cappadociam.*

LYCEVM Nitidum. *Fuit Athenis schola Aristotelis, vt Platonis Academia.*

LYCHNVS. Pendens, auratus, ardens, lucens, lucifer, splendens.

LYCOMEDES. Syrius. *rex Scyri insulæ*, pius. *Fuit pater Deidamiæ, quam Achilles in mulierem transformatus grauidam fecit.*

LYCOPHRON. Cothurnatus, ater, obscurus. *Chalcidensis poëta, tragœdiographus. Scripsit Alexandram, poëma valde obscurum, in quo meminit de vaticinus Cassandræ, eorsúsque ab Hercule & rebus Troianis prosequitur vsque ad Alexandrum Macedonem.*

LYCORIS. Pulcra, formosa. *Fuit amasia Cor. Galli poëtæ, Virgilio teste.*

LYCORMAS. Flauus, centaureus.

LYCVRGVS, *legislator* Amyclæus, fortis, legifer, veridicus, therapnæus, lacedæmonius.

LYCVRGVS, *rex Thracum.* Acer, thrax, bipennifer, penthides, inachius, sacrificus, magnanimus, securiger, rigidus,

rigidus, illaudatus, vesanus. *Fuit rex Thracum, Bacchi contemptor. Propterea, vlciscente numine, asciam cruribus suis illisit, dum vellet amputare vites. Hinc* securiger, *&* bipennifer *à poetis dicitur.*

LYDIA. Dines, ferax, viridis, pretiosa.

LYMPHA. Liquida, susurrans, curiens, fugax, loquax, manans, putealis, gelida, fluuialis, pura, cærula, sobria, viua, vitrea, garrula, rigua, perspicua, labens, scatens, vndans, tenuis, irrigua, fontana, piscosa, lacustris, mobilis, dulcis, amœna, somnifera, fecunda, crepitans argentea, leuis, lucens.

LYNCEVS. Proles Aphareia, *quoniam fuit filius Aphareï, tam acuti visus, vt etiam qua sub terra essent, intueretur. Ouidius libro* 8.

LYNX. Maculosa, timida, fugax, effrena, turgida, versicolor, sacra Baccho, scythica *Lynx animal esse dicitur de genere luporum ceruariorum. Est autem vario collo, & maculoso tergore. Eius vrina vertitur in Lyncurium gemmam duritie calculi.*

LYRA. Imbellis, curua, eburna, iocosa, aurata, amonia pindarica, threicia, phœbea, æolia, aonia, inaurata, areonia, pieria, mollis, ouãs, orphea, testudinea, docilis, sonans, bistonia, canora cyllenæa, mercurialis, nectarea tauca, bistonis, querula, aurea, arguta, speciosa apollinea, ianthæa, vocalis, placida, dulcis, dulcicanens, thiacia, arcadica, ebuinea, dulcisona, sonora, clara suauis, blanda, timothea, thebana, garrula, amphionia, aganippæa, melliflua.

DE LITERA M.

MACAREVS. Æolides, peletronius, neritius. *Filius Æoli, qui cum sorore Canace concubuit, ex eaque filium suscepit: qui cùm à nutrice domo efferretur, seipsum*

vagitu

vagitu prodidit. Quare indignatus Æolus, gladium filiæ misit, quo in vltionem tanti sceleris seipsam interficeret: Macareus verò ei fugit.

MACHAEVS. Bellipotens.

MACHINA. Lenta, saxa rotans, stridens, muralis, ærea ænea, noxia, sæua, turrifraga, truculenta, bellica, horrifica, hostilis.



MACIES. Horrida, infelix, fœda, turpis, misera, scabiosa, ægra, informis, ieiuna, decolor, gracilenta, squalida tetra, sterilis, ingloria, attrita, larualis.

MACVLA. Atra, nigra, spurnigera, immunda, turpis.

MAEANDER. Errans, phrygius, vagus, sinuosus, sibi obuius, pinguis. *Fluuius est Phrygiæ seu Maoniæ, adeò flexuosus, & reciprocus, vt in fontem reuerti videatur. Lydiam disterminat à Caria. Est etiam picturæ genus, quod Festus neutro genere Maeandrum declinat, à similitudine Maeandri.*

MAECENAS. Supinus, mollis & iacens; *Iuuen. Satyr. 1.* thuscus, doctus. *Hic Maecenas oriundus à regibus Hetruriæ scripsit Tragœdias & alia varij generis poëmata Gratissimus fuit Octauio & pœtis omnibus. Fuit molli animo, & vestibus solutis, nimiúmque sinuosis & fluentibus, non sine mollitiei suspicione.*

MAENADES. Euanthiæ hederigeræ, enthеæ, furentes, euantes. *Mænades apud Græcos dicuntur mulieres insanientes & Bacchi sacerdotes, à Græco verbo μαίνομαι, id est, insanio. Hæ passis capillis instar furentium celebrabant Bacchanalia.*

MAENALIVS. Pinifer, altus, frondens, vmbrans, horridus, tegetæus. *Mons est Arcadiæ.*

MAEOTIS. Gelida, scythica, pigra, longinquá. *Palus est Scythiæ, prope Phasidis ostium recipiens Tanaim, de qua Dionysius ita refert: Hæc est palus illa quam circum incolunt*

lunt Scythæ, quámque Ponti matrem appellant, ob id maxime, quòd multa inde in eum effluat aqua, distracta potissimum ex Cimmerio Bosphoro, atque ex multis aliunde locis: quæ adeò ex omni parte paludem replet, vt non possit in sua labra contineri.

MAGALE. Gætulum, paruum, obsoletum, durum, rusticum.

MAGI. Chaldæi.

MAGICA, ARS. Feralis, damnosa, illicita, Dardania ars, *Columellæ dicitur à Dardano insigni mago.*

MAGISTER. Barbatus, clamosus, tumidus, garrulus, acerbus, miser, insanus, prouidus, plagosus.

MAGISTRATVS. Vrbanus, insignis, superbus, celebris.

MAGNES. Decolor, niger. *Lapis est ferrum attrahens. Fit inde adiectiuum Magneticus.*

MAHOMETES. Fallax, nefandus, arabs, atrox.

MAIA. Atlantis, sata Pleione, pleias, lucida, coa, formosa, atlantica, atlantæa, atlantias, Horifera. *Filia fuit Atlantis ex Pleione, & Mercury mater ex concubitu Iouis.*

MAIESTAS. Regia, regalis, luculenta, imperiosa, reuerenda, venerabilis, sublimis, celsa, tremenda, viridis, cæsarea, augusta.

MAIVS Herbicomus, amœnus, floridus.

MALA. Rosida, siluatica, granata, rotunda, redolentia, siluestria, fragrantia, suaueolentia.

MALEA. Curua, spumans, rauca, recurrens, truculenta, horrida, spartana, sæua, cœbalia, vndisona, longa. *Promontorium est Laconiæ quinquaginta millibus passuum in mare protensum, iuxta quod fuit olim periculosa nauigatio. Nomen sumsit ab Argiuorum rege Maleo.*

MALITIA. Callida, versutiloqua, versuta.

MALLEVS. Ferreus, grauis.

MALOBATHRVM. Syrium. *Vnguentum est odoriferum,*

riferum, Syriæ regioni peculiare.

MALVA. Florens, leuis, salubris, mollis. *Herba est ventrem emolliens.*

MALVM. Ferale, fatale, triste, portentiferum, sæuum, nefandum, nefastum, venenatum, catenatum.

MALVS NAVIS. Velifer, rigidus, tremulus, teres, vagus.

MAMILLA. Tumida, altrix, tenera, mellita, turgidula, structa.

MAMMÆ. Pamnosæ, niueæ, protuberantes, pendulæ, teretes, molles, irriguæ, formosæ, roseæ.

MANCIPIVM. Abiectum, vile, venale.

MANES. Nigri acerbi, infesti, stygij, imi, fatales, horrendi, mæsti, nigrantes, silentes, nocturni, obscuri, diri, tartarei, profundi, infernj, lethæi, atri, elysij, surdi, tristes, muti.

MANICÆ Capaces. *Sunt extremitates vestis, quibus integuntur manus. Interdum etiam Manicæ dicuntur manuum vincula.*

MANIPLI. Armati, rigidi, truces, fortes. *Manipli, seu Manipulares, dicebantur signiferi, qui imperante Romulo, manipulo herbæ, hastæ alligato, pro signo vtebantur. Ouid.*

MANTILE. Album, canum, nitidum.

MANTO. Sata Tiresia, innuba, phœbea, vittata, præscia, fatidica, ogygia, fatorũ gnara, cadmeia, inclyta, thebana. *Vates fuit Thebana filia Tiresiæ, mater Oeni, qui Mãtuam condidit matris nomine. Alias Ocnus vocatur & Bianor.*

MANTVA. Vetus, præpotens, aquatica, turrigera, vrbs Tiresiæ, Thebana, antiqua, vrbs Bianoris.

MANTVANI. Ocnæi, Minciadæ, *à Mincio fluuio vrbi vicino*, Bianorei.

MANVS. Teneræ, tenellæ, marmoreæ, formosæ, lacteolæ, candentes, tamosæ, furtificæ, albentes, niueæ, mollicel-

rollicellæ, ambroſiæ, auaræ, cauæ, pulcræ, roſeæ.

MAPPA. Cretata, candida, inſtar cretæ.

MARCELLVS. Ferox, loquax.

MARCOR. Turpis, deſes, ſtupidus.

MARE. Sollicitum, rapidum, veliuolum, pronum, humidum, tumidum, neptunium, profundum, reſluum, immenſum, læuum, vaſtum, ſaxoſum, turbidum, naufragum, auidum, obſtrepens, tumultuoſum, ventoſum, auarum, iratum, incertum, effuſum, nauigerum, infidum, incongelabile, reſtagnans, nauifragum, dubium, tremulum, liquidum, latum, cauum, iniquum, vorticoſum, vadoſum, nauigabile, ſalſum, frigidum, tranſlucidum, ſpumeum, fluctiſonũ, influens, aſperum, importuoſum, circumfuſum, refugum, amarum, fluentiſonum, fallax, aſperum, aliſonum, gemmiferum, arduum, ſpumoſum, glaucum, infeſtum, turbatum, lucidum, mortuum, cæruleum, inquietum, procelloſum, cæcum, horriſonum, vndiuomum, arenoſum, vndiſonum, commotum, truculentum, æſtuoſum, fluctuoſum, vndoſum, gelidum, exaſperatum, inſanum, venuſonum, fluctiuomum, vndiſluum, ſonorum, refuſum, vndifragum, fluctiuagũm, veſanum, virens, vndabundum, alua Neptunia.

MAREOTIS. Fuſca. *Mart. lib. 1. Palus eſt Ægypti.*

MARGARITA. Indica, tubacca, cara, fulgẽs. *Margaritæ aliter vocantur Vniones, quòd nulli duo indiſcreti reperiantur.*

MARGO. Spumans, frondoſus, lapidoſus, fruticoſus, viridis.

MARICA. Vmbroſa, flaua, laurens. *Fuit quædam nympha, vxor Fauni, dea Minturnenſium, iuxta Lyrim fluuium.*

MARISCA. Fatua, pinguis, tumida, carens ſapore. *Eſt enim ficus dulcis ſaporis potius, quàm grati. Sed Iuuen. Satyr. 2. accepit pro morbo, qui ſolet in innaſci, qui muliebria patiũtur.*

MARIVS.

MARIVS. Ferox, trux, triſtis, acer, barbaricus, exul. *C. Marius minimus Lucij Syllæ vrbe potitus poſt exilium, ad eadem principũ animum conuemt. Octauij conſulis caput expoſuit pro roſtris. Antonij item caput menſis appoſuit. Cæſarem & Fimbriam in penatibus domorum ſuarum trucidauit, &c.*

MARMOR. Læue, Parium, candens, porphyreticum, mygdonium, purum, liguſticum, numidicum, hymettium, dalmaticum, nobile, pictum, ſurdum, operoſum, gemmeum, læuigatũ, durum, gelidum, idæum, phidiacum, œbalium, ſpartanum, coruſcum, caryſtium, Phrygium, ſuperbum, frigens, ſterile, rigidum, algens. Infidum, ſpumoſum, muſcoſum, cærulum, *pro Mari.*

MARO. Cothurnatus, ſacer, nitidus, facundus, immenſus, altiſonus, andinus, fatidicus, martius, magnus, doctus, grandiloquus, grandiſonus, ſonorus, altiloquus, caſtalius, mincigena.

MARS. Durus, impius, ſæuus, quirinus, inſanus, cæcus, armipotens, bellator, bellipotens, cruentus, dubius, amarus, vagus, funeſtus, nefandus, toruus, rigidus, ferox, impauidus, bellicus, ferus, ſanguineus, terribilis, infauſtus, ambiguus, incertus, armiger, deploratus, triſtis, egregius, infandus, anceps, velox, odryſius, inclytus, geticus, belliger, laſciuus, ſeuerus, turbidus, lucifer, inteſtus, bellifer, violentus, aſper, generoſus, ſythonius, threicius, enſifer, biſtonius, efferus, crudus, homicida, indomitus, horrendus, truculentus, armiſonus, iniuſtus, improbus, tabidus, ferreus, potens, acer, hoſtilis, atrox, armiſonans, flumineus, ſuperbus, horridus, iniquus, vetanus, ſatui nigena, furens, horrificus, fremens, implacabilis, immanis, inhumanus, immitis, magnanimus, ſtrymonius feruens, fortis, audax, rapax. Saliſubſulus, *Catullo & Pacuuio. Martem poeta faciunt*

Iouis

Iouis & Iunonis filium, natum apud Thraces (quòd ea gens sit bellicosa) deum belli & armorum, Remi & Romuli patrem, fratrem Bellonæ, in adulterio cum Venere deprehensum, catenis ligatum à Vulcano, cinctum Metu, Discordia, Ira, & Furore ministru.

MARSYAS. Velox, improuidus, phrygius, Celenæus. *Fuit tibicen Phryx natione, ex Celenis oppido Phrygiæ, qui tibiis à Minerua inuentis, ausus est Apollinem ad certamen prouocare, a quo victus & excoriatus est, & postremò commutatus in fluuium eiusdem nominis. Marsyæ pater fuit Hiagnis, Appuleio teste.*

MARTIALIS. Mordax, Bilbilicus, *à Bilbili Celtiberiæ ciuitate, patria poëtæ. Fuit M. Val. Martialis genere Hispanus, ex Bilbili oppido Celtiberiæ. Romam puer profectus, omnem insumsit operam in scribendis epigrammatibus. Acri fuit ingenio, habuitque in scribendo plurimum salis & fellis, nec minus candoris. Ælius Verus Imperator vocabat eum suum Virgilium. Donatus est equestri dignitate & prætura. Scripsit libros duodecim Epigrammatum, quibus adiecit Xenia & Apophoreta. Eius adhuc viuentis imaginem Stertinius posuit in bibliotheca. Mortuus est tandem in natali solo.*

MARTYRIVM. Flebile, salutiferum, cruentum, rubens.

MASSA. Dura, plumbea, ferrea, grauis.

MASSAGETAE. Audaces, incursaces, truces. *Populi Scythiæ, qui per deserta discurrunt, & equorum suorum sanguinem cum lacte bibunt. Senio confectos in frusta consecant, morbo pereuntes feris obiiciunt in prædam. Solem præcipuè venerantur, cui equum immolant: reliquos deos habent neglectus. Singulis sua sunt coniugia, sed & cum alienis congressus, non tamen clandestini, &c.*

MASSICVS. Vuifer: *quoniam mons est Campaniæ ferasissimus optimi vini.* Vetus, felix.

MASSILIA. Graia: *quoniam Phocenſes Græciæ populi Maſſiliam vrbem condiderunt. Vnde & Maſſilienſes ipſi vocantur Phocaici.*

MASSILIENSES. Duri, Phocaici, Graij.

MASSYLIA. Decolor. *Regio eſt Libyæ.*

MATHESIS. Ingeniola.

MATINVS. Calidus. *Mons eſt Apuliæ.*

MATRONA. Glaucus. *Matrona, fluuius Galliæ, oritur in finibus Lingonum, & Celtas à Belgis diuidit. Penultimam habet correptam.*

MAVORS. Sanguineus, inſanus, armipotens, ſæuus, rapidus, indomitus, furibundus, bellicus, rutilus, bellipotens, homicida, marſpiter, impius, fremens, cupidus cruoris, belliger, ferox, rigidus, acerbus, ferus, thracius, audax, furens, ferreus, durus, ater, geticus, crudus, concitus, flammigerans.

MAVRI. Leues, occidui, concolores Indis, Libyci, nigri, terrifici, aduſti, atroces, incocti, refugi, truces, betigenæ, celeres.

MEATVS. Rapidus, celer.

MEDEA. Barbara, impudica, ferox, æetias, colchis, phaſias, callida, impia, venefica, adultera, phaſis, torua, fera, æetis, turbida, noxia, infeſta, dira, effrena, nefanda, furibunda, docta, profuga, cruenta, furiata, maga, ſagax, iniqua, laga, lequax, læua, ſceleriata. *Filia fuit Æetæ regis Colchorum, & Hypſeæ, vel Idiæ, vt placet Heſiodoro, quæ Iaſonem Colchos profectum, hoſpitio ſuſcepit, mutuatque vt ſopito dracone vellus aureum raperet. quo facto, cum ipſo furtim aufugit, diſcerpto prius Absyrto fratre, & in minutiſſimas partes membratim confecto, vt patrem Æetem in colligendis oſſibus filij remoraretur. Relicta demum ab ipſo Iaſone, filios ex eodem ſuſceptos interfecit. Multarum herbarum vires & radicum inuenit, clarumque veneficæ, &c.*

MEDI-

MEDELA. Salubris salutifera, salutaris.

MEDI. Pharetrati, baccati, pugnaces. *Medi populis orientalibus experimenta corporis sunt tiara, cittaris, pileus, manicata tunicæ, anaxyrides & stola. Clarent equitandi sollertia, sagittas docte excutiunt, reges adorant: regum est uxores multas sibi quærere, mulieribus decorum viros habuisse complures: paucitas deformat, & infelicitatis genus putatur, si quaternarium non excesserunt.*

MEDIA. Ferax, barbara.

MEDICAMEN. Validum, artifex, salutiferum, optatum, ponticum, doctum, opiferum.

MEDICINA. Salutaris, apollinea.

MEDICVS. Fidus, fidelis.

MEDIOCRITAS. Aurea, diuina.

MEDIOLANVM. *Claud.* Mœnia Gallis Condita lanigeris, ouis ostentantia pellem.

MEDVLLA. Tenuis, tenera, dulcis, mollis, intima, calens, interna, tecta.

MEDVSA. Saxifica, phorcynis, stillans, horrenda, gorgon, inuisa, sæua, gorgonea, anguitenens, phorcys. *Gorgones filiæ fuerunt Phorci, quarum vnam, Meduſam scilicet, cum Neptunus stuprasset in templo Palladis, indignata Pallas capillos eius mutauit in colubros, fecitque eos lapidescere, & in scopulos verti, à quibus conspiceretur: Perseus demum Iouis & Danaes filius, acceptis à Mercurio talaribus, & ense falcato, dormienti Medusæ caput abstulit, quod Pallas imposuit suo clypeo. Ex Medusæ sanguine natus est Pegasus equus alatus, qui vocatur Gorgoneus.*

MEGAERA. Tartarea, torua, atra, rapida, improba, ferox, scelerata, sæua, tetrica, virulenta, dira, venenosa, viperea, crinita, odiosa, inferna, facibus armata. *Vna est ex Furiis, quas poëtæ Acherontis & Noctis filias faciunt.*

MEL. Rosidum, aëreum, tenax, dulce, spumans,

fragrans, liquens, siculum, liquidum, atticum, purum, hymettium, musæum, ætnæum, montanum, flauum, redolens, splendidum, aureum, humens, gnosium, prædulce, mopsopium, hyblæum, cecropium, flauens, arundineum, cereum, pingue, floreum, nectareum, lesboum, arabum, lepidum, liquidum nectar. *Hybla imprimis & Hymettius Attica habent mel laudatissimum. Strabo autem in India arundines sine apū auxilio mel ferre suauissimum.*

MELAMPVS. Amythaonius, *id est, filius Amythaonis. Fuit medicus qui filias (vt aiunt) Argiuorum regis purgauit ab insania.*

MELAS. Palladius, *quoniam fluuius est Boetiæ, Minervæ sacer.* Mygdonius, *quoniam fluuius est Phrygiæ, quæ vocatur Mygdonia. Oritur Melas, inquit Sabellicus, sub Orchomenorum vrbe, vnus omnium fluuiorum Græciæ ab ipso fonte nauigabilis, atque circa solstitium æstiuum, vt Nilus, stata accipiens incrementa, nec longius excurrit, sed in lacus & cuniculos delapsus, modica sui parte Cephiso infunditur.*

MELEAGER. Calydonius, œnides, mauortius, thestiades, Calydone satus, ferus, flauus, ferox. *Filius fuit Oenei regis Ætoliæ, qui vnà cum Atalanta venatrice puella, quam adamabat, vastissimum aprum confecit, interfecit etiam duos auunculos. Quod ægrè ferēs Althæa soror occisorum, & ipsius Meleagri mater, combussit stipitem fatidicum: quo combusto, Parcis volentibus, perire debebat ille Meleager. Arsit itaque, vt visum fuerat fatis, vbi stipes ille fuit absumptus.*

MELICERTA. Inous, *ab Ino matre. Filius fuit Athamātis, cuius furentis metu, vnà cū Ino matre se submersit.*

MELOS. Pegaseium, omnisonum, pindaricum, lepidum, suaue, atticū, castalium, palladium, entheum, serenum, dulciflouum, gratum, liquidum, dulcisonum, mysticum, dulce, canorum, placidum, bellerophonteum, smyrnæum, celebre, cinnameum, nectareum.

MEMBRA.

MEMBRA. Moribunda, argentea, candida, delicatula, decora, tenella, carnea, torosa, calentia, languida, caduca, lactea, vitalia, morbida, præuiridantia.

MEMBRANA. Tenuis, transluicida, bicolor, fragilis, læuis, præmollis.

MEMNON. Niger, Auroræ filius, eous, coloratus, nocticolor, æthiops. *Filius fuit Tithoni & Aurorae, qui cum venisset ad ferendas Troianis in Graecos suppetias, interfectus est ab Achille.*

MEMPHIS. Ægyptia, vana barbara dis dædala, babylonia fatidicâ, nilotica torrida, pia, turrita, secreta. *Urbs Ægypti, sita iuxta Nilum.*

MENANDER. Iucundus, facundus, amabilis, doctus, blãdus. *Athenienſis fuit comœdiographus, qui flagrauit amore multerum. Scripsit fabulas* LXXXVIII. *& epistolam vnam ad Ptolemæum regẽ. Porrò tanto fuit in pretio, vt statuatus sit à Regibus Ægypti, oblatus magnis donatibus & diuitiis.*

MENDACIVM. Vanum, prodigiosum, fallens, turpe, subdolum, callidum, facundum, impudens.

MENELAVS. Atrides, doricus, mycenæus *Filius Atrei, frater Agamemnonis, maritus Helenæ, rex Spartæ.*

MENS. Multiuaga, cupida, alta, diuina, cæca futuri, ignea, impigra, sacra, arrecta sana.

MENSA. Laura, acerna, teres, pinguis, auara, gemmifera, gemmata, ornata, ebria, mauruſiaca, picta, saginea, superba, opulenta, dàpalis, hilaris, nitida, dulcis, mollis, effusa, secura, fecunda, instructa, celebris, saliaris, citrea, glisceta, plena, regalis, diues, opima, nitens, aprica loco.

MENSIS. Pronus, leuis, morbidus, hinigena.

MENTAGRA. Variata. *Morbus est faciei, diffusa à mentagra quo diritur. Occupat interdum collum, & totos vultus, oculis tantum vacuis.*

MENTHA. Virens, olens, torta, siluestris, destupratrix, salax, *eò quòd Venerem excitet quidem, sed genitalem semini vim adimat. Martialis manuscr.* Et destupratrix mentha, sed herba salax. *pro qua Vulgati codices habent,* Nec deest ructatrix: *quæ illi facultas a nomine tribuitur. Herba autem est odoru gratissimi, in quam, vt fabulantur poëtæ, mutata est Mynthe nympha à Proserpina, propter mutuam Veneris consuetudinem, quam habebat cum Plutone.*

MENTVLA. Rigida, arrecta, strenua, longa, generosa, spumans, torans, obscæna, recutita, triumphans, mollis, pendula, flaccida, infamis.

MENTVM. Tornatile, saxosum.

MEPHITIS. Sæua, tristis, putida, olida, graueolens, sulfurea, micta, sordens, grauis.

MERCATOR. Vagus, impiger, auarus.

MERCES. Venales, vendibiles, fugaces, peregrinæ, eoæ.

MERCVRIVS. Maia genitus, Cyllenia proles, teutates, cyllenius, auctor citharæ, facundus, vocalis, arcadius, atlantiades, deus Arcadiæ, caducifer, nepos Atlãtis, alipes, Maia creatus, Pleiade natus, impiger, volucer, Tegees alũnus, mænalius, aliger, tegeaticus, arcas, galeritus, tegeæus, maiugena, cyllenides, filius Maiæ, pinniger, sollers, argicida, lucrificus, ferox, vafer, vagus, decorus, talariger, altisonans, furax, callidus, atlantius, venator opum, magister furũ, trigrandis, memphititus, hermes. *Mercurius filius fuit Iouis & Maiæ filiæ Atlantis. Fingitur deorum nuntius & interpres. Hal et in pedibus talaria, galerum in capite, in manu virgam, qua, Virgilio teste, alias animarum orco euocat, alias mittit in tartara, concitat ventos, trãnat nubila.*

MERETRIX. Periura, arguta, mercabilis, summœniana, diobolaris, sellularia, famosa, obscœna, sordida, salax,

salax, effiena, expositicia, lasciua, perfida, blitea, adultera, spurca, prostans, nonaria, auara, alicaria, recellielunia, poscinummia.

MERGI. Celeres, aprici, marini, piscantes, edaces, turpes, incolæ aquæ. *Mergus auicula nidificat in arbore, veris initio, apum more tempestatem prauidens, reuolat ex aquore, & ad litus contendit cum clamore.*

MEROE. Niliaca, cephea. *Est Ægypti insula, à Cambysis matre nomen sortita, quam Strabo caput Æthiopici regni vocat.*

MERVM. Feruidum, liquidum, purpureum, campanum, fluidum, dulce, nardinum, molle, feruens, annosum, methymnæum..

MESPILA. Barbata, mollia, matura.

MESSIS. Triticea, spicea, opima, frugifera, vber, afra, crepans, odorata, frugipara, vegrandis, libyca, beata, cana, pinguis, fertilis, grauida, odorifera, punica.

MESSOR. Durus, perustus, fessus.

METALLVM. Rutilum, graium, viride, fuluum, flauum, ramosum, anaglypticum, vernosum, ponderosum, durum, croceum, dalmaticum, sparranum, fulgens, hyperboreum, temesæum, calaicum.

METAVRVS. Vagus, velox. *Fluuius Vmbriæ in Flaminiam decurrens, iuxta quem Claudius Nero consul cum Salinatore Asdrubalem interfecit.*

METELLI. Fortes, generosi, nobiles.

METHYMNA. Ferax, Lesbia. *Vrbs est Lesbi, ferax optimi vini. Horat. lib. 2. Serm.*

METHONE. Parua. *Vrbs litoralis in Peloponneso.*

METRA. Erisichthone nata, versiformis, driopeis. *Filia Dryopes. Aiunt hãc fuisse puellam in varias figũras transformari solitam. Hinc adagium natum, Mutabilior Metra Erisichthonis.*

METRETA. Hiſpana. *Nomen eſt menſuræ.*

METVS. Acer, amens, degener, ſegnis, lymphatus, pauidus, trepidus, ſolicitus, gelidus, vigil, parens odij, exſanguis, glacians, anceps, niger, humilis, languens, malus, ſæuus, horribilis, frigidus, ignauus, pendens, turpis, femineus, triſtis, ſtupidus, aſper, feruidus, dubius, rapidus, horrificus, terribilis, pauens, conſcius, tacitus, frigens, ambiguus, pallens, vigil, cæcus.

MEVANIA. Nebuloſa, taurifera. *Oppidum Vmbriæ, Clitumno fluuio propinquum, ferax taurorum & armentorum.*

MEZENTIVS. Tyrrhenus, ferox, ſacrilegus, dirus. *Fuit hic tyrannus apud Tyrrhenos tantæ feritatis, vt viuorum corpora ſanioſis & tabidis cadaueribus alligaret, eóque ſupplicij genere ſubditos enecaret.*

MIDAS. Berecyntius, diues, mygdonius, auritus, miſer, cupidus, marmoreus, magnificus, phrygius. *Midas rex fuit Phrygiæ, cui propter Bacchum hoſpitio ſuſceptum conceſſum eſt, vt quidquid vellet, optaret, futurus voti compos. Optauit autem vt quidquid corpore contigiſſet, in aurum verteretur. Quod factum eſt propter immenſas eius diuitias, quæ prouerbio locum fecerunt.*

MILES. Impius, ſceleratus, indomitus, ſtrenuus, maniplaris, martius, generoſus, fortis, durus, gradiuicola, vagus, pharetratus, rabidus, robuſtus, ſuperbus, profugus, legionarius, ſæuus, dirus, acer, auarus, acerbus, gregarius, claſſiarius, tumultuarius, mercenarius, auidus, ferox, cruentus, profanus, ſanguineus, intrepidus, ferus, impiger, crudelis, præpotens, validus, furens, rigidus, furioſus, ſcutatus, furibundus, rapax, cæſariatus, furax, braccatus.

MILITIA. Acris, ſæua, tumultuaria, trux.

MILO. Crotonienſis, calaber, fortis. *Fuit hic Milo tantæ fortitudinis, vt in Olympia bouem retento anhelitu per*

ſtadium

stadium portauerit, quem ictus pugni interfecit, & uno die integrum deuorauit. Malum tenenti nemo digitus poterat exterquere: dum constitisset, nemo vestigio educere. Cùm autem nimiâ neruorum fiducia arborem vellet diducere, brachiis hinc inde constrictu, & deficiente reconatu retentus, lupis fuit præda.

MILVVS. Auidus, raptor, rapax. *Milum auium rapacissimus: sectatur etiam cadauera. Mas in hoc genere (vt Ælianus putat) non inuenitur. Femina Austro aut Euro sese pandens concipit, & pullos parit. Insidiatur pullis gallinaceis & anserinis: molliter volat, latet hibernis mensibus, non tamen ante discessum hirundinum. Solstitiis afficitur podagrâ. Flagrat odio coruorum & vulpium. Eius cinis efficacissimum est ad unctiones omnium vitiorum.*

MIMALION. Pulcer. *Hic Mimalion adamauit Atalantam puellam venatricem, cum qua vastissimum aprum in Ætolia confecit. Alio nomine dicitur Meleager.*

MIMAS. Sæuus, ferox, validus. *Nomen est Gigantis à Ioue fulminati.*

MIMI. Proterui, molles, leues, insulsi lasciui. *Mimi dicuntur poëmata sine reuerentia lasciuiam imitantia. Capiuntur etiam pro ipsis effectoribus, qui dicta, facta, mores, & naturas hominum imitantur.*

MINAE. Tumidæ, rigidæ, sæuæ, truces, tristes, rapaces, diræ, intortæ, hostiles rabidæ, impiæ, horrendæ, graues, superbæ, terribiles, terrificæ, prædiræ, improbæ, turgidæ, spurcæ, feroces, insanæ.

MINCIVS. Flexuosus, tardus, piger, pulcer, quietus, viridis. *Flumen est Venetiarum, qui ex Benaco scaturiens delabitur Mantuam.*

MINERVA Inuentrix oleæ, casta, innupta, armipotens, troiana, cecropia, operosa, prœliaris, flaua, bellica, dia, bellatrix, phrygia, armifera armigera, ingeniosa, pugnax, tritonis, bitonia, laomedontea, dorica, tyrrhena,

thena, vnigena, palatina, belligera, tetrica, ferox, ægisona, aurata, actæa, dædalea, nitida, aonia, altiloqua, latia, facunda, cruda, culta, lanifica, prouida, ætherea, truculenta, artidoca, athenæa, oliuifera, grata, dulcis, docta, nata Ioue, budæa, ithonia, fais, cerebrigena.

MINISTER. Succinctus, sedulus, celer, lautus, alacer, cernuus, promptus, expeditus.

MINISTERIVM. Sedulum, seruile, vile.

MINIVM. Rubens, Iberum, *quia minio pigmento abundat Minius Iberia fluuius. Sisapo locus Hispaniæ, optimum quoque habet minium. Reperitur & apud Colchos in rupe quadam maceſſa: optimum verò ſupra Epheſum.*



MINOS. Gortynius, europæus, dictæus, gnoſiacus, legifer, agenoreus, niger, iuridicus, gnoſius, rigidus, toruus, funereus, cretenſis, iuſtus, cydoniacus, magnanimus, quæſitor, arbiter orci; iniuſtus, *id eſt*, crudelis. *Minos filius fuit Iouis & Europæ, pater Androgei & Ariadnes, rex Cretenſium, qui propter extremam ſeueritatem, quam viuens exercuit poſt mortem iudex inferorum factus eſt à poëtis. Vxorem habuit Paſiphaën, quæ cùm inuento Dædali concubuiſſet tauro, quem adamauerat, indignatus, fugientem Dædalum in Siciliam uſque proſecutus eſt, ibique à Cocalo eius loci rege, quem Dædalus ipſe multis obſequiis ſibi demeruerat, per proditionem captus, & in thermis ſuffocatus eſt. Ouid. in Ibin.*

MINOTAVRVS. Semibos, ſemiuir, ſemifer, gnoſius, biformis, creſſius, labyrinthæus, ſæuus, indomitus, informis. *Fuit monſtrũ partim habẽs hominis, partim tauri formam; natũ ex Paſiphaë, quæ tauro ſe commiſcuerat. hoc Minos incluſit labyrintho, & cũ veſceretur carnibus humanis, coëgit Athenienſes, qui Androgeũ filium ſuum interfecerant, quotannis ſeptem filios, ac totidem filias in Cretã mittere ad alendũ monſtrum. Quò demùm cùm veniſſet Theſeus filius Ægei regis Athenarũ beneficio Ariadnes Minotaurum occidit, & egreſſus eſt labyrintho.*

MINVÆ.

MINTVRNAE. Paluſtres. *Oppidum Campaniæ, ſeptem paludibus, in quibus delituit Marius metu Sylla victoris.*

MINVTAL. Vatium.

MINYAE. Fortes, magnanimi. *Populi Theſſaliæ, qui cum Argonautis nauigauerunt Colchos ad rapiendum vellus aureum.*

MISENVS. Æolides, *Æoli filius, aut ornundus ab Æolo. Tubicen Hectoris, ſubmerſus à Tritone, quòd ad certamen tubæ deos marinos irritaſſet.*

MISERIA. Ærumnoſa, deflenda, grauis.

MISSILE. Tremulum, volucre tinctile.

MITHRADATES. Indomitus, pontieus, rex Ponti, tertius, inuictus, magnanimus. *Mithridates rex Ponti, bellum cum Romanis varia victoria geſſit annis* LVI. *Aſiam occupauit; Q. Oppeium proconſulem, & Aquileium legatos in vincula conieeit Rhodum oppugnauit Athenas per Archelaum præfectum occupauit Deinde à Luculio apud Cyzicum ſuperatus, confugit ad Tigranem regem Armeniæ.*

MITISCA. Oliuifera. *Oppidum eſt non procul ab urbe Roma, aliter Trebula dictum.*

MITRA. Mæonia, picta, teres, tyria, textilis, ſidonia lydia, aurata, biuertex. *Ornamentum erat capitis frequens in vſu apud Lydos, Ægyptios, Syrios & Phrygios.*

MITYLENE. Pulcra. *Vrbs eſt in Lesbo prope Methymnam, dicta à Mitylene Macharis filia.*

MNEMOSYNE. Mitis, memor. *Mater eſt Muſarum, interpretatúrque memoria.*

MODESTIA. Præclara, inſignis, diuina, humilis.

MODVLAMEN. Doctum, ſonorum, dulce, canorum, ſymphoniacum, querulum, ſuaue.

MODVLATIO. Lenis, dulcis, deliniens aures.

MODVLI. Mellei, dulces, mulcentes, blandientes, canori, compoſiti, blandi, dulciſoni, ſuaues, organici, concordes, pindarici, pierij, altiſoni, mænalij.

MOECHA.

MOECHA. Famosa, fastosa, putida, zelotypa.

MOENIA. Turrita, vallata, ardua, lapidea, coctilia, spatiosa, sublimia, fortia, alta, turrigera.

MOEROR. Grauis, pastus fletu, edax, acerbus, malus, sollicitus, tristis, molestus, grauis.

MOESTITIA. Pauida, acerba, tremula.

MOLA. Trusatilis, scabra, punicea, versatilis, rustica, pistrinaria, machinaria, sancta.

MOLARES. Asperi, stridentes, sulfurei, vasti, grandes, sonori, immanes.

MOLES. Oneros, saxea, operosa, ardua.

MOLLITIES. Iners, eneruis, eblandita, decens, pigra.

MOLORCHVS. Cleonæus, *id est*, Arcadicus, *à Cleonis oppido Arcadiæ. Fuit enim pastor eius loci, qui Herculem hospitio suscepit, rogauitque vt leonem vastissimum ibidem interficeret.* Pauper.

MOLOSSVS. Acer, leuis, insanus, latrator, mordax, trux, armillatus, fortis, latrans, egregius.

MOMENTVM. Rapidum, leue, instabile.

MOMVS. Ater, inuidus, detractor.

MONEDVLA. Lasciua, furax. *Auis est auri & argenti furacissima. Vnde, vt quorundam fert opinio, nomen trahit à moneta, quam surripit. Condit semina in thesauros cauernarum.*

MONILE. Baccatum, gemmosum, auratum, gemmatum, fuluum, indum, pulcrum, contextum gemmis, fulgens, candidum, decorum, pretiosum, aureum, lucidum, diues, stellatum, gemmis interstinctum.

MONS. Altus, intonsus, aereus, saxosus, excelsus, opacus, frondosus, horridus, inculcus, sublimis, asper, nemorosus herbidus, cliuosus, arduus, cauus, lauricomus, horridus, vmbrosus, siluosus, lapidosus, gelidus, opertus arboribus, rigidus, tumidus, frigidus, nimbosus,

fus, procerus, adesus, æthereus, niuosus, nubifer, vmbrifer, saxeus, terrosus, præruptus, dcuexus, durus, inaccessus, nudus, excsus, viridis, scopulosus, altisonus, supinus, auius, confragosus, elatus, obscurus, prominens, nebulosus, dumosus, tetricus, apricus, ferax, albicomus, falcatus, cauernosus, herbosus, pruinosus, abruptus, anhelus.

MONSTRVM. Immane, informe, fatale, exitiale, lamentabile, execrabile, rabidum, efferum, infame, trux, ferum, palans, gorgoneum, minax, terrificum, horrificum, furiale, capnosum, dirum, horrendum, crudum, pestiferum, ferale, implacabile, turpe, damnabile, impium, horribile, grande, membrosum, deforme, formidabile, horriferum, illætabile, mirabile.

MORA. Segnis, tarda, annosa, longa, lenta, ignaua, turpis, iners, deles, cunctatrix, procrastinatrix.

MORA *fructus*. Sanguinea, cruenta, nigra, pendentia, nigrantia, caduca, amica palato.

MORBVS. Tristis, pallens, fluens, cæcus, pestifer, lethifer, acutus, lethi fabricator, auidus, sæuiens, tenax, exsanguis, morosus, fœdus, malus, grassans, pernicios us, indecens, crudelis, impatiens, stridens, grauis, fletifer, corporeus, obscenus, periculosus, insanabilis, tremens, furens, latens, lethalis, trux, infandus, pernicialis, violentus, sitiens, pestilens, acerbus, fluidus, tabificus, amarus, atrox, ater, dirus, querulus, immedicabilis, fatalis, acer, malignus, turpis, teter.

MORINI. Extremi. *Populi sunt in finibus Galliæ occidentem versus.*

MORPHEVS. Simulator, fictor, leuis, formipotens, pictus. *Morpheus, vt fingunt poetæ, minister est somni: qui iussu domini, quæcunque vultus hominum fingit, verba ipsa, vestitum & gestus imitatur.*

MOR-

MORS. Frigida, rigida, acerba, nigra, crudelis, fæua, certa, violenta, Stygia, dura, exanimis, cruenta, luctifica, effrena, vltrix, indomita, squalida, sinistra, turbidula, misera, profana, pallida, gelida, leuis, famosa, immatura, turpis, inopinata, properata, importuna, aspera, cruda, ignaua, communis, subita, mæsta, inexpleta, fera, amara, immitis, rapax, dira, fecunda, damnosa, inuida, nefaria, miserabilis, indiuidua corpori, æqua, abominanda, tristis, inferna, horrida, inopina, improba, improuida, tenebris operta, surda, truculenta, auida, properans, sanguinolenta, gemebunda, profunda, informis, intempestiua, impia, terribilis, feralis, iniqua, funesta, ferox, acris, tremula, seuera, minax, liuida, rapida, atrox, horrifica, falcata, occulta, terrifica, infesta, auara, insperata, cita, pallens, horrenda, horribilis, frigens, ferrea, armata, præsens, ineuitabilis, ineluctabilis, ægra, lurida, iusta, dormitio inuigilabilis, definita omnibus, communis omni ætati, nec opina. *Mors natura, est recessus animæ à corpore, inquit Lactantius. Secundus philosophus interrogatus ab Hadriano Imperatore, quid esset Mors, respondit,* æternus somnus, dissolutio corporum, diuitum pauor, pauperum desiderium, ineuitabilis euentus, incerta peregrinatio, latro hominis, somni pater, fuga vitæ, viuorum discessio, resolutio omnium. *Hanc poëtæ filiam Noctu & Erebi dicunt, quòd quasi emergens tenebru ictu ferat improuiso. Eãque faciunt quandoque violentam, quandoque naturalem. Violenta est, quæ vel ferro vel igni, aut quouis tormenti genere infertur ante præscriptum naturæ. Naturalis, qua non corpus ab anima relictum, sed anima à corpore dimissa est, exhausto iam membru humore, deficientibúsque elementis. Mortem quæ senio confectos absumit, veteres maturam dixerunt: quæ iuuenes rapit, immaturam: quæ pueros, acerbam. Fatalem alij addũt, quæ iuuenibus & senibus, & cuiusque ætatu*

hominis-

hominibus citra ſuum tempus occurris.

MORSVS. Validus, venenatus, ferus, auidus, ſpumoſus, aſper, edax, acerbus, tenax, rapidus, liuidus, veneficus, rigidus, rapax, ſacer, auarus, immanis, amarus, hians.

MORTALES. Miſeri, caduci, ægri, vagi.

MORTALITAS. Fragilis, laborioſa, infirma.

MORVS. Sapiens. *Morus arborum vltima floret, ſecura iam frigoru. Vnde ſapiens vocatur. Fructus eius vocantur mora, quæ cum prius alba eſſent, cruore Thisbes & Pyrami rubra facta ſunt. Fructibus ſuccus in carne vinoſus, trini colores, candidus primò, mox rubens, maturus niger. Tingunt manus ſuccо, maturi ruunt, acerbi minimè. Serenda eſt arbor ab idibus Februarij in æquinoctium. Montes amat, tardiſſimè ſeneſcit, fructibus minimè laborans.*

MOSELLA. Largus, latus, placidus, magnus, glaucus, parens frugum, corniger. *Fluuius Auſonio multum celebratus.*

MOSES. Radiatus, legifer, typicus, clarus, ſignifer, ſacer, fatidicus, corniger, blæſus, deiloquus, legiſlator, eximius, ſapiens, gratus deo.

MOTVS. Auctificus, ſenſifer, tremulus, vitalis, lubricus, ifrequietus, inquietus, leuis, concitatus.

MVCRO. Strictus, ferreus, mortalis, aſper, acutus, anceps infeſtus, maruus, turbinatus, fulgens, ferus, breuis, tener, furens, cruentus, diſtrictus, corneus, retuſus, tetricus, durus, rutulus, fulgidus, ardens, nitidus, minax, aura us, lethalis, terrificus, ſæuus, lethifer.

MVGITVS. Terrificus, luctiſonus, fumificus, dirus, raucus ferox, reſultans, querulus, horrendus, minax hians, denſus.

MVIA. Lutulenta, celer, biformis, hiſpana, ſtrigoſa, vaga, munda, carrucaria.

MVLCIBER. Flammeus, igneus, fulminoſus.

MVLCTRA.

MVLCTRA. Olida, ſpumãs. *Vas eſt in quo mulgetur.*

MVLIER. Doloſa, nequam, fallacioſa, procax, delicata, callida, perpruriſcẽs, formoſa, ſceleſta, ſpecioſa, multiuola, mala, ſalax, multiloqua, mollis.

MVLITIA. Humida. *Iuuenalis Satyr. 11. Veſtes erant tenues & lucidæ, & delicatu aptiſſimæ. Fiebant ſerico. Dicebantur autem Multitia, quòd ſuauitate ſua mulcerent.*

MVLVS. Clitellarius, infatigabilis, patiẽs laborum.

MVNDA. Funeſta. *Vrbs Hiſpaniæ, apud quam Cæſar liberos Pompeij affecit tanta clade, vt ex congeſtu cadaueribus aggerem circum vrbem ficerit, quæ pilu iaculiſque confixa continebatur. Fit inde adiectiuum Mundenſis, quo vtitur Suetonius.*

MVNDVS. Patulus, capax, falſus, fluidus, fallax, patens, omnipatẽs, labilis, ſtultus, incautus, pueraſcens, rotatilis, decipiens, ſpatioſus.

MVNIFICENTIA. Vber, regia, heroïca, inuidioſa.

MVMIMEN. Validum, firmum.

MVNVS. Opulentum, pretioſum, diues.

MVRAENA. Tarteſſia, *à Tarteſſo oppido Hiſpaniæ.* Delicata. *Martialis lib. 10. Piſcis eſt longitudine anguillæ, pariens quacunque tempore. Eius oua citiſſimè vreſcunt. Vocantur à Latinis fluctæ, quòd in ſuperficie aquarũ fluant & ſupernatent. Cum in ſummis aquis apricantur, ſole torrefactæ amplius ſe curuare, aut aquis mergere nequeunt.*

MVREX. Rubens, tyrius, fulgens, afer, baianus, gætulus, phocaicus, intortus, radiatus, tarentinus, ſidonius, aſſyrius, œbalius, ſtellans, rutilus, auratus, ardens, purpureus, puniceus, flagrans. *Murex piſcis eſt marinus ex genere concharum, qui & Conchylium dicitur. Ex eius humore fit color purpureus: vnde & pro purpura ſolet accipi. Frequens eſt hic piſcis & nobilis apud Tyrum, vbi vſum purpuræ præbet.*

MVRMVR. Ventoſum, raucum, ſtridens, rapidum, tremulum, ſpumoſum, rabidum, fragoſum, querulum, argutum,

argutum, resonans, crepitans, dissonum, horrisonum, terrisonum, rabiosum, loquax, insolēs, minax, reboans, sonans, horrificum, clamosum, multiuagū, garrulum, sonorum, seditiosum, soporiferum.

MVRVS. Validus, aheneus, coctilis, turritus, erectus, altus, excelsus, testaceus, æratus, aereus, sublimis, marmoreus, inexpugnabilis, lapideus, pendulus, fictilis, tenax, solidus, fragilis, pinnatus.

MVS. Exiguus, ridiculus, breuis, auidus, opicus, terrestris, paruus, ñiger, improbulus, furax, rodens, pauidus, fugax. *Mus animalculum est auidum furti; cuius cinis cum melle instillatus, aut cum rosaceo decoctus, aurium dolores sedat. Numquam mansuescit. Murium generatio lambendo constare, non coitu fertur. Magna sunt fecunditatis: nam ex una gemitos CXX. tradiderunt. Apud Persas vero prægnantes in vtero parentis reperiri, auctor est Plinius.*

MVSAE. Sicelides, libethrides, aoniæ, dulces, modulantes, pegasides heliconides, heliconis alumnæ, palæstinæ, cothurnatæ, iocosæ, geniales, pieriæ, aonides, pimplææ castalides, pimpleides lætæ, laboriferæ, docticanæ, solicanæ, frontigenæ, musicæ, hyanteæ, hyanteæ, loquaces, doctisonæ, canoræ, ascreæ, aganippææ, sebethides, querulæ, sacræ, thespiades, aganippides, sedulæ, libethrææ, laurigeræ, mæoniæ, dicaculæ, æternæ, corycides, aidalides, vocales, amœnæ, hippocrenææ, mæonides, cirrhææ, teneræ, stridulæ, tetricæ, sanctæ, mnemosydes, iliasdes, placidæ. *Musas poëtæ dicunt Iouis & Mnemosynes seu Memoriæ filias; quod doctum oporteat esse secunda memoria. Insuper musicæ præesse, carminum inuentrices vocant: quòd musa cantum significet, & poësis proxime ad musam accedit, cum præsertim & numerus constet & prosodia. Fingũt earum sedem esse in Helicone, Bœotiæ monte, prope Thebeidem, à quo, vt a confinibus locis, diuersa nominarunt nomina.*

MVSCA. Infestans, turpis, parua, sitiens cruoris, volans, proterua, pusilla, volucris, molesta, agilis.

MVSCVS. Turpis, mollis, virens, fragilis, viridis, tenax, flaccus, tenuis.

MVSTELA. Pauida, velox. *Hoc animal infestum est serpenti, cui congreditur commanducata ruta, quam scit esse ipsi serpenti infensam & exitialem. Colitur à Thebanis. timidissima est, gaudet & latebris. Eius testiculi mulieri alligati partus cohibent. Tria sunt genera mustelarum, galee, fluuij, mellis. Melior est quam diximus domina.*

MVSTVM. Dulce, tortiuum, pingue, mite, amœnum, aminæum, arbustiuum, leue, fumidum, austerum, deciduum, candidum, sordidum, odorum, saliens, liquatum, purpureum. *Mustum dicitur vinum recens. hinc Mustacea, liba dicuntur musto madefacta.*

MYCENAE. Agamemnoniæ, thyesteæ, dites, pelopeiades, magnæ, veteres, caligantes, diræ, inachiæ, lacedæmoniæ, fortes, claræ, indignæ Sole. *Vbi fuit Peloponnesi, condita a Perseo filio Danaës, regia & patria Agamemnonis, Thyestæ, & Pelopis.*

MYCONE. Humilis. *Insula est iuxta Delõ & vna Cycladũ.*

MYRICAE. Humiles, tenues, fragiles, teneræ, steriles, siluestres, paruæ.

MYRON. Doctus, operosus. *Quid. lib. 3. de Art. Fuit statuarius magni nominis, qui fecit ex ære bucculam, plurimum ab ea tiqua laudatam.*

MYRRHA. Arabs, pinguis, cynarcia, achaia, cynereis, stillata, fulua, lacrymata, olens, assyria, libidinosa, scelerata, læua, stillans, incesta, orõtea, maculosa, orentis, decora, Cinarcium germen. *Myrrha fuit Cinarae Cypriorum regis filia, quæ patri suo concubuit, ex eóque coitu suscepit Adonidem. Poëta fabulantur eam in plantam aromaticam fuisse commutatam deorum commiseratione. Hanc autem arbus-*

culam

culam ſueco diſtillantem habent Arabia, Aſſyria, & Orontes fluuius. De prædicto inceſtu Ouid. lib. 10. Metamorph.

MYRTETVM. Otioſum, vbi indulgetur otio.

MYRTVS. Tenera, paphia, amans litora, ſparticæ ſilueſtris, pulla, litorea, metuens frigora, cytherea, viridis, nigra, dionæa, frondens, amathuſis, ſopora, virens, cypria, florens, præuiridis, pallida, redolens, ruſtica, eytheteis. *Myrtus arbor baccas parit optimi ſaporis, amat litora. Odoratiſſima eſt in Ægypto. eius oleo ineſt quidam vini ſapor: nobil tata eſt quali corona: creſcit quandoque in locis planis, anguſta habet folia, quæ non decidunt: vita eſt breuiſſima, ſacra eſt Veneri.*

MYSI. Feroces, viles, imbelles. *Myſorum populus vſq. adeò fuit vilis & contemtus, vt ſequenti prouerbio locum fecerit, Myſorum poſtremus. Finitimorum incurſationibus male vexatæ ſunt. Hinc etiam orta paræmia, Myſorum præda, de his qui impune à quibuſlibet leduntur ac diripiuntur. Præterea deorum cultus adeò mancipati fuerunt, vt eſitandis animalibus abſtinerent. Victitabant melle, lacte, & ſaſeo.*

DE LITERA N.

NABATHÆI. Nigri, dites. *Populi ſunt orientales, dediti cumulandis diuitiis. Apud eos mulcta publicè datur iis qui rem aliquo modo imminuerint. Creſcentibus opibus augetur honos. Rara imbi ſeruitia, miniſtris vtuntur plurimum cognatis, vel ſibi vnuſquiſque miniſter eſt. In conuiuiis plura duodecim exſiccaſſe pocula ignominioſum eſt. Rex quandoque ſibi & aliis miniſtrat. Eius mortui cadauer in ſterquilinium dencitur. Vrbes habent nullis clauſas mœnibus. Vtuntur camelis equorum vice. Sol illis ſacratiſſimum numen.*

NACTA. Diſcinctus, diſſolutus, & emollitus deliciis. *Fuit quidam apud Romanos perditæ luxuriæ. Vnde pro quouis ſceleratо & inſano ſolet accipi.*

NAIADES. Æquoreæ, lubricæ, dominæ vndarum, cærulæ, vdæ, procaces, candidæ, fugaces, vndosæ. *Naiades dicuntur fontium & fluminum nymphæ. Fit inde adiectiuum Naicus. Propert. lib. 2.*

NAPÆÆ. Faciles, teneræ, placidæ, virides, formosæ, pictæ, lasciuæ, innocuæ, hilares. *Dicuntur nymphæ montium & siluarum.*

NAR. Præceps, sulfureus, vitiatus. *Fluuius est Tusciæ, in Tiberim defluens, à cuius nomine ciuitas propinqua Narnia appellata est.*

NARBO. Martius, *id est*, bellicosus: *nam & populus & opibus olim ceteris Gallis præstabat Narbonensis prouincia.*

NARBONA. Potens Marte, bellicosa.

NARCISSVS. Purpureus, comans, cephisius, perspicuus, hians, filius Liriopes, proles Cephisia, formosus. *Narcissus filius fuit Cephisi & Liriopes, à multis Nymphis, sed præcipue ab Echo ob eximiam corpori formam adamatus. Quas omnes cum aspernaretur, tandem suâ ipsius corporis formâ captus est: nam dum venatu fessus aliquando diuertisset ad fontem, & in eo perinde ac speculo seipsum vidisset, ratus esse vnam earum, a quibus prius adamabatur, nympharum, intabuit amoris desiderio, & in purpureum sui nominis florem commutatus est.*

NARDVM. Florens, achæmenium, liquidum, indicum, putum, diues, odorum, arabum, tyrium, madens, lene, redolens, fragrans, assyrium. *Nardus seu Narduus frutex aromaticus: frequens India, Assyriæ, & Persidi.*

NARES. Patulæ acres, cauæ, vncæ, acutæ, teneræ, fugaces, mucidæ, imbriferæ, camuræ, immundæ, pilosæ.

NASAMON. Inops, pauper, purus, æquoreus, bellator, semihomo, alacer. *Nasamones populi sunt Africæ, qui naues syrtibus illisas spoliant, & victum quærunt rapto.*

Eorum

Eorum singulu adsunt uxores plures, cum quibus palàm congrediuntur prætento baculo. Nuptiali cœna discumbentium singulos adit noua nupta Veneris gratia. Congrediuntur illi domo allatum donum contribuentes. Ad maiorum monumenta futurorum scientiam aucupantur, incubantes manibus. Fidei sanctæ maxima, idem sibi propinasse poculum. Sedentium habitu mortuos adstituunt, id ipsum inter moriendum attendentes vt sedentes exspirent. In diuinationibus sua sequuntur somnia. In præstanda fide de manu alterius vterque sumpto poculo bibit. Quòd si defuerit humor, collectum è terra cinerem lingunt.

NASO. Tener, pelignus, doctus, ingeniosus, infelix.

NASTVRTIVM. Viride, humidum, acre. *Nasturtium dictum est à torquendis naribus. Hinc ortum est adagium, Ede nasturtium: in desides & in somnolentos, ad excutiendum soluet torporem. Est autem hortensis herba Veneri cohibens.*

NASVS. Turpiculus, rorans, madidus.

NATALES. Generosi, clari, obscuri.

NATATVS. Liquidus, volucer præceps.

NATHANAEL. Iustus, *Iuuencus.*

NATES. Candidæ, turpiculæ, turpes, molles, merdosæ, pilosæ, pingues, teretes, leues, tremulæ.

NATRIX. Violator aquæ, inimicus aquis, capitata. *Serpens est inficiens aquam veneno.*

NATVRA. Parens rerum, diues creatrix rerum, fecunda, dædala, initialis, edax, fœllers, ingeniosa, omniferens, omniparens, sapiens, fragilis, sedula, officiosa prouida callida, potens, sagax omnipotens, imperiosa, operaria, puerpera larga prægnatiua, longæua.

NAVIS. Ærata, nautica rostrata, curua, cita, hospita, longa, bellica, timida præceps, anxia, fluuiatilis, piscatoria, actuaria, pontiuaga, volueris, omniueha, æquorea, veliuola, celer.

NAVLIVM. Geniale, suaue, dulce. *Instrumentum musicum*

musicum, Phœnicum inuentum, quod psalterium censent esse Suidas & Hieronymus.

NAVSEA. Fluens, molesta, spurca.

NAVSEATOR. Stomachosus.

NAVTA. Timidus, miser, pendens, tremens, sollicitus, callidus, audax, sulcator ponti, pauidus, vagus, incertus, trepidus, fluctiuagus, parens, auidus, fluitans, leuisomnus, neptunicola, pontiuagus

NAXOS. Thesea, genialis, bacchata, vitigena, bacchica. *Insula est in Ægæo mari, una ex iis quæ Cyclades vocantur. Fuit olim vini feracissima, vnde & Dionysia vocabatur, auctore Plinio.*

NEAPOLIS. Cumæa, inquieta, sinuosa, dulcis, docta. *Cumæ Italiæ, quæ prius Parthenope dicebatur.*

NEBRIS. Erythræa, maculosa, villosa. *Nebrides vocantur d marium seu ceruorum pelles, quibus veteres vtebantur in Bacchi sacrificiis.*

NEBVLA. Atra, humens, aërea, tenuis, obumbrans, stridens, leuis, turpis, nigra, tetra, volans, opaca, inanis, volucris, nigrans, densa obscura.

NECESSITAS. Sæua, violenta, insuperabilis, dira, rigida, cunctipotens, vrgens, imperiosa.

NECTAR. Dulce, odoratum, cæleste, hyblæum, baccheum, nobile, cytheriacum, idalium, liquidum, rubicundum, massicum, atticum, theseum, rubrum, æthereum, præsuaue, mellifluum, beatum.

NEFAS. Maculosum, crudele, vipereum, cruentum, exsecrandum, impium, infandum, horrendum, triste, graue, indignum, terrificum, infame.

NELEVS. Diues. *Filius Neptuni, & pater Nestoris, qui Pylon vrbem condidit.*

NEMEA. Frondens, frondosa, cleonæa, frondifera. *Silua est Achaiæ inter Cleonas & Phliuntem, in qua*

Argiui

Argiui sacra Nemæa celebrare consueuerunt.

NEMESIS. Adrastea, rhamnusia, exosa, potens, sæua, trux, calua, vehemens, tumidis infesta, Rhãnusis, arbitra rerum, memor. *Nemesin Euripides fecit Iouis filiam, vltricem eorum qui vel superbiunt, vel fastidiunt amores. Macrobius ait, Nemesim deam esse quæ colitur contra superbiam, superbósq. persequitur. Simulacrum eius ab Agoracrito statuario fictũ, coluit Rhamnus Atticæ pagus. Vnde & Rhãnusia dicitur. Habuit Romæ statuam in Capitolio. Hæc dea insolentiæ & arrogantiæ est vindex, vt quæ spes immoderatas & velet, & puniat. Fingebatur olim Veneris specie, tenebátq. malum arborẽ dextra.*

NEMESIS TIBVLLI. Formosa, lasciua, celebrata, crudelis, sæua, dura.

NEMVS. Auium, ferum, vmbrosum, purpureum, pictum, pomiferum, altum, atrum, frondeum, vmbriferum, odoratum opacum, solum, grauidum, geliduni, racum, frondiferum, frondosum, siluosum, densum, tonsile, celsum, profundũ, tenerum, amœnũ, laureum, arduum, obscurum auricomum, argutum virens, viridans, lautiferum, populeum, apricum, myrteum, frondifluum, aëreum, comans, cæcum, oliuiferum, silens, surdum, odorum, multicomum, horrendum, odoriferum floriferum, inuium, horrificum, horridũ, tacitum.

NENIA. Funebris, misera, iners.

NEPA. Virosa. *Nepa scorpium significat. Cicero lib. 5. de Finib. Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornibus vti videas boues, nepas aculeo, suam cuique esse naturam.*

NEPTVNVS. Saturnius, æquoreus, pater ventorum, maris deus, hibernus, furens, terriquassio, cæruleus, tridentifer, rector maris, tænarius, glaucus, arbiter pelagi, minax, atrox, fluctiuomus, gelatus, parens aquarũ, spumans, liquens, profundus, salsipotens, liquidus,

Neptunus filius fuit Opis & Saturni, frater Iouis & Plutonis. Vxorem habuit Amphitriten, ex qua multas suscepit nymphas. Tridentem habet pro sceptro. Muros vrbis Troiæ condidit vnà cum Apolline. Templum habuit in Tænaro Laconiæ promontorio & Oncheſto vrbe Bœotiæ. Eidem olim immolabatur taurus.

NEREIDES. Virides, laſciuæ, vdæ, æquoreæ, pictæ, oceanitides. *Nereides dicuntur nymphæ marinæ, velut filiæ Nerei.*

NEREVS Grandæuus ſpumeus, violentus, cæruleus, magnus, cæruleus, profundus, placidus, aduena, velifer, ventoſus, trux, vagus, refuſus frequens ſcopulis, ſpumans. *Nereus fingitur filius Oceani & Tethyos, deus maris, & pro ipſo mari quandoque ſolet accipi.*

NERITOS. Alta, ardua. *Mons eſt in inſula Ithaca, à quo Vlyſſes vocatur Neritius.*

NERO. Caluus, ſæuus, ingratus, ferus, piger, crudelis, matricida, dirus, inceſtus, durus, indignabundus, ſanguineus, ſuperbus, crudus, prauus, inuiſus.

NERVVS *arcus.* Tortilis, geticus, lethalis, validus, tortus, turgens, ſinuatus, ſtridens, ithuræus, grauiſtrepus, alacer, ſonans, taurinus.

NERVVS, *pro chordu cithara aut lyræ.* Oeagrius, canorus, reſonans, phœbeius, vocalis, dulciſonus, apollineus, blandiloquus, threicius, grandiſonus, concinnatus, tremens, ſonorus, tenſilis.

NESSVS. Ferox, violentus, ſemiuir, ſemifer, perfidus, ſæuus, trux. *Neſſus fuit centaurus Ixionu ex Nube filius; ſagitta confoſſus ab Hercule, quòd eius vxorem Deianeiram rapuiſſet.*

NESTOR. Pylius, annoſus, ter æuo functus, triſeclis, facundus, neleius, fidus, longæuus, prudens, nelides, decrepitus, grandæuus, maturus. *Neſtor fuit filius Nelei, ſuauiloquentia inter Græcos & prudentia clariſſimus.*

NESTVS.

NESTVS. Strymonius, *id est*, Thracius. *Est enim fluuius Thraciæ.*

NEX. Infanda stygia, dura nefanda, impia, perfida, hostilis, sanguinea, lethalis, tetrica amara, cruenta horrida misera, violenta, lurida, turpis, obscena, mæsta, cruda, obscura, horrenda.

NEXVS. Validus, irresolutus, implicatus, durus.

NIDOR. Somnifer, fumificus.

NIDVS. Dulcis, loquax, concauatus, pendens, querulus tepens, algens, vernus, excelsus, gracilis, implumis, leuis, altus, fragrans, textilis, inuolucer, volucer, tepidus, cauatus.

NIGREDO. Coruina, picea.

NILVS. Stagnans, septemgeminus, lagæus, lepidus, diuiduus, vagans tumidus, septemfluus, septemplex, papyrifer, aduena, diues fetifer, sacer, ærisonus, placidus, refluus, vndosus, paretonius paludosus, æstifer, fertilis, imbrifer, aprieus torrens, æstiuus, deuius, arcanus phatius, latus, lõgifluus portẽtifer, limosus, vagus, vndans, sonans, pellæus. præceps, limifer australis, pinguis irriguus, ferax, extremus, fallax, nigrans, tepens, anaurus, pinguis, sine imbribus amnis. *Nilus fluuius est Ægypti, plurimum trahens limi, quo arua fecundat. Ir certa est eius origo. Varius in locis mutat nomina. Septem ostiis infunditur Oceano. Arundines profert, quarum membranula similes sunt papyro. Nullas exspirat auras. Crocodilos nutrit & hippopotamos. Alueum egreditur, & totam Ægyptum stagnantibus vndis alluit. Tibull. lib. 1.*

NIMBVS. Nigrans, obscurus æthereus, niger, volans, rigans, hiemalis, australis, subitus, torrens, ater, piceus, tenuis, præceps, hiulcus, vibratus, hibernus, vndans fumificus, trux, horrisonus, gelidus, glacialis, leuis, stillans, algens.

NINOS. Felix. *Lucan. lib. 6. Vrbs fuit Assyriorum, quæ & Ninus dicta est.*

NIOBE. Tantalis, sipyleia, mæsta frigida, infelix, ardua, rigida, superba, fecunda, mitera, flebilis. *Filia Tantali & vxor Amphionis regis Thebarum. Hæc habuit 14. liberos, quos omnes Apollo sagittis interfecit, quòd illa Dianæ & Latonæ se prætulisset. Id ægrè ferens Niobe, præ nimio dolore diriguit in scopulum, prope Sipylum vrbem Mæoniæ.*

NIPHATES. Arduus, præceps, voluens saxa, tigrifer, *à ferendo tigribus Fluuius est Medorum seu Armeniorum; cadens ab eiusdem nominis fonte.*

NIREVS. Diuinus, pictus, pulcer. *Fuit filius Charopi & Aglaiæ, puer è Naxo admodum speciosus: cuius formam Homerus suis carminibus dignatus est. Horat. lib. 3. Carm.*

NISVS. Hyrtacides, phrygius, purpureus, pius. *Nisus fuit Troianus, Hyrtaci filius & amicus Euryali. Hi duo pro Æneæ certarunt in Turnum: quorum alterum Euryalum cùm Rutuli interfecissent, Nisus, qui cursu periculum euaserat, rediit tamen ad vlciscendam socij mortem. Eóque facto super mortui corpus se confodit, & exanimè procecit. De his Virg. lib. 9. Æn.*

NITELLA. Aurea. *Est enim pulueris auri mica.*

NITOR. Aureus, tremulus, purus, rutilus, sidereus, placidus, nitidus, pæstanus lacteus, niueus, albus, flammeus, iucundus, cultus, lucidus.

NIX. Alpina, sythonia, riphæa, scythica, hiberna, gelida, brumalis, madens, pura, caduca, tenera, getica, bistonia, horrifera, othrysia, cana, pruinosa, dessua, cimbrica, maligna, montana, apennicola, liquescens, infirma, algens, alba, candida, rigida, dura, sarmatica, hyperborea, mæotica, thessalica, algida.

NOBILITAS. Ingenua, splendida, alta.

NOCTVA. Noctis auis, Palladis ales, garrula, solicana, noctiuada, improba, fera, prænuntia fati. *Noctua*

auis ill

auis est inauspicata. Hac Pyrrhi contra Argos copias mouentu misit hasta, & sinistram ei portendit fortunam. Non cernitur in Creta.

NODVS. Tortilis, contortus, flexilis, dulcis, lacertosus, difficilis, strictus, irresolubilis, tenax, obstrictus, nexus, latens, anceps, arctus, ahenus, solidus, arcanus, æratus, herculeus, gordianus.

NOE. Fatidicus, vitisator, pater.

NOLA. Campana: *quoniam est vrbs Campaniæ, quæ prius Sidicinum vocabatur.*

NOMAS. Picta: *quoniam Nomas seu Numidia ferax est marmoris.* afra, dura.

NOMEN. Celebre, immortale, indelebile, laudabile, nobile, victurum, clarum, venerabile, magnum & memorabile, æternum, præclarum.

NOTVS. Præceps, ater, rapidus, vdus, furens, terribilis, procellosus, nubifer, æolius, madidus, tristis, sæuus, pluuius, vuidus, acer, insanus, durus, lubricus, aereus, iratus, nimbisonus, tumidus, leuis, turbidus, imbrifer, sonorus, fugax, volucer, inflatus, celer, vanus, tepidus, hibernus, stridens, raucus, surdus, humens, violentus. *Notus ventus est meridionalis, qui alio nomine dicitur Auster.*

NOVACVLA. Sæua, stricta, acuta.

NOVALIA. Culta, rigua, dura, florida.

NOVEMBER. Pruinosus, algidus, tristis.

NOVERCA. Iniusta, sæua, mala, immitis, dira, monstrifera, cruda, terribilis.

NOX. Intempesta, cæca, obscura, atra, humida, silens, Eumenidum mater, sola, sopora, nigra, fumifera, opaca, flammifera, languida, latebrosa, caliginosa, gelida, operosa, pruinosa, arcana, furtiua, lasciua, lethæa, reuerenda, tranquilla, rosida, soporifera, somni genitrix, illunis, tacita, tiranis, quieta, tenebrosa, proteruа, occidua, fœda, fecunda, cærula, vaga, brumalis,

tartarea, terrifica, picta, madida, ſtelliparens, algida, connubia, ſomnifica, furua, euanida, concubia, ſtellans, horrenda, ſubluſtris, importuna, nigrans, madens, fuſca, nigricans, fuſcula, ſomnifera, frigidula, vdula, fallax, tacens, horrifera, ſtelifera, ſoporata, profunda, humens, pallida, ſtellata, taciturna, vmbroſa, rorifera, horrifera, trepida, triſtis, tænaria, ſtygia, humecta, pallens, ſiderea, imbrifera, curarum fomes & nutrix. *Nox fingitur Terræ filia & Parcarum.*

NVBES. Alta, cærulea, ætherea, vmbrifera, aquoſa, atra, nigra, liquida, aerea, cærula, gelida cæca, ſqualens, imbrifera aidua, volans, valida, caua, picea, bibula, grauida, opaca, maculoſa, humens, nigrans, obſcura, vndans, calida, montana, aſpera, glauca, volucris, fumans, vmbroſa, fugax, ignota, diſploſa, imbrificata, deformis, ſqualida, pallida, ventoſa, fumida, procelloſa, leuis, ignicolor, turbida, vaga, cæluaga, multicolor, lurida, altiuola horrifica, ſonora.

NVBILA. Fuſca, denſa, caua, turbida, picea, nimboſa, frigida, concaua, vaga, tetra, humida, triſtia, atra, nigrantia, nigra, ſublimia ardua, opaca, pallida, cæca, mollia, liuentia, caua, *id eſt*, rara & laxa, *quippe ſolidi nihil habentia.*

NVCES. Auellanæ, tarentinæ, thaſiæ, perſicæ, ponticæ, prænestinæ, fagineæ.

NVCETVM. Ponticum. *Nucetum dicitur locus nucibus conſitus & ferax. Stat. lib. 1. Syiu.*

NVGAE. Canoræ, argutæ, peregrinæ, dulces, gaudioſæ, amantes otia, leues, vaniloquæ, vulgares, femineæ, futiles, loquaces, aniles, ineptæ, bullatæ, vanæ, fictitiæ, inanes, ventoſæ, commenticiæ, fictæ, ridiculæ, pueriles.

NVGATOR. Graphicus, vanus, futilis.

NVMA.

NVMA. Sacrificus, munificus, intonsus, pacificus, fatidicus, sanctus, legifer, romuleus, cæbalius, antiquus, sceptrifer, placidus, vetus, iustus. *Numa fuit secundus Romanorum rex, insignis pietate & iustitia; condidit templum Iani, quod aperiebatur tempore belli, pacis verò claudebatur. Mox cultum deorum instituit. Creauit sacerdotes, Vestales virgines sacrauit, dies festos nefastósque condidit. Annum, qui prius erat decimestris, diuisit in duodecim menses. Natus demum annos* XL. *fatis concessit. Templum Vestæ rotundum construxit, vbi perpetuus ignis asseruabatur.*

NVMEN. Auxiliare, exorabile, sanctum, olympicum, venerabile, honoratum, salutare.

NVMERI. Molles, blandi, dulces, lepidi.

NVMICIVS. Corniger. *Fluuius Italiæ non longè à Lauinio, in quo submersus est Æneas.*

NVMIDÆ. Infreni, vagi, fugaces, maurusij, indomiti, belligeri, infrenes, acres. *Numidæ seu Nomades, populi sunt Africæ, degentes in plaustris ductilibus, vnde vocantur* vagi. *Habebant olim alueos nauium conuersos pro tugurijs, auctore Sallustio. Vescuntur lacte ferina carne, & elephantis. Omnium eorum vita occupatur in pascendis gregibus. Equos regunt non freno, sed virga. Hinc vocantur infrenes, vel etiam quòd legibus careant.*

NVMMVS. Dolosus, aureus, iurgiosus.

NVNTIVS. Velox, celer, æripes, subitus.

NVTRIX. Sedula, blanda, officiosa, fida.

NVTVS. Facilis, tacitus, loquax, gestuosus.

NVX ARBOR. Viridis, patula, longæua.

NYMPHÆ. Teneræ, niueæ, æquoreæ, nereïdes, glaucæ, cæruleæ, dulces, fluctigenæ, humentes, fluctícolæ, formosæ, nitidæ, cærulæ, candidæ, decoræ, amatrices, lasciuæ, prænitentes, lætæ, nemorisequæ, viticæ, oceanitides, florilegæ.

DE LI-

DE LITERA O.

OAXES. Rapidus, Cretensis. *Fluuius est Creta, vt constat ex Virgilij Bucolicis. Errant Seruius, dicens fluuium esse Mesopotamiæ.*

OBBA. Sessilis, *id est*, lata. *Omnia enim quæ in latitudinem diffunduntur, vocantur sessilia, inquit Britannicus. Poculum est lignum.*

OBELVS. Acutus, censorius, rigidus.

OBEX. Fortis, robustus, firmus.

OBLIVIO. Pigra, deses, lethæa, turpis, ignaua.

OBSCENITAS. Turpis, pudenda, osca, indecens.

OBSEQVIVM. Blandum, mansuetum, humile.

OBSIDIÓ. Arcta, dura, Saguntina.

OBSONIVM. Opiparum, lautum, delicatum.

OCCASIO. Irremeabilis, præceps, calua: *quoniam si relinquatur vlì commodùm se offert & tempestiuè, postea corripi non potest. Vnde fingitur occipiti caluo, ne teneatur fugiens, vt inquit Ausonius.*

OCCASVS. Serus, sedes Zephyri: *quoniam Zephyrus flat ab occidente. Ouid. lib. 1. Metam.*

OCEANVS. Refusus, ingens, belluosus, circumuagus, senex, glacialis, aduena, sonorus, rex vndarum, circumfluus, vitreus, canus, vastus, reciprocans, immensus, vndosus, vagus, amplus, refluus, largus, fertilis, dissociabilis piscosus.

OCIVM. Ignobile, tranquillum, molle, ignauum, segne, infelix, disenctum, liberum, languidum, sordidum, marcidum, blandum, dulce, oblectabile, gratum, iners, pingue, facile, lene, languens, lætum, garrulum, desidiosum, fœdum, amœnum, pigrum, quietũ pernicioſum, genioſum, infecũdum, facundum, delicio'um. *Apud Athenienses Draco legislator eos qui otij forent damnati,*

capiti

capite multandos censuit. Nihilo minus apud quosdam populos, ut Thraces, otiosum esse pro honestissimo iudicatum est. Plinius Caecilius Minutium quendam monens, ait, Longè praestare vacuum esse, quam inepte implicari laboribus. Thales ait eam domum optimam sibi videri, ubi otio pinguidinem perfrui licet. Cato dicere solebat, non minus otij quàm negotij clarorum virorum rationem extare oportere. At contrà Galba disputabat, nemmem otij sui rationem reddere cogi.

OCREA. Leuis, ferrea, retinens, fulua, teres. *Ocreae dicuntur crurum munimenta.* Hinc Ocreati, *ocreis ornati.*

OCVLI. Humentes, vitrei, glauci orbiculares, venusti, igniti, teneri, vagi, rosei, ebrij, ludibundi, luciduli, vigiles, sequaces, gemmantes, morsitantes, micantes, proterui, arguti, tumidi, molles, nitidi, albicantes, flagrantes, blandi, turgiduli, mellini, compositi, acres, ardentes, auari, stellantes, nictantes, decori, purpurei, protuberantes, rutilantes, radiantes, placidi, madidi, nitentes, cupidi, splendiduli, petulci, lasciui, faciles, dulciculi, procaces, flammei, flammantes, crassiculi, rubelli, siderei, amici, fulgidi, pulcri curiosi, lumi, auidi, impudici, idalij, lubrici, serenati, amabiles, cupidinei, cælestes, comes, conniuentes, acidalij, igneo, lucentes, ridentes, lucidi, promicantes, praefulgentes, tremuli, pæti, amœni, herbei, procliues, emissitij, flammiferi, flammeoli, fideles, loquaces, *qui signa loquuntur*, eruditi, *Cicero; quasi ingeniosi & celeriter aliquid deprehendentes;* molles, *id est, faciles ad lacrymas.*

ODA. Dulcis, lyrica, lepida, pulcra, tersa.

ODIVM. Crudele, asperum, nefandum, interneciuum, pertinax, profanum, ignescens, improbum, vatinianum, aegrum, impacatum, acerbum, inimicum, amarum, fuscum, inexpiabile, atrox, lugubre, pertinax, intestinum, exacerbatum, cruentum, malum, triste, pestifer-

peſtiferum, feruens, cæcum, flagrans, lethale, recrudeſcens, malignum, capitale, exitiale, crudũ, ſæuum, fatale, pernicioſum, occultum, funeſtum, agreſte, nouercale.

ODOR. Sabæus, pulcer, liquidus, cinnameus, iucundus, achæmenius, aſſyrius, ſyrius, panthæus, mollis, arabus, pharitæus, arabs, cyprius, corycius, myrtheus, vagus, ambroſius, nectareus, amœnus, fragians, thymbræus, arabius, arabicus, gratus, genialis, indus, diuinus, orontæus, tenuïs.

ODOR MALVS. Iniucundus, funeſtus, teter, latrinalis, dirus, execrabilis, peſtifer.

OEDIPVS. Miſer, impius, cæcus, infauſtus, paricida, orbus luminis. *Oedipus filius fuit Lay regis Thebarum & Iocaſtæ, qui patrem neſcius interfecit, ac demum incognitam matrem duxit in vxorem, ex eaque ſuſcepit Etheoclem, & Polyneicem: qui mortuo patre de regno diſceptantes, mutuis vulneribus ſeſe interfecerunt. Oedipus tandem ſui inceſtus, ac parricidij certior factus, ſceleris horrore oculos ſibi eruit.*

OENEVS. Parthaone natus, Calydonius, *à Calydone Ætoliæ vrbe, in qua regnauit.* Superbus. *Rex fuit Ætoliæ, & pater Meleagri.*

OENONE. Pegaſis. *Fuit Phrygia virgunccula ante raptum Helenæ Paridis amica.*

OENOMAVS. Phrygius. *Rex Elidis & Piſæ, pater Hippodamiæ.*

OESTRVM. Horribile, rapidum, æſtiuum, volucre, laurigerum, diuinum, pierium aonium.

OETA. Herculea, nemoroſa alta, ardua, frondoſa, æmoniã, gelida. *Mons eſt Theſſaliæ, in quo Hercules ſeipſum combuſſit.*

OLEA, *ſeu* OLIVA. Pallens, teres, tardè creſcens, pinguis, viuax, viridis, pacifera, caduca, venafrana, pacalis, palladis arbor, mitis, nitida, popularis, frondens

dens, pacata, albens, licinia, palladia, canens, glauca, supplex, insons, imbellis, vmbrosa, vernicoma, virens, viridans, attica, pacifica, pisæa, picena, germen Lernæ. *Olea seu Oliuæ arbori folia non decidunt nefas erat olim eam in profanis vsibus poluere, vt nec propitiandis quidem numinibus ex ea altaria accenderentur. Ea coronabantur equitum turmæ, idibus Iulus & minoribus triumphus euantes. Fructus constant nucleo, oleo, carne, amurca. Tardè crescit, morsu capræ fertur sterilescere. Immunis est à carie & vetustate. Durat annu ducentis. Inimicissima illi pluuia circa Vergilius. Gaudet cinere & caleariis fornacibus Vermiculationem patitur & fungum. portata præstabat indicium pacis. Sacra est Minerua.*

OLIVM. Pingue, liquidum, Palladium, viride tardum, inolens, leue, calorificum, venasranum, vnctum, cæruleum, assyrium, odoratum, venalicium. Pallas, *pro oleo. Ouidius*: Vt vigil infusa Pallade flamma solet.

OLITOR. Sedulus, *Columel.* Tum præbeat imbres Sedulus irrorans olitor.

OLLA. Fictilis, farrata, *plena pulte facta ex farre.*

OLOR. Argutus, albus, innocuus, niueus amyclæus, plumeus, ales, candidus, paphius, therapnæus, phœbeus, apollineus candens, resonans, iniudus, ledæus, argenteus, imbellis, lacteus, vocalis, aonius, caystrius, cantor, mæandrius, canorus, blandus, serenus, spartanus. *Iupiter mutatus in cycnum, Ledam compressit, vt fabulatur poëta, ex eóq. concubitu suscepit Helenam. Propterea olor seu cygnus ab ipsa Leda muliere Spartana, seu Laconica vocatur* Amyclæus, & Therapnæus, *ab Amyclis & Therapnis vrbibus Laconiæ.*

OLVS. Agreste, miliacum, rigidum. *Oleribus abundat Syria in hortis operosissima. Hinc adagium natum, Multa Syrorum olera.*

OLYMPVS. Frondosus, celsus, clarus, deuexus, æthereus, omnipotens, opacus, vastus, altus, volucer,

magnus, cuiuus, fuluus, cæruleus, geliduſ, pruinoſus, rapidus, ſtellans, conuexus, flammiger, ſplendes, atlantiacus, ignifer, ſtellifer, aſtriger, obliquus, nemoroſus, emathius, profundus, ſidereus, ſublimis, flammifer, pulcer, cæleſtis, aſtrifer, fulgens, æmonius, vitalis, glacialis, ardens, flammans, radians, ſtelliger, lucens, mollis, tutulus. *Olympus, mons eſt Macedoniæ altiſſimus, & qui propter ſublimitatem videtur contingere nubes. Hinc plerumque accipitur pro cælo.*

OMASVM. Pingue, vile, centipelle.

OMEN. Occultum, fauſtum, auſpicatum.

OMENTVM. Album, pingue. *Omentum eſt illud tenue pingue quo integuntur ventriculi atque inteſtina omnium animantium, præter quam ouigenarum.*

OMPHALE. Mæonis, lyda, lydia, impudica, formoſa, adultera. *Omphale fuit regina Lydorum, cuius amore uſque adeo exarſit Hercules, ut ea iuſſerit ſe fuſos & lanas rudibus illius inan bus, quibus portenta ſubegerat, attrectaret.*

ONAGER. Aſininus, umidus, tegnis.

ONVS. Vaſtum, coloſſicum, graue, ponderoſum.

ONYX. Lubricus, craſſus, leuis, candidus, candicans, myrrheus. *Onyx gemma eſt habens candorem unguis humani: aut uas unguentarium ampulla, marmoreæ ſimile. Reperiuntur etiam in ſeptimo genere.*

OPES. Attalicæ, auidæ, magnificæ, ſuperbæ, miſeræ, regales, crœſiæ, Hũæ, auratæ, dues, uilcolæ, impiæ, inopes uirtutis, exultæ, ques munificæ, tiſyphia.

OPIVM. Soporiferum, ſomnificum. *Eſt enim herba uim habens ſopoſticam. Apul. lib 8.*

OPOBALSAMVM. Candidum, gratum.

OPPIDVM. Arduum, munitum, turritum.

OPPROBRIVM. Amatum, turpe, infandum.

OPS. DEA. Turrigera, Idæa, cæligena.

OPS

OPS, *auxilium.* Medica, salutifera, innocua, machaonia, *à Machaone medico Æsculapij filio, & sicare Podalyrij, qui Philoctetem Pœantis filium Herculis sagitta hydræ veneno tincta vulneratum sanauit.*

OPVLENTIA. Locuples, felix, diues, affluens.

ORACVLVM. Delphicum, diuinum, pythicum, sactum, sanctum, phœbeum, veridicum, certum.

ORATIO. Numerosa, perblanda, blandiloquens, conciliatrix, comta, ornata, regina, flexanima.

ORATOR. Cathedrarius, potens, suauis, canorus. *Orator, inquit Fabius est vir bonus dicendi peritus.*

ORBILIVS. Beneuentanus, plagosus. *Erat enim sanguinaria in discipulos seueritatis.*

ORBIS. Intortus, tortus, apertus, spatiosus, frugifer, globosus, circulatus, refugus, obliquus, sinuosus, auarus, patulus, rotundatus, inflexus, flexus, curuus.

ORBITA. Curua. *Martianus Capella*, Ambitat & quantos orbita curua globos.

ORCA Angusta, hispana. *Vas fictile latæ alui, ore & fundo angustis, longiore collo, in quod inter ludendos pueros qui nucem miserat, erat victor. In eo etiam condebantur olim salsamenta, vinum, oleum, & salgama. Erat peculiare Hispanis, Varro apud Nonnium: Sed vbi conditum vinum nouum orca in Hispania feruore musti rupta.* Nomen traxit ab orca marina similitudine. Diminutiuum est Orcula. *Cato de re rustica: Cuminum, feniculum, rutam, mentam in orcula condito.*

ORCADES. Naufragæ, hyperboreæ, calydoniæ. *Orcades insulæ sunt septentrionalis Oceani vltra Britanniam & Hiberniam, triginta numero.*

ORCVS. Pallidus, stygius, pallens, nil miserans, luridus, niger, rapax, formidabilis, fuscus, tæuus, sceleratus, futuus, imminens, tenebrosus, durus, auarus, turbidus, miser, vmbrosus, tartareus, lethæus, infernus, trepidus,

trepidus, improbus, triſtis, immobilis, luctiſonus, vorax, durus, inuiſus, teter, nigrans, monſtroſus, ingens.

ORDEVM. Triticeum. *Columella libro 9.*

ORBADES. Agreſtes. *Ouid. lib. 8.* comtæ, ſalientes.

ORESTES. Agitatus furiis, agamemnonius, triſtis, ſceleratus, inſanus, natus Agamemnone, vltor patris, argolicus, ſarmaticus, inanis mentis, miſer, turbidus, matricida, rapidus, pauidus, furioſus, argiuus, timidus, pelopeius, demens, agamemnonides. *Oreſtes filius fuit Agamemnonis & Clytamneſtræ, qui matrem occidit in vltionem patris ſui, quem illa prius interfecerat. Propter quod parricidium agitatus eſt furiis, quibus non antè purgari potuit, quàm ad aram Dianæ Taurice perpetratum ſcelus expiauerit.*

ORFXIS. Feruida, olens, rabida. *Orexu dicitur eſuritio.*

ORGANA. Hydraulica, diſſona.

ORGIA. Thebana, mollia, myſtica, delicioſa, obſcura, ſacra, ſolemnia, bacchea, candida.

ORICHALCVM. Durum, nitidum, album. *Orichaleum dicitur æs aurei coloris.*

ORION. Nimboſus, aquoſus, enſifer, deuexus, infeſtus, pallidus, niger, nubilus, rutilans, rutilus, aureus, triſtis, obſcurus, venator, atrox, inſanus, ſuperbus, neptunius, occiduus, ſæuus, crudelis. *Orionem poëtæ fabulantur natum ex vrina Iouis ſine matre, feruntque Hyreum quendam pauperem ſenem fuiſſe cultorem parui agelli, cui cum deeſſent liberi, Iouem & Mercurium hoſpitio ſuſceptos, rogaut, vt filium darent. Quod cum feciſſent, Hyreus ipſe puerum natum vocauit Vrionem. Deinde mutatione primæ literæ Orion dictus eſt, de quâ re Ouid. lib. 5. Faſt. Excreſcens deinde euaſit venator maximus, adhæſitque Dianæ.*

ORITHYIA. Pandionia, rapta, attis, *id eſt*, attica, eumolpis, eumolpea, erichthis. *Fuit enim filia Erichthei regis Athenarum, qui Pandioni ſucceſſit in regno. Hanc Boreas rapuit,*

rapuit, raptam tulit in Thraciam, ex eáque suscepit Zethen & Calaim, qui cum Argonautis Colchos nauigauerunt, & Harpyias fugauerunt ex regno Phinei. Propert. lib. 2.

ORIZON. Decliuis, latus, finitor.

ORNAMENTVM & ORNATVS. Pulcrum, superbus, pulcer, magnificum, regalis, decôrum.

ORNVS. Rigida, sterilis, peliaca, excelsa, aëria, procera, annosa, viridis, dura, solida, frondosa, montana, teres, comans, vetus, *Hor. Ornus arbor montes amat, nascitur in saxosis montibus, procera est, & tamen infrugifera. Rugosum & asperum habet corticem.*

ORODES. Crudelis, immanis. *Rex fuit Parthorum, qui Polycratem Samiorum regem victum suspendit.*

ORONTES. Celer, babylonius, syrius, eous, imbellis, mitis, longinquus, rapidus. *Fluuius est Syriæ, quam disterminat ab Antiochia.*

ORPHEVS. Thracius, threicius, vocalis, rhodopeius, apollineus, Ismarius, œagrius, othrysius, blandus, citharista, biston, melliffluus, dulcisonus, melicus, sonorus, blandiloquus, dulcicanens, pangæus, riphæus, bistonius, thrax, canorus. *Orpheum Apollinis & Calliopes filium poëtæ faciunt principem musicæ lyricæ, adeò vt fabulentur delinitas eius cantu arbores sua se locis exeruisse, sensificatas cantes egisse choros, fluuiorum cursum cohibuisse, exarmatas feras posuisse feritatem, & alia id genus incredenda. Quod ideò fictum est, quoniam & agrestes & belluino propè ritu degentes homines ad meliorem vitæ cultum redegisset.*

ORTVS, *pro Oriente.* Eous, puniceus, roseus, rutilus, phœbeus, luciffluus, nitidus, purpureus.

ORTYGIA. Breuis, Latonia, Apollinea, instabilis, circumflua, erratica. *Delos insula prius vocabatur Ortygia à multitudine coturnicum.*

OS. Roseum, clamosum, niueum, loquax, pulcrum,

ambrosium, cultum, blandum, fulgidulum, argutum, canorum, nitens sidereum, melleum, renidens, purpureum, formosum, nitidum, eburnum, dulcisonum, facundum, disertum, iucundum, dulciloquum lepidum, suauiloquum, lacteum, iubicundum, flexanimum, serenatum, querulum, rutilum, cygneum, dulce, harmonicum, melicum, idalium, egregium, madidum amidum, superbum, molle, floridum, decorum, mellifluum, venustum.

OS OSSIS. Durum, nodosum, candidum, nodatum, solidum, prædurum album, canum.

OSCVLVM. Dulce, fragrans, hians, luctans, obuium, molle, anhelum, humidum furtiuum, rosidum, dilectum, blandum, gratum, pugnans, ebrium, lasciuum, semihulcum, pressum, mulcens, amicum, deliciosum, mite, pudibundum, earum, insidiosum, furiale, fidum, aptum, pressum, Dionæum, sororium, supremum, mellitum, sorbillans, suaueolens.

OSSA MONS. Pinifera, arctoa, ardua, gelida, frondens, aeria, nemorosa, thressa, thessala niualis, glacialis, abrupta. *Mons Thessaliæ abundans pinis arboribus. Est inde adiectiuum Ossæus.*

OSTENTATIO. Inanis, vana, inepta, futilis.

OSTREA. Deliciosa, spumosa, Gaurana, *Iuuenalis* lucrina grandia.

OSTRVM. Sarranum, tyrium, purpureum, coruscum, sidonium assyrium, superbum, sanguineum, imbelle, puniceum, agenoreum, rutilum, regale, nitens, pretiosum, pictum ardens, gætulum, pœnum. *Ostrum dicitur color conchylij, murices, & purpuræ.*

OSIRIS. Sanctus, frugifer, pius, pharius, auricomus, cælestis lacer corniger, nudus. *Filius Iouis ex Niobe Phoronei filia, successitque Phoroneo in regno Argiorum. Profectus*

fectus ad Aegyptios, Isidem seu Io filiam Inachi duxit in uxorem, breuique varias artes docuit. Vnde post mortem, una cum uxore relatus est in numerum deorum. Hunc autem interfecit Typhon frater inuidia accensus.

OTHO. Mollis, lasciuus, sæuus, famosus, turpis, pathicus. *Fuit Otho Imperator qui Galbæ successit, homo mundiciarum pene muliebrium, vulso corpore frequens quotidie tonsitare, & pane madido linire solitus, ne barbatus fieret. Victus à Vitellio apud Bebriacũ, diuisus est mortem sibi conciscere, quamuis multas adhuc haberet copias; posseque sperare victoriam. Quod fecisse odio bellorum ciuilium dicitur. Propterea Mart. lib. 6. eius mortem Catonianæ antepont. Cato enim interfecit se Vtica, copiis iam profligatus, ne in hostes incideret: Otho verò integro adhuc exercitu, ne bella ciuilia gererentur.*

OTHOMANNVS. Atrox. *Sultanus Turcie.*

OTHRYS. Nemorosus, niualis, canus, piniger, emathius, niuosus, thessalicus, nubifer, gelidus, nubilus. *Mons est Thessaliæ, vt Ossa Pelion & Olympus.*

OTVS Immanis. *Virg. in Culice. Fuit gigas Alœi filius, frater Ephialtes, qui conati sunt detrudere Iouem de cælo.*

OVIDIVS. Pelignus, Sulmonis alumnus, Peligni alumnus, inops, ingeniosus, præceptor amoris, exul. *Ouidius Naso natus est in Sulmone Pelignorum oppido, Aprili mense, eodem die quo Tibullus. Puer adhuc, cùm magnopere proclinis esset ad carmen, ad oratoriam facultatem a patre deuerti non potuit, nisi per quosdam interuallos. Tres habuit uxores. Primam in adolescentia dimisit, & cum ea diuortium fecit. Secundam parum stabili connubio sibi coniunctam reliquit. Tertia fuit Perilla, quam maximè omnium dilexit, & in arte poëtica docuit. Scripsit varia poëmatũ genera: In metamorphosi secutus est Parthenium Chium poëtam. Scripsit sex Fastorũ libros, quos ad Germanicũ Drusi filium misit. Idem tamen ait duodecim à se cõpositos. De amoribus libros tres, Libros artiũ amandi & remediorum.*

Præterea in Ibin. De obitu Druſi Epigrammata. Opus De natura piſcium, & quædam alia. Item & tragœdiam Medeam nomine. Relegatus eſt ab Auguſto in Pontum, vel propter libros De amoribus, quòd laſciuiores eſſent, vel propter adulterium cum Iulia Imperatoris filia. Verſatus eſt in exilio annos ſeptem & amplius, in quo tantum gratiæ apud Barbaras gentes ſibi merui, ut in eius obitu Getæ & Tomitani lacrymas cohibere nequiuerint. Cum Geticum ſermonem & Sarmaticum didiciſſet, poemata ſcripſit Getica lingua. Mortuus eſt in exilio.

OVILE. Tenerum, tepidum.

OVIS. Balans, lanigera, pellita, infirma, cornigera, placida, pauida, immũda, imbellis, blanda, tenella, hirſuta, mollis, mitis, velligera, ſaliens, manſueta, ſcabra, fecunda, canuſina, bidens. *Oues quadrupedum ſunt mitiſſima. In admiſſura ſi feminas cupiunt, auſtrum obſeruant; ſi mares, aquilonem. Oues Arabicæ caudam trium cubitorum per humum voluunt. In Chio ſunt minutiſſimæ inopia pabuli, quarum tamen lacte caſeus fit laudatiſſimus. Agni ſtatim à partu matrem agnoſcunt, circáque illam petulca geſtiunt laſciuia. Probæ oues debent eſſe corpore amplo, molli & denſo villo, ventre piloſo, cruribus humilibus. Omnes infirmo ſunt capite. Viuunt annos decem. Arietes agnas faſtidiunt, ſenectam ouium conſectantur. Generant in vtroque ſexu à bimatu ad nouenos, &c.*

OVVM. Læue, teres, tractabile, molle, tenerum, cacuminatum, fragile.

DE LITERA P.

PABVLVM. Pingue, lætum, dulce, herbidum, cereale, mite, optatum, nutriens.

PACHYNVS. Tinacrius, ſiculus, excelſus, craſſus. *Eſt promontorium Siciliæ Peloponneſum ſpectans. Virgil. lib. 3. Æneid.*

PACTOLVS. Rubens, diues, lydius, radians, aurifer,

rifer, rutilus. *Fluuius est Lydiæ, qui olim ramenta aurea fertur habuisse.*

PADVS. Tumens, populifer, phaëthonteus, gelidus, celer, vagans, toruus, torrens, rapax, venetus, exundans, trifidus, præpes, olorifer, phaëthontius. *Padus fluuius est Italiæ, nobilis ruina Phaëthontis, qui eò decidit: alio nomine vocatur* Eridanus.

PADVSA. Vluipara, phaëthontea, rauca. *Fluuius est quem alio nomine Massanicum appellant. Quidam Padi brachium esse dicunt.*

PAEAN. Potens veri, canorus, iucundus, sacer, apollineus. *Paean hymnus erat dicatus Apollini, vt dithyrambus Baccho, iulus Cereri, Rhea lytiersa, hypæpus Dianæ.*

PAENVLA. Scortea, *id est, pellibus facta*; depicta, pulcra, gausapina, villosa, mulionia. *Paenulæ vestes erant seruorum & pauperiorum. Optimæ texebantur in lana Apula. Ea vtebantur ad arcendam pluuiam. Galba amico roganti pœnulam*, Non pluit, *inquit*, non opus est tibi: Si pluet, ipse vtar.

PAESTVM. Tepidum, odoratum, æquoreum, biferum frugiferum, amœnum. *Pæstum oppidum est in Lucania, bis in anno fructus quosdam, & in his rosas pariens.*

PALAEMON. Athamantiades, thebanus, naufragus. *Fuit enim filius Athamantis: qui cùm videret patrem furiosum, vnà cum Ino matre in mare dedit se præcipitem, ambóq. facti sunt pelagi numina, vt fabulantur poëtæ. Hic Palæmon alio nomine vocatur* Melicerta. *Ouid. lib. 13. Metam.*

PALAEMON. Doctus, Inous. *Iuuen. Satyr. 7. Palæmon Vicentinus fuit Grammaticus. Romæ floruit, & professus est sub Tiberio & Claudio principibus: tanta vir arrogantia, vt Marcum Varronem porcum appellaret, iactaretq. se cum & natas literas, & secum item morituras. Fuit & deditus deliciis. Sæpius lauabatur in die, nec sumptui poterat sufficere, quamquam ex schola*

ex ſchola quadragena annua caperet, & non multò minùs ex re familiari. Flagrabat & libidine in mulieres vſque ad oris infamiam.

PALAESTRA. Graminea, olympiaca, liquida, nitida, vncta, pinguis catenata, nuda, ledæa, mollis, forus, hercules argiua, dura, ſpartana, madida, agilis, decora, amphionia agreſtis, palatina. *Palæſtra dicitur luctatio, qua Græci olim exercebantur. Hinc Palæſtrici dicebantur, qui motus, geſtuſque formabant, vt in palæſtra brachia eſſent recta, ne indocta ruſticane manus, ne qua in proferendis pedibus inſcitia. Porrò moris erat, vt luctaturi ceromate, id eſt, oleo cerato perfunderentur; quos qui vngebant, vocabantur* Ceromatiſtæ. *Hinc palæſtra vocabatur* liquida, vncta, pinguis, madida.

PALAESTRITA. Lubricus, doctus, captator.

PALAMEDES. Nauplíades, miſer, ingenioſus, doctus, acer, prudens, perspicax, Belides. *Fuit filius Nauplij regis Eubœæ, qui fraude Vlyſſis interfectus eſt à Græcis. Hic tempore belli Troiani quatuor literas fertur inuenisſe, ξ, ϑ, φ, χ. Inuenit etiam ordinem aciei, dationem ſigni, & teſſeras, Ouidius libro 13.*

PALATIVM. Altum, ornatum, fuluum, aureum, ſaxeum, turritum, regale celſum.

PALATVM. Auidum, tenerum, molle, delicatum, carnoſum, uuens, ſubtile.

PALEA. Pinguis, leuis, inanis, exigua horna, exilis, ferulis, volans, ſtridens, tritícea.

PALEAR. Pendulum, promiſſum, amplũ, demiſſum.

PALES. Magna fecunda, ruſtica, paſtorum domina, ſacra, telluriſtris, grandæua, montana placida, ſiluicola, veneranda. *Pales dicitur dea paſtorum. Sacra eius vocabantur Palilia, ſeu Parilia, tranſmutatione litteræ. Hic dies natalis erat vrbi Romæ à paſtoribus conditæ. Propert. lib. 4.*

Genus

Genus sacrificij erat, vt accersis stramentitijs fascibus ignem saltu transilirent, posteáque lac biberent qui fructus est pecoru.

PALILIA. Fumosa, festa, annua, puerilia.

PALINVRVS. Iasides, Iasij filius, infelix, gubernator. *Fuit gubernator nauis Æneæ, qui dum obrepente somno dormitaret, incautus decidit in mare, neque tamen tunc primum sibimet ipsius est, sed cum portus (qui Velinus postea dictus est) adnaret, ab incolis pro bellua marina obrutus est. Virgil. lib. 5. Æneid.*

PALLA. Tænarea, tenuis, hyacinthina, splendida, lutea, tyria, sidonia punicea, aurata, fulgens, superba, aurea, diues, nitens. *Palla dicitur honestæ mulieru vestimentum. In Gallia viri etiam vtebantur hac veste.*

PALLAS. Docta, sæua, armisona, tritonia bellipotens, belli præses, intacta, bellica, tritonis, bellatrix, torua, seuera innuba, ægisona innupta, aspera coniuica, armata, doctifica, prudens, animosa, bellicosa, filia Ionis, fera, furens, casta, doctiloqua, ausonia, amœna, armigera, belligera, anguitenens, dædalea, prædocta, scyrias, litorea, ferox, glaucopis, sais, nonis, pronida, halea, dædala, nata Tonantis, Gorgophora.

PALLAS. Niueus, formosus, albus instar niuis. *Filius Euandri, interfectus a Turno. Virg. lib 10.*

PALLIVM. Sericum, coccineum, philosophicum, onerosum, purpureum, demissum terræ. *Ouid. Pallium vestimẽtum erat Græcu peculiare. Hinc* Palliatæ comœdiæ, *quæ scriptæ sunt secundum ritus & habitus Græcorum palliatorum.* Palliati & Palliolati *dicuntur induti pallio. Pallium quoque vestimentum philosophicum. Diminutiuum est* Palliolum. *Et aduerbium* Palliolatim.

PALLOR. Viridis, terribilis, obscurus, albus, luteus, buxeus, marcidus, buxans, exanguis, tacitus, deformis, infernus, lucidus, similis buxo, truculentus, exanimis,

nimis, languidulus, albescens, sepulcralis, plumbeus, liuidus, gelidus.

PALMA. Ardua, florida, victrix, foliata, virens, viridis, tremula, egregia, amœna, ægyptia, fulua, vmbrosa, idumæa. *Et* nobilis, olympiaca, Elæa, egregia, viridis, virens, triumphalis, *pro victoria. Palmas abundat Iudæa. Reperiuntur etiam in Europa, sed steriles. In maritimis Hispaniæ fructum ferunt, sed immitem: dulcem in Africa, sed statim euanescentem. Orientales ex his vina conficiunt, & nonnullæ gentes panem. Terra fœmida & fabulosa habet frugiferam palmam. Gaudet & riguis. Coma eius est in cacumine, & pomum non inter folia, sed inter ramos. In certaminibus palmam signum esse placuit victoriæ: quoniam ingenium eiusmodi ligni est, vt vrgentibus, prementibúsque non cedat.* Pálma, *pro palmula fructu*, rugosa *dicta Ouidio.*

PALMA MANVS. Rosea, albens, tenella.

PALMES. Lætus, methymnæus, viridis, tener, longus, fructuosus, vber, grauidus, nisæus, vitifer, lentus, opacus, racemifer, frondens, fructuarius, nobilis, falernus, pampineus, vernus.

PALVMBES. Raucæ, aëtiæ, torquatæ, plausitantes, teneræ. *Palumbes distant à Columbis multis modis, sed ætate præcipuè. Viuere enim palumbes ad triceſimum annum, aliquos ad quadrageſimum, Aristoteles est auctor; vno tamen incommodo vnguium, eodem & argumento senectæ. Columbæ octonis annis viuunt, sicut & turtures. Dicitur autem* palumbes, *&* palumbus *virili genere.* Torquati *autem dicuntur, à torque colli ornamento, quòd eo velut insigni quodam splendeant.*

PALVS. Teres, saligneus, ligneus.

PALVS. Crassa, placida, laxa, pigra, torpens, limosa, stagnans, liquida, vda, caua, nigra, vasta, fœda, lenta, sordida, bibula, lata, placida, piscosa, cœnosa, madida, curua,

curua, ſpurca, rimoſa, putrida.

PAMPINVS. Viridis, tener, prorepens, viniflvus, mitis, opacus, fœcundus.

PAN. Cuſtos ouium, tegeæus, lycæus, hirtuoſus, ruſticus, deus pecoris, arcadius, potens nemorum, mænalides, telluriſter, ſemifer, capripes, montiuagus, arcas, cicuticen, pauidus, deus Arcadiæ, montanicola, ruieſter, cornua longus, rubens, ruricola, bicornis, arcadicus, ſoliuagus, ſiluiuagus, aruiuagus, corniger, lupereus, agreſtis, ſemicaper, querulus, velox, montanus, proceruus, pinu præcinctus cornua, montanus. *Pan deus eſt paſtorum, qui fingitur habere cornua in ſimilitudinem radiorum Solis & cornuum Lunæ. Facies eius rubet inſtar aëris. Pars corporis inferior eſt hiſpida propter feras, arbores, & virgulta. Habet & pedes caprinos. Fiſtulam primus ſeptem diſparibus calamis compoſuit. Colebatur in Lycæo, & Mænalo montibus Arcadiæ, & tota Arcadia. Feſta eius dicebantur Lupercalia, fiebantque in Auentino monte, menſe Februario, quorum auctor fuit Euander propter Romulum & Remum nutritos à lupa.*

PANACEA. Odorifera, potens. *Herba eſt cuius ſuccus morbis omnibus medetur, vt vocabulum ipſum inducat.*

PANCHAIA. Pinguis, diues, arenoſa, thuifera.

PANCRATIVM. Durum, robuſtum. *Genus erat ludicri certaminis, & exercitamenti. Eo qui ſe exercebant, vocabantur Pancratiaſtæ. Gellius lib. 3.*

PANIS. Triticeus, furfureus, prædulcis, frumentatus, iurulentus, rubidus, cibarius, primarius, aceroſus.

PANNONIA. Viro fortis, imperiis grauida, læta ſolo, irrigua, diues.

PANNONII. Feroces, armiferi, fallaces.

PANNVS. Textilis, ſubtilis.

PANTAGIAS. Fugax, rotans ſaxa. *Fluuius Siciliæ.*

PANTHERA. Ferox, picta, maculoſa. *Panthera*

verſico-

versicolores sunt maculæ, qui color cunctas quadrupedes sollicitat, sed oris torvitas deterret: Propterea capite ipso occultato Pantherę, reliquas feras dulcedine illectas corripiunt. Feruntur habere in armo similem Lunæ maculam crescentem in orbes, & paulatim curuantem cornua, &c.

PAPAVER. Cereale, vescum, lethæum, fecundum, soporiferum, grauidum, plenum sopore, agreste, frigens, medicatum, luteum, purpureum

PAPHVS. Flouifera, cypria, celsa, dilecta Veneri. *Vrbs est in Cypro insula.*

PAPILLA. Tenuis, decora, habilis, tumida, candens, vndiflua, aureola, tenera, lacteola, nitida, vesicula, gemmea, niuea, bella, furtiua, altrix, sublustris, teres, gemipoma, pomosa, horridula, aurata, rosea, lactas, lactea.

PAPYRVS. Bibula, ægyptia, niliaca, tenuis, fragilis, viridis, augusta. *In lacunis Nili nascuntur iunci, ex quorum tenuissimis fissuris contexuntur chartæ, & vela, & vestes, & strigulæ. Est autem papyrus frutex ille ibidem nascens. Dicitur & papyrum in neutro genere.*

PARADISVS. Sacer, optatus amœnus.

PARASITVS. Edax, impurus, inanis, pernoctans.

PARCAE. Concordes, iniquæ, veraces, veteres, nentes, duræ, nigræ, immites, celeres, nocentes, inimicæ, sæuæ, lanificæ, tetricæ, veridicæ, auidæ, malignæ, crudeles, inuidæ, seueræ, impiæ, fetæ, immotæ, stygiæ, rapaces, tristes, feroces, mœræ, non mendaces *Horat. Parcæ seu deæ fatales dicuntur a poëtis, Clotho, Lachesis, Atropos. Finguntur autem Demogorgonis filiæ; secundum Tullium Erebi & Noctis. Alio nomine vocantur Fata. Dicuntur metiri vitam hominum fusis & staminibus, quæ ex sua colo nent & deducunt. Hinc vocantur Lanificæ.*

PARDVS. Celer, volucer, pernix, leuis, fulmineus. *Pardus benedolat, quo odore cetera fera, i nuitatæ propius accedant*

dunt, quæ ille immolat. In Caria & Libya reperiuntur admodum prælongi, animo imbelles, saltu agiles; pelle adeo dura, vt ferro non cedat. In prioribus pedibus quinos habet digitos; posterioribus quaternos. Fœmina frequentior est inuentu. Ex Pardorum genere est bitis, quæ si à muliere afficiatur, eam in morbum adducit.

PARIS. Latericius, cæmenticius, muscosus.

PARIS. Dardanius, phrygius, perfidus, famosus, alexander, troianus, priamides, idæus, adulter, phryx, lasciuus, priameius, troicus, iudex dearum, laomedonteus, temerarius, potens, fatalis, iliacus, roseus, procax, dardanus, incestus, semiuir, pulcer, formosus, pastor Horat. Phrygius raptor Stat. *Paris, seu Alexander, filius fuit Priami & Hecubæ, auctor belli Troiani propter raptum Helenæ, quam violato iure hospitij furtim sustulit Menelao. Quod ex tum prægnans Hecuba futurum senserat. Somniauerat enim, cum esset grauida, se parituram facem qua tandem aliquando conflagraret Ilium. Quod cum intellexisset Priamus, natum infantem iussit exponi. Nihilo minus mater misertæ pueri propter elegantem formam, quam præseferebat, curauit vt furtim nutriretur à pastoribus in Ida monte Vbi cum adoleuisset, Oenonem virgunculam adamauit & compressit, suscepitq; ex ea duos filios. Fertur præterea fuisse nimium in dirimendis controuersiis, adeò vt orta inter deas Iunonem, Pallada, & Venerem, disceptatione de forma, propter aureum pomum a Ioue cælitus demissum, in quo scriptum erat, Detur pulcherrimæ, iudex sit constitutus. Quas cum vidisset nudas, sententiam tulit secundum Venerem, quæ pulcherrimam fœminarum eidem promiserat, neglecto regno, quod pollicebatur Iuno, & contempta, quam Pallas offerebat, sapientia. Cæterum Achillem in Apollinis templo sagitta confixit & interfecit. Demum ipse a cuius est à Pyrrho Achillis filio. Fuit enim peritissimus sagittarij, &c.*

PARMA.

PARMA. Caua, fulua, bellica, ærea, cruda, cælata, picta, alba, pedestris, leuis, breuis.

PARMA VRBIS. Martia id est, bellicosa, armigera.

PARMENIDES Eleates, physicus.

PARNASSVS. Arduus, biceps, bicornis, biuertex, niualis, bisidus, bicollis, gorgoneus, altus, Pierius, sacer. *Mons Phocidu, Apollini sacer & Baccho, duos habens vertices velut distinctos monticulos. De quo Lucan. lib. 5.*

PAROS Marmorea, candens, rigida, delphica, niuea.

PARTHENIVS, *fluuius.* Rapax.

PARTHENOPE. Euboïs, decora, inclyta, egregia, alta, insidiosa, dulcis, non rara colonis. *Stat. Non est semper Sirenis nomen, sed & vrbis in Campania, quæ postea Neapolis dicta. Sirenis nomen apud Ouid. in Epist.*

PARTHENOPAEVS. Arcas, erymanthius, tegæus, audax, inclytus armis *Virg. Filius fuit Meleagri & Atalantæ, rex Arcadiæ, qui adhuc puer ad bellum Thebanum profectus, ibidem occisus est.*

PARTHI. Leues, pugnaces, animosi, feroces, pileati, refugi, fugaces, martij, truces, volucres, potentes, celeres, fluxi, sagittiferi, immanes, fidentes fugâ, mendaces. *Horat. Parthi populi orientales sagittis adeò claruerunt, vt fugientes à tergo iacularentur, auersique sequentes hostes laderent perinde ac aduersi.*

PARTVS. Grauidus, tener, remorans. *Ouid.*

PASCHA. Sublime, sacrum, sacratum.

PASCVA. Læta, herbosa, rosida, frigida, pinguia, viridantia, fecunda, fruticantia, fumantia, humentia, viridia, blanda.

PASIPHAE. Asinaria, filia Solis, minoa, monstrifera, cnossia, dira, adultera. *Pasiphaë filia fuit Solis, vxor Minois regis Cretæ, quæ nefando tauri amore deflagrauit, cui beneficio Dædali coniunxit intra vaccam ligneam inclusa, & septa*

& septa iuuencæ corio. Ex quo concubitu natus est Minotaurus, monstrum biforme. Neronis principatu inter cetera ludicra spectacula taurus Pasiphaën in ligneæ iuuencæ simulacro abditam iniit, vt multi spectantium crediderunt.

PASSER. Argutus, saltitans, soliuagus, salax. *Passeres salacissimi sunt & argutissimi. Vita us breuissima. Mares diutius anno non viuere argumentum est, inquit Plin. quia nullus apparet initio veris. Nigricies, quæ est in rostro, æstate incipit. Femina longior paullo vita.*

PASSVS. Rapidus, volucripes, vagus.

PASTOR. Montiuagus, vagus, pauper, durus, montanus, egenus, vigil, lentus.

PATAVIVM. Antenoreum, *ab Antenore conditum*, latum.

PATELLA. Grandis, pura, lata, lauta, vncta, fragilis, exigua.

PATERA. Spumans, micans, patens, capax, gemmans, nitens, effigiata, aurea, aurata, filicata *Cic.* grauis.

PATIBVLVM. Execrabile. *Lactant Patibuli supplicium infame est, quo humiles & infimi affici solent. Hinc* patibulatus *Plautinum vocabulum, id est, suffixus cruci. Capitur etiam pro serra lignea, & instrumento vindemiatorio.*

PATIENTIA. Lenta, fortis, tranquilla, constans, præclara, longa. *Patientissimus apud Athenienses fuisse fertur Socrates: apud Lacedæmonios Agesilaus: apud Romanos Pomponius Atticus. Aristippus adeum qui ob verba miram, cum eo venerat, ait. Ne quæso à verbis propter iram discedamus, sed potius ab ira propter verba. Idem cuidam maledicenti ait, Tu maledicendi dominus, ego audiendi.*

PATINA. Grandis, fictilis. *Vas est in quo dapes liuæ & turulentæ feruntur ad mensam, à patendo, vt liquet. Hinc* Patinarij *gulones, quorum deus venter est, & animus nusquam alibi, quàm in popina.*

PATRIMONIVM. Vnctum, *id est*, pingue & opulentum, *Catull.* diues, lautum.

PATROCLVS. Actorides, *descendens ab Actore. Ouid. lib.* 13. Menœciades, *Menœcij filius. Patroclus Lo-crensis Menœcij filius fuit, qui cum Græcis ad expeditionem Troianam profectus est, & ibidem Achillis armis indutus, interfectus est ab Hectore. Quod vbi resciuit Achilles, tametsi propter iniuriam sibi ab Agamemnone Briseidem, abstinere bello constitu-isset, nihilo minus mutato proposito redut ad bellum, nec prius quieuit ex animo, quàm socij mortem vindicauerit.*

PATRONVS. Sollicitus anxius, sedulus.

PAVIMENTVM. Testaceum, tessellatum, vermi-culatum, asaroton, lithostratũ, subdiale, barbaricum, Pœnicum, cusarotum, scalpturatum, Græcanicum.

PAVO. Pictus, laudatus, Iunonius, gemmeus, eximius, fidelius, regius, retranscaudã, speculosus pupillans oculeus, fastus, superbus, inachius, gloriosus, maleuolus, gẽmans, versicolor, pythagoreus. *Fœmina concipit tertio vitæ anno, quo ferè varietate colorum induitur. Viuit annos XXV. Glo-riosus est & inuidus. Erecto pennarum flabello seipsum miratur. Fastũ suum reseruat hominũ inuidẽs vtilitati. Eius caro dura & concoctu difficilis. Columbas amat mutuò. Pauonẽ ibi gratia pri-mus occidit Roma Hortẽsius orator, &c. Poetæ fabulantur oculos Argi fuisse inditos caudæ pauonis à Iunone, cui sacer est ipse pauo.*

PAVOR. Humilis, molestus, gelidus, horribilis, tepidus, femineus, penetrans, cæcus, dubius, terrificus, sollicitus, degener, lymphaticus, amens, tremulus, acer-bus, exãnguis, elinguis, piger, tristis, sæuus, timidus.

PAVPERIES. Importuna, dura, immunda, incul-ta, gracilis, iniqua, aspera, arcta, atra, verecunda, popu-laris, humilis, exilis, proba, angusta.

PAVPERTAS. Fecunda, plebeia, sæua, audax, horrida, iniqua, infelix, maligna, sobria, contracta, du-

ra, hu-

ra, humilis, vaga, mala, indiga, ambitiosa, inops, fecunda virorum, ridicula, misera.

PAX. Innoxia, placida, tranquilla, tuta, incruenta, concors, candida, quieta, serena, composita alma, bona, togata, læta, aurea, blanda, ignaua, felix, amica, sancta, mitis, dulcis, niuea, siderea, innocua, sincera, lanigera, genialis, amœna, solida, opima, egregia, sequestra, festa.

PECTEN. Eburnus, argutus, cyroniac°, ratus, amphionius, niliacus, dulcis, lenis, orpheus, auratus, eburneus, canorus, aureus, blandus, prænitens, dentatus, resonans, vocalis, volucer, tyrius, thessalicus, flexanimus, vncus.

PECTVS. Musculosum, eburnum, nitidum, pulcrum, niueum, candens, eburneum, decorum, candidulum, delicatum, calidum, candidũ, cordatum, vastum, tenerum, apertum, spatiosum, castigatum, lacteolum.

PECVDES. Lanigeræ, mutæ, stolidæ, auidæ, fecundæ, terrestres, pronæ, barbigeræ, balantes.

PECVNIA. Mutuatitia, formosa, pretiosa, parens vitij, iucunda, dilecta, funesta, obscœna.

PECVS. Grauidum, molle, imbecillum, vagum, turpe, pingue, lanigerum, pauidum, infirmum, fœdum, lasciuum, lanatum, efferum, montuagum, cornigerum, vile, sordidulum, lusitans, stolidum, segne, formosum, generosum, placidum, ineus.

PEDES. Teneri, ambrosij, vagi, fugaces albentes, nitidi, niuei, tenelli, lacteoli, candentes, agiles, faceti, argentei, eburni, aureoli, molles, formosi, celeres.

PEDITES. Armati, scutati, auxiliarij, robur belli.

PEDVM. Incuruum, formosum. *Baculus pastoralis.*

PEGASVS. Ales, volaticus, aërius, medusæus gorgoneus, præpes, volans, cornipes, volucri, celer, aliger, fugax, bellerophonteus. *Pegasus fuit equus alatus, Neptuni & Medusæ seu Gorgonis filius, quo Bellerophon expeditionem sumsit*

sumsit contra Chimeram. Hic saxo in Helicone pedis vngula percusso, fontem nomine Hippocrenen elicuit. De hoc Ouid. 3. Fast.

PELAGVS. Patens, sonans, apertum, spumans, nauigabile, iacens, spumosum, insanum, tumidum, vndosum, sinuosum, vagans, tumens, stagnans, surdum, furens, infidum, vastum, sonorum, minax, fluctisonum, humens, immite, trux, deucalioneum, dubium.

PELEVS. Æmonius, *id est*, Thessalus. *Stat. lib. 2. Silu.* neptuninus, phthius, optimus hastâ. *Filius Æaci & Æginæ, qui Achillem genuit ex Thetide.*

PELICANVS. Officiosus, niliacus, ægyptius, phatius. *Peluanus vbi pullos suos necatos videt à serpentibus, latus sibi fodit rostro, & educto sanguine, vitam restituit mortuo. Volaterranus ait Pelicanum esse, quem Plinius* Plateam *vocat. Est autem Platea auis aquatilis conchas deuorans, quas vbi calore ventris concoxit, euomit.*

PELIGNI. Salubres, aquosi. *Ouid. lib. 2. Eleg. Populi sunt Marsis finitimi, quorum metropolis est Sulmo. Eorum vrbs est* Peligium, *natalis Ouidij locus.*

PELLEX. Probrosa, horrida, *Iuuenal.*

PELLIS. Lanata, hirsuta, villosa, aspera, deformis, dura, picta, rigida, lanata.

PELOPS. Tantalides, truncatus, dardanus, sæuus, periurus, phrygius, lacænus, insignis eburno humero. *Virg. Pelops filius fuit Tantali regis Phrygum & Taygetæ, quem pater coxit, & dijs comedendum apposuit. Sola tamen Ceres, reliquis abstinentibus, comedit humerum. Vitæ demum restitutus Pelops, humerum accepit eburneum. Bellum gessit cum Oenomao Arcadiæ rege, propter Hippodamiam eius filiam, quam deperibat, & petebat vxorem. Victus Oenomaus Pelopi filiam promisit, si eam vinceret certamine curuli. Accepta lege Pelops Myrtilum aurigam Hippodamiæ corrupit, eiúsque beneficio victor euasit, & compos voti factus est.*

PELORIS.

PELORIS, PISCIS. Fatua, *id est*, insipida *Mart. lib.* 10. Lucana, aquosa.

PELORVS. Piscosus, angustus, siculus, ausonius, celsus, sicanius, tumidus, altus. *Promontorium est Siciliæ Italiam versus, dictum à Peloro gubernatore nauis Hannibalis ibidem sepulto*

PELTA. Lunata, ærata, amazonica, thermodontiaca, informis, amazonia, horrida, falcata. *Pelta dicitur clypeus Amazonum in modum Lunæ recuruus Hinc Amazones dicuntur* peltiferæ *&* peltatæ.

PELVIS. Patula, sordida. *Vas est aquarium in quo proprie pedes lauantur: quamuis etiam dicatur de aliis rebus.*

PELVSIVM. Paludosum, lentiferum. *Vnum est de septem ostiis Nili, Arabiam separans ab Ægypto. Hinc Ægypty vocantur* Pelusiotæ *&* Pelusiaci.

PENATES. Nitidi, patrij, casti, tenues, sacri.

PENELOPE. Difficilis, candida, icaris, pudica, casta, icariotis, pia, fidelis, argolica. *Penelope filia fuit Icary, castitatis adeo incorruptæ, vt absente per viginti annos marito Vlysse, nullis procorum blanditus, nullis pollicitationibus ad violandam, quam marito promiserat, fidem, potuerit indui. Cum autem acrius instarent amatores, eos hac condicione deludebat, vt tum se promitteret nupturam, vbi telam, quam habebat in manibus, absoluisset. Quam condicionem postea quam accepissent illi, mulier astuta quod interdiu texuisset, noctu retexebat.*

PENETRALE. Arcanum, cauum, secretum, sacrum altum, abditum.

PENEVS. Stagnans, thessalus, canorus, amœnus, viridis, spumosus. *Fluuius est Thessaliæ, Macedoniam diuidens à Magnesia. In eius ripa poetæ fabulantur Daphnen in laurum fuisse conuersam, quæ propterea vocatur* Penea. *Fluit ex Pindo monte, testante Ouidio* 1. *Metam.*

PENNA. Præpes, leuis, trepidans, picta, mobilis,

præceps, alacris, velox, vaga, versicolor, volucris, stridens, volitans, celer, aërea, infirma, fugiens, niuea, olorina, pegasea.

PENSA. Mollia, reuoluta, longa, ferrata, volubilia, voluta, grauia, lydia.

PENTHESILEA. Furens, martia, sanguinolenta, fera, furibunda, mæotis, bellatrix. *Regina fuit Amazonum, ab Achille occisa in bello Troiano. Hæc enim muliebrem aspernata mollitiem, operibus semper quæ virum decent, innutrita est. Fuitque vexillifera, & ad auxilium Troianorum turmas equitum duxit.*

PENTHEVS. Echiónides, exlex, superbus, impius, demens. *Filius Echionis regis Thebarum, & Agaues: qui diuos Bacchi sacra contemneret, à matre ceteríque Mænadibus interfectus est.*

PENV. Locuples, annuum, instructum.

PENVLA. *vide* PAENVLA.

PEPLVM. Purpureum, fluens, laxum. Peplum *seu* peplus *vestis erat sollemnis, quæ viro vel fœminæ iniciebatur. Lactantius Grammaticus ait Peplum dici vestem candore eximio, aureis distinctam clauis, sine manicis; quam vestitores deorum simulacris inuoluebant. Hoc vestimentum primò instituerunt Athenienses. Texebatur matronarum manibus, intráque triennium nouum offerebatur, sed Minervæ in primis. Seruius ait pallam esse femineam Minervæ consecratam.*

PERDICCA. Emathius: *quoniã rex fuit Macedoniæ.*

PERDIX Gallula, picta, dædala, id est, ingeniosa, cacábans. *Perdices aues sunt salacissimæ. Ova dèperdut mares, ne cura incubatus Venerem impediat. Ad aucupes accedunt, vel deditionem fingunt, vt nullus tempus præstent ad fugam. Quos vbi fœminæ vident, prorumpunt sese, eósque sequuntur, & voce acclamant. Femina, paritura, stipulis & multa terra se circumuallat aduersùs insidias. Septimo die pullos excludit. Parit*

ens XV. Sacra est Ioui & Latonæ. Paphlagoniæ perdices dicuntur esse duplici corde; auctor Theophrastus apud Gellium.

PERFIDIA. Tartarea, subdola latens, liby ca.

PERGAMA Alta, neptunia, teucria, thœtela, dardana, phœbea, ardua, troica, Laurnia *Silio.*

PERICLES. Grauis, disertus, Olympius *dictus est poëtæ Comico, quòd tonare in concione videretur.*

PERICVLVM. Sæuum, dubium, anceps exitiabile, inextricabile, amarum, exitiale, triste, horrendum, laboriferum, funestum, apertum, capitale, durum, metuendum.

PERILLVS. Tauri fabricator, violentus, opifex tauri, infelix, sæuus. *Consultus enim à Phalaride tyranno Agrigentinorum, quonam modo sontes exquisitissimo torqueri possent supplicio: suasit faciendum esse taurum aneum, quo inclusi suppositis flammis adurerentur, mugitus boum imitantes. Quod audiens Phalaris, auctorem primum omnium sceleris puniuit inuento. Ouid. 5. Trist.*

PERNA. Fumosa, debilis *Statio.* fuilla.

PERNICIES. Grauis, insanabilis, tremenda, grassans, tristis, extrema, gliscens.

PERO. Crudus, altus, informis, laxus. *Rusticum est calciamentum è crudo corio. Fit inde* peronatus *adiectiuum, quo Persicis utitur.*

PERSAE. Infidi, vaniloqui, achæmenij, arsacidæ, mendaces, graues, achæmenidæ *Persæ & Parthi populi sunt Orientales, luxu & deliciis corruptissimi: unguentis madent: gloriam in bibendo quærunt; & quanto plus bibunt, tanto plus sitiunt. Dediti sunt crapulæ: vescuntur cicadis. Fœtido sunt halitu, propter indiscretos cibos, & nimium haustum.*

PERSEPHONE. Seuera, acerba, regina Erebi, mala, turbida, sedula callida dura.

PERSEVS. Ioue satus, inachides, abantiades, danaeius,

nacius,acrisioniades,aurigina,aureus,celer,daphneïus, aërius,inachius, alatus,sthenoboeius, ferox, abantius, natus Danaës, fulgens, danaëa propago, acrisioneus, victor Medusæ, pennifer, pennipes. *Iupiter conuersus in guttam auri, compressit Danaen filiam Acrisij regis Argiuorum, susceptoque ex illa Perseum, qui adultus Acrisium auum, à quo fuerat expositus, regno detrusit & interfecit. Andromedam filiam Cephei regis Æthiopum monstro marino expositam liberauit, & Vulcani gladio (qui Harpe dicitur) Medusam interfecit. Propert. lib. 3. Ouid. 4. Met.*

PERSICA. Dulcia, mitia. *Persica dicuntur à Perside regione his abundante: nam & illinc primùm aduecta sunt. Habet & Ægyptus persicum arborem similem pyro.*

PERSIS. Gemmifera, pharetrata, barbara, danaeïa, coa, diues.

PERSIVS. Nebulosus. *Aulus Persius Flaccus natus est Volaterris oppido Hetruriæ. Floruit imperante Nerone. In Grammatica præceptorem habuit Rhemnium Palæmonem, in Rhetorica Flauium Virginium. Probis fuit moribus, & egregia vitæ integritate. Composuit Satyras sex, in quibus testimonio Martialis maiorem promeruit laudem, quàm Marsus in tota sua Amazonide. In his imitatus est Lucilium. Mortuus est non dum completis annis XXX.*

PERVICACIA. Adamantina, immota, dura.

PESTILENTIA. Lethalis, vrens, exitialis.

PESTIS. Fluida, ignea, noxia, sæua, gelida, atra, rapida, feruida, inimica, auida, rabida, misera, stygia, infesta, dira, tristis, acerba, fera, lethalis, atrox, mortifera, violenta, improba, maligna, minans dura, damnosa, fœda, grauis, turbida, lethæa, tetra, aërea, lethifera, sanguinea.

PETILIA. Parua. *Oppidum Lucaniæ conditum a Philoctete; de quo Sil. lib. 12. & Virgil. lib. 3. Æneid.*

PETRAE. Scironides, *à Scirone latrone, quem Theseus è*

saxo

saxo præcipitauit in mare, vbi ossa eius mutata sunt in saxa quæ propterea vocantur Sirenia. Ouid. 7. Metam. Vrbs est Sicilia.

PETRVS. Clauiger, idumæus, hamiger, solymus.

PEVCE. Viridis, barbara, borealis. *Insula est à nomine virginis Peuces dicta, quam Ister compressit, numeraturque inter ostia Istri. Aly dictam putant à Peucis, id est, muricibus in eum confluentibus locum.*

PHAEDRA. Scelerata, pasiphaëia, cretia, minoia, cnossiaca, thesea, funesta, incesta. *Filia Minois regis Cretæ & Pasiphaës, & vxor Thesei; quam furiæ Veneris adeo torquerunt, vt laqueo spiritum sibi interceperit, quòd Hippolyti priuigni, cuius amore impatienter æstuabat, connubium non posset exorare. Moriens tamen scelerata mulier litteras reliquit, quibus Hippolytum stupri arguebat, suaque morte vocabat auctorem.*

PHAETHON. Ambustus, magnanimus, Sole satus, proles clymeneia, infelix, hyperioneus, encaustus, pronus, audax, deuius, rutilus, errans, stolidus, temerarius, clymeneius, puer Clymenes, filius Clymenes, combustus, flammatus. *Filius Solis & Clymenes, qui dum currum patris temerè regendum suscepisset, equis insolitum aurigam nec audientibus nec agnoscentibus, fecit vt totus conflagraret mundus. Propterea celo excussus decidit in Padum, ibique sul mersus est.*

PHAETHONTIADES. Clymeneides, virides, populeæ, frondosæ, miseræ, nobiles, longæ. *Filiæ Solis & Clymenes, quæ nimia doloris impatientia dirigerunt in populos, cùm ruinam fratris impatientissimè ferrent.*

PHALANTVS. Tanagreus, *à Tanagro fluuio Lucaniæ.* Ledæus, *id est*, Laconicus, clarus, lacon. *Phalantus fuit Lacedæmonius, qui auctore & principe Spartani Tarentum condiderunt, Horat. 3. Carm.*

PHALANX. Numerosa animosa, dira, vexilligera, sarissigera, belligera, immobilis, æmonia. *Phalanx est dictio Macedonica, quadratam aciem & cuneum militarem pro-*

prie significans, quando pes pedi, clypeus clypeo, vir viro, in acie conserebatur : qui mos erat Macedonum peculiaru. Capitur tamen pro quouis exercitu. Virgil. lib. 6.

PHALARICA. Vibrata, metuenda, contorta. *Phalarica genus erat teli, quod ex phalu, id est, turribus ligneis intorqueba-tur. Erat autem præfixa valido ferro in modũ hastæ, intra cuius tubũ & hastile sulfur, resina, bitumen, & stuppa conuoluebãtur, infuso oleo quod incendiarium vocabãt, & è balista emittebatur.*

PHALARIS. Siculus, trux, crudelis, ferox. *Tyrannus fuit Agrigentinorum, ætate Seruij Tullij : qui cum sontes torreret in tauro æneo, cuius inuentor fuit Perillus, XVI. suæ tyrannidis anno à socijs in eundẽ taurum ipse coniectus est, lingua prius resecta ; perijtque supplicio quod alijs irrogare consueuerat.*

PHALERAE. Nitentes, equestres, fulgentes.

PHALERNVM. Indomitum, seuerum, ardens, vetus, forte, surrentinum, albanum, liquidum, vetulum, annotum, nigrum, setinum, calidum, fumosum, molle, lene, campanum, dulce, nobile, nectareum.

PHALERNVS. Vber, latius, vetus. *Mons est Campaniæ feracissimus optimi vini.*

PHALISCI. Pomiferi, iunonicolæ. *Populi sunt Volscorum pomu abundantes.*

PHANAEVS. Antiquus, vitifer. *Mons est in Chio ferax optimi vini.*

PHAON. Conspicuus, marmoreus, formosus, durus. *Phaon fuit pulcherrimus hominum, quam inter lactucas Venus occultauit. Ferunt oblatum ei ab ipsa Venere alabastrum vnguenti, quo cum se obleuisset, factus est omnium formosissimus, propterea j. adamatus à Mitylenaorum mulieribus, sed maximè à Sapho poetria Scamandronimæ filia.*

PHARAO. Ægyptius, demersus, pharius, superbus, sæuus. *Rex fuit Ægypti, qui dum Israëlitas persequeretur, mare rubrum virga Moysi diuisum ingressus, cum toto exercitu*

perijt

periit, & submersus est.

PHARETRA. Cretia, insignis, cnossa, sagittifera, picta, cydonæa, capax, scythica, resonans, amyclæa, apollinea, lycia, leuis, pendēs, decora, habilis, immanis, aurata, venatrix, hamata, venenifica, nitida, trux, setosa, medica, versicolor, nitens, pendula, grauida agilis, mucronigera thrax, minax, amazonia, cnossia, coa, sæua. *Cretenses, Cnossij, Cydonij, Scythæ, Spartani, Lycij, Thraces, Medi, & omnes ferè populi Orientales, peritissimi fuerunt sagittarij. Hinc tracta sunt quædam huius dictionis epitheta.*

PHARMACVM. Adipsum, alimum. *Plutarchus in Symposio septem sapientum, vocat pharmaca* alima *&* adipsa, *quæ famem obrepere & sitim prohibeant.* Pæonium, *à Pæone medico peritissimo, à quo herbæ quoque salutares vocantur Paoniæ.* Salutare, auxiliare.

PHAROS. Clara, palmifera, excelsa, nocturna, ptolemæia, nuda. *Insula est Ægypti contra Nili ostia, à nauclero Menelai ibidem sepulto nuncupata. In ea Ptolemæus rex Ægypti fecit turrim altissimam inter septem orbis miracula connumeratam, talentu* 800. *non ad alium usum quam nocturnos ignes nautarum cursui ostendendos. Eius operis architectus fuit Sostratus. Lucan. lib.* 9.

PHARSALOS. Emathis, *id est*, Thessala, nobilis: *fuit urbs Thessaliæ. Lucan lib.* 9.

PHASELVS. Fragilis, fictilis. *Iuuenal. Satyr.* 15. picta, curua. *Nauigium est Campanum.*

PHASIANVS. Phasiacus, *à Phasi Colchorum fluuio*, phasius, scythicus. *Iuuenal. Sat.* 11. *Phasiani aues à Phasi Colchorum fluuio sumserunt nomen. Gemmas ex pluma aures sublimittunt surrigúntque, pediculo infestantur, & interimuntur quandoque, nisi sese piluerent. De his Martial lib.* 13.

PHASIS. Pōticus, limosus, niuosus, ferus, horridus, gelidus, colchus, rapidus, magnus, scythicus, cœnosus, barbarus,

barbarus, altus, asper. *Phasis celebratissimus est Colchorum fluuius. Defluit in Euxinum mare.*

PHERECYDES. Tragœdus, diuinus. *Hic poëta perijt morbo pediculari. Plinius, Pherecydes Syrus, inquit, copia serpentum ex corpore eius erumpente, exspirauit.*

PHILAENIS *opus scripsit* ἀκόλαστον *& spurcum de concubitus ratione, teste Athenæo,* Leucadia, impudica.

PHILETAS. Cous, *Ouid. 1. Trist.* famius. *Hic poëta florui ætate Philippi & Alexandri Macedonum. Præceptor fuit Ptolemæi Philadelphi. Scripsit elegos & epigrammata. Suis carminibus celebrauit Battidem puellam, quam adamauit. Fuisse fertur corpore adeò tenui, vt necesse fuerit plantu eius plumbum adhibere, ne ventorum flatu raperetur.*

PHILIPPVS MACEDO. Callidus, animosus, fœdifragus, clarus, Pellæus. *Filius fuit Amynta. Athenienses vicit per insidias. Penetrauit in Illyricum. Lariſſam vrbem cepit. Thessaliam aggressus est, & expugnauit nihil sibi timentem. Olympiadem Neoptolemi regis Molossorum in vxorem duxit. Expugnauit Methonem vrbem Magnesiæ, vbi dextrum amisit oculum. Phocenses diripuit & eorum ciuitates. Olynthum vrbem, cuius custodes auro corruperat, deleuit.*

PHILISTION. Ridiculus. *Nicæus poëta Comicus.*

PHILOCTETES Pæante satus, Iaëttiades, pæantiades, pæantius. *Filius fuit Pœantis, cui Hercules moriens sagittas suas hydræ veneno tinctas reliquit. Quarum vna vulneratus, ærumnabili dolore excruciatus est. Tandem tamen curatus à Machaone medico.*

PHILOMELA. Daulias, Pandione nata, pandionia, getica, ædonis, flebilis, attica, tristis, ismaria, garrula, sibilans, torua. *Pandion rex Athenarum duas habuit filias, Prognen & Philomelam. Harum altera Progne nupsit Tereo regi Thracum, suscepitque ex eo Itym filium, quem postea interfecit: & marito comedendum apposuit, quòd u Philome-*

lam-

lam sororem suam, de qua nunc loquimur, stuprasset, eique ne proderet facinus, linguam abscidisset. Omnes demum commiseratione deorum in aues commutati sunt: Tereus in vpupam, Progne in hirundinem, Philomela in luscinian.

PHILTRA. Pallentia, ignea, sæua, morbida, tabida; thessala, magica, nocentia.

PHINEVS. Cretus Agenore, fatidicus, cæcus, *Val. Flacc. Phineus rex fuit Arcadiæ, ditissimus & admodū auarus, qui mortua vxore Stenoboë, ex qua Palæmonem & Phinea susceperat, duxit vxorem Harpalycen Boreæ filiam, Zethæ & Calais sororem. Suasu huius Harpalyces interfecit filios ex priore coniuge susceptos. Propterea diu flagitium vlciscētibus immissa sunt Harpyiæ aues rapacissimæ, cibos eius & mensam turpissimè fœdātes. Quas demum fugauerunt Zethes & Calais.*

PHLEGETHON. Furens, vastus, tartareus, sæuus, ardens, fumidus, apertus, sonorus, inamœnus, igneus, violentus, ater, auarus, rapidus, stygius, niger, infernus, flammeus, tænarius, obscurus.

PHLEGMA. Salsum, aquosum, udidulum.

PHLEGRA. Tumida, vetus, sparsa impio cruore *Senec. Locus in Thessalia, in quo gigantes à Ioue fulminati sunt.*

PHOCAE. Turpes, deformes, immanes, tetræ, soporiferæ, rigentes. *Pisces sunt, qui & mugitu boues marini dicuntur. Teguntur pilis & corio, pariunt in terra pecudum more, & coëunt instar canum. In somno mugiunt. Vnde & vituli meruerunt nomen. Spirant & dormiunt in terra. Pelles earum non tanguntur de cælo, teste Plinio.*

PHOCIS. Trifida, sonora, larga, obliqua, humida, parua, aonia. *Regio est inter Atticam & Bœotiam, in qua Delphi oppidum fuit, item fons Castalius, Cephisus amnis, mons Parnassius, & Apollinis templum.*

PHOCVS. Æacides, nereius. *Ouid. 7. Metam.*

PHOEBAS. Effrena, *Sacerdos Phœbi, & vates.*

PHOEBE.

PHOEBE. Aurea, latonia, innupta, iacularrix, lucida gelida nemoralis, clara, candida, nocturna, innuba, menstrua, pallida, vaga, argentea pulcra, latmia, velox, humida, multiuaga uiania, rosida.

PHOEBVS. Auicus, candens, roseus, faridicus, calidus, tenet, augur, insignis, canorus, launfer, taluber, terrificus, doctus, laurger, fatidicus, multifidus, parnasseus, coruscans, potens numeris, auricomus, sagittarius, flammilucus, palatinus, ephebus, candidus, actiacus, lycius, rutilus, saluifer, sagittifer, sonorus, sublimis, purus, crinitus, velox, calescens, intonsus, nitens, nitidus, igneus, vaniloquus, radiosus, lucifluus, calens, clarus, rubicundus, feruidus, ignifluus, omnuomens, rosidus, vagans, lacidus flammiger, rapidus, delphicus, coinatus, ardens, clarius, mitra, vagus, genialis, coruscus, comosus, tiranus, decorus, actius, inclytus, radiant.

PHOEMONOE. Vaga, arcana. *Stat. 2. Silu. Fuit Phœbi filia, quæ prima carmen heroicum cecinit.*

PHOENIX. Reparabilis, viuax, nobilis, pharius, longæuus, vnicus, auis Solis, gangeticus, assyrius, soligena, tiranius, alumnus Phœbi, æternus. *Phœnicem vnum in toto orbe habet Arabia, aquilæ magnitudine, auri fulgore circa ceruicem, cetera purpureum. Cauda cærulea, roseis pennis distincta, facie cristu ornata, & plumeo apice caput honestante. Quorundam est opinio, neminem extitisse, qui viderit vescentem. Sacer est Soli. Viuit annos 660. Senescens casia, thuríque surculu construit nidum, quem odoribus replet, & superemoritur. Ex ossibus deinde & medullis nascitur vermiculus, inde fit pullus, qui priori funeri iusta reddens, totum nidum defert in vrbem quandam Panchaiæ Soli sacrum, ibique in ara deponit. Plinius ait, allatum fuisse Phœnicem in vrbem Romam Claudij principe censura: anno vrbis 800.*

PHOENIX. Amyntorides: *quia filius fuit Amyntoris,*

eadem

cacus. Ouid. in Ibin.

PHOLOE. Opaca, *Stat. lib. 3. Theb.* niuosa. *Mons est Thessaliæ in quo habitabant Centauri.*

PHRYGES. Primigenij, *Appul.* seminiri *Virg.*

PHRYXVS. Nubigena, æquoreus, profugus, grauis, æolius, pectitor Helles, Athamantides. *Poëta dicunt Thryxum & Hellen eius sororem, Athamantis patrui sororem, & insidias nouercæ fugientem, arietem conscendisse, eoque vectore intrasse mare. Hellen decidisse in pontum, Phryxum Colchos peruenisse: molumem, & arietem Ioui immolasse.*

PHYLLIS. Rhodopeia, threïcia, sithonis, misella, frondosa, impatiens, misera, diues. *Phyllis filia fuit Lycurgi regis Thracum, quæ ægrè ferens se relictam & stratam a Demophoonte filio Thesei, quem vnicè deperibat, & ab expeditione Troiana reuertentem hospitio susceperat, vitam laqueo præfocauit. In amygdalum postea, vt fabulantur poëtæ, versa.*

PIACVLVM. Dirum, infandũ, miserandum *Silio.*

PICA. Improba, salutatrix, loquax, garrula, dicta, rostricen, canens rostro.

PICEAE. Pingues, nigrantes.

PICTI. *Scotiæ populi, qui notis & stigmatibus inurebant se.* Ferro notati, ferro picti gonas. *Claud.* — nec falso nomine Pictos.

PICVS. Læuus: *quoniam numeratur inter aues inauspicatas.* Martius: *quoniam sacer est Martis.* Rostricanus, maiorinus, audax, obscœnus. *Picus auicula est aduncis unguibus arbores excauans, in quibus pullos educat: Pica dissimilis est pico. Eodem die commutat voces. Nidificat in arboribus, parit oua nouem. Expressior est ei loquacitas quàm psittaco, adamat verba quæ loquuntur. Nec discit tantùm, sed diligit. Emeritur recta difficultate verbi. Et nisi subinde eadem audiat, memoria fallitur. Plinius ait eas facilius discere, quæ glande vescuntur, & quinos habent digitos in pedibus, &c.*

PIR-

PIERVS. Diues. *Habuit Pierus nouem filias, quæ Musas ad certamen prouocauerunt, sed ab illis deuictæ, & in picas mutatæ dicuntur. Ouid. 5. Metam.*

PIETAS. Mitis, egregia, sancta, eximia, humana, officiosa, clemens, inermis, casta, cana, tenera, morigera, illustris, concors, trepida, spectata, hilaris, benigna.

PIGRITIA. Iners, léta, delicata, crispa, tardigrada.

PILA. Volubilis, rotunda, leuis, saxea, plumbea, sulfurea, fulminea, velox, cita. *A pila dicuntur & Pilulani, quos vocamus colubrinarios, qui ferreos molares machinis bellicis in hostes conterquent.*

PILATVS. Dirus, impius, immanis.

PILEVM. Textile, *Appul.* clauatum, sutum. *Pileus seu Pileum dicitur virile capitis tegumentum. Olim serui cùm manumittebantur, capite raso pileum accipiebant. Martial. lib. 2. Totis pilea sarcinis redemi, hoc est, rebus omnibus contemtis, peperi mihi libertatem.*

PILI. Fruticantes. *Iuuen.* frequentes, densi.

PIMPLA. Viuens, pieria, Thracia, sancta. *Locus est iuxta Parnassum, sacer Musis & Apollini.*

PINDARVS. Thebanus, ætheriuagus, immensus, inimitabilis *Horat. Pindarus princeps fuit Lyricorum apud Græcos. Floruit Æschyli temporibus. Scripsit lingua Dorica, Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia. Primas meruit inter nouem Lyricos, quorum hæc sunt nomina, Alcæus, Sappho, Stesichorus, Ibycus, Bacchylides, Simonides, Alcman, Anacreon, & Pindarus ipse. Alexander, cùm Thebas euerteret, & in omnes sæuiret sine discrimine, Pindari vatis penatibus parci iussit. Exspirasse fertur obdormiscens in gremio pueri adamati, Valerio teste. Vide & Quintil. lib. 10. Institut. Orat.*

PINDVS. Celsus, thrax, niualis, pinnifer, gelidus, nubifer, perrhæbus, *a Perrhæbe vrbe, vel Perrhæbus Thessaliæ populus, qui Lapitharum potentia fracti profugerunt in loca*

montana

montana vicina Pindo Theſſaliæ monti. Propert. lib. 3. phœbeus, ingens, Theſſalus.

PINETVM. Nucliferum, virens, opacum.

PINVS. Nautica, florida, ſilueſtris, virens, pontica, hirſuta, acuta, amans litora, procera, cornigera, odora, caua garrula, multifida, capillata, cybeleia, berecyntia, conifera, picea, pinguis, nutans, ardua alta, grata deûm matri, pronuba, Athamantæa. *Pinus arbor non floret. Folia habet capillata, quæ non decidunt. Firmiſſima eſt aduerſus cariem & tineas. Umbra eius necat germina. Sterileſcit, ſi quis cacumen auferat, nec tamen emoritur. Eius eruca vocantur pityocampæ. Exciſa nullam remittit ſobolem, ſed prorſus emoritur. Propterea Cræſus (vt eſt apud Herodotum in Erato) minabatur ſe exſtirpaturum Lampſacenos pinus in morem. Aptiſſima eſt naugu. Frequens eſt in Atlante, Ida, Lycæo, Simoënte, Mænalo, & Othry. Sacra eſt Cybele. Pinaſter vocatur ſilueſtru pinus à medio ramoſa, vt pinus in vertice. Copioſiorem parit reſinam. Folia habet prætenuia, & mucrone aculeata, quæ non amittit.*

PIPER. Rugoſum, vrens, acre, mordax.

PIRATAE. Vagi. *Fuerunt marini latrones in Cilicia, qui non alio quæſtu, quam furto viuebant.*

PIRENE *fons Corinthi in arce, à Pirene Achelois filia, vt Pauſanias ſcribit,* Acheloïs. *Iunius:*

Indignè enectò mœrentem Acheloïda nato,
In fontem è lacrymis delicuiſſe ferunt.

Pallida *Pers. quòd poëtas ſtudio intentos pallidos faciat.*

PIRENE, *mons altiſſimus, Galliam ab Hiſpania diuidens.* Aëria, alta, prærupta.

PIRITHOVS. Ixionides, Ixione natus, audax. *Stat. lib. 8 Theb. Theſeus cum Pirithoo amicitiam iureiurando confirmauit, quæ numquam diuelli potuit. Propterea finguntur à poetis comitatu indiſſolubili ad inferos deſcendiſſe ad rapiendam Proſerpinam. Martial. lib. 7.*

PISA. Vndosa, etrusca, prisca.

PISAE. Tumidæ, Tyrrhenæ. Alpheæ, *ab Alpheo fluuio propinquo. Virg. lib. 10. Cuncta Tusciæ.*

PISCATOR. Sollers, hamiger, æquoreus.

PISCATVS. Hamatilis.

PISCINA. Marina, *Mart. lib. 12.*

PISCINA. Aquosus, fluuialis, mutus, vagus, squamiger, saliens, tacitus, æquoreus, tortilis, pinniger, edax, cæruleus, auidus, amnigena, squamifer, vndicola, fluctigena, fluctícola, vndiuagus, saporus, vitreus, fluctiuagus, cupidus, squamosus, natitans, marinus, fugitiuus, Squamosum pecus, *Plaut.* Nerei simum pecus, *Liu. Andronic.* Mutæque natantes Squammigeræ pecudes, *Lucil.*

PISIDAE. Feroces, barbari. *Populi in minori Asia, quondam* Solymi, *a Solymo Iouis filio appellati.*

PISTOR. Farinulentus. *Thomas Radinus.*

PISTRIX. Fera. *Cicero in Arato. Signum cœleste.*

PITANE. Æolia. *Ouid. lib. 7. Metam. Vrbs est Æolica, patria Archesilai philosophi.*

PITHO. Facunda, Periclea, Hexanimis.

PITTACVS. Satus Lesbo, satus Mitylene, lesbius. *Pittacus Mitylenæus fuit philosophus, ætate Cæsi; in numero septem sapientum habitus. huius celebratum vox illa memorabilis, Prouidendum esse casibus, ne veniant: aut si venerint, æquo animo tolerandos esse.*

PITVITA. Molesta, humida, mala, morbifera, fluens, lenta. *Morbus est capitis proueniens ex catarrho, Græci phlegma dicunt. Est autem origo omnium languorum, qui ex destillatione fiunt. Cum exspirat extrinsecus, varios tumores producit: Intrinsecus cohibita, vrentes edacésque morbos parit. Hoc morbo affecti dicuntur Pituitosi.*

PIX. Naxycia, idæa, liquida, dura, cruda, coracina, aura, illyrica, pinguis, vapida, indica.

PLACEN-

PLACENTA. Mellita, dulcis, fatua, picētina, tenera, saccharea, farrea, suauis, grata, mollis.

PLAGA. Hians, maligna, insanabilis, nefanda, crudelis, sonans, alta, grauis, mortifera.

PLAGA, *rete*. Teres, æsola, nexilis, nodosa, dolosa, mollis, fallax, densa, dispositа.

PLANCTVS. Sæuus, tristis, peruigil, segnis, illisus, femineus, flebilis, fœdus, querulus.

PLANGOR. Vlulabilis, sæuus. *Stat. lib. 1. Theb.*

PLANITIES. Supina, aperta, aprica, vasta.

PLANTA *pedum*. Tenera, niuea, modicula, pernix.

PLATANVS. Sterilis, insignis, vmbrans, procera, alta, siluestris, lata, genialis, frondens, comans, vmbrifera, nutans, amœna, patens, opaca, vidua. *Platanus arbor latè spargit ramos: sterilis est, nec ad alium vsum alia adamabatur, quam vmbrarum: quibus adeò placuit, vt mero infuso enutriretur. Hinc genialis vocatur à poëtis. Sub ea celebrabantur conuiuia. Nam Plinius scribit Licinium Mutianum ter consulem sub vna fuisse epulatum cum duodecimo comite, & Caium principem sub alia cum quindecim conuiuis. Poëtæ fabulantur Iouem cum Europa sub Platano concubuisse. Non est alia maior eius commendatio, quàm solem arcere æstate, hieme admittere. Hæc arbor cito germinat, lata habet folia, iucunda est eius vmbra. Erat in vsu apud Romanos in villa, aut hortis vbicunque ad umbras inambulationum, quæ ad otium literarum primum inuentæ sunt.*

PLATEA. Populosa, lata, ampla, strata.

PLATO. Doctus, cecropius, Aristonis filius, apex philosophorum & columen, *Arnobio*.

PLAVSTRVM. Voluens, graue, stridens, robustum, stridulum, roboreum, tremens, tardum, sarmaticum, querulum, sonorum, geticum, leue, gemens. *Plaustrum dicitur currus, in quo palam est & patens quidquid vehitur.*

Hinc tracta est origo nominis. Sunt qui plostrum dicunt propter cognationem, quæ est inter au & o, vt aula & olla, lautus & lotus, cautes & cotes. Propterea Vespasianus, vt est apud Tranquillum, cum videret Florum velle emendare consuetudinem priscorum vocabulorum & plaustrum dicere, cum prius plostrum diceretur, die postero Flaurum salutauit. Horat. Plostellum *dixit lib. 2. Serm.*

PLAVSVS Peruigil, blandus, sonorus, lætus, altisonus, alacer, canorus, venalis, celebris, amœnus, sollemnis, lætificus, faustus, clarus.

PLAVTVS, iocosus, disertus, antiquus. *M. Plautus natus in vrbe Vmbria, cui nomen Sarsina, operâ primùm pistori locauit ad comparandum victum in agendo molas illas, quas trusatiles vocant. Composuit in ipso pistrino quasi in fabulas. Eius viginti quinque Comœdiæ numerantur à veteribus cum pauca alia. Secutus est Græcos, Demophilum, Philemonem & Epicharmum Siculum. Scribendi elegantia clarus in tantum, vt Ælius Stilo dixerit Musas Plautino sermone fuisse locuturas, si Latinè loqui voluissent. Volcatius Sedigitus de ordine Comicorum iudicans, primas tribuit Cæcilio, Plautum ceteris omnibus præponens. Mortuus est paucis annis post Ennium.*

PLENVS. Auida, ieiuna, ventosa, humilis, pauida, indiga, clamosa, imbecilla, inglouia, misella, seruilis, anxia, confusa, venalis.

PLECTRVM. Pindaricum, geticum, nitens, tyrium, apollineum, sonans, modulans, insigne, aonium, lene, ouans, tinnulum, eburneum, smyrnæum, dulce, blandum, radians, auratum, facundum, sonorum, threcium, resonans, lepidum, dircæum, vocale, orpheum, canorum, loquax, corneum, molle, garrulum, iocosum, quiculũ, gratum, eburnũ, æolium, lydium, mæonium.

PLEIADES. Imbriferæ, lucidæ, atlanteæ, aquosæ, nubilæ, aspeiæ, madidæ, tristes, pluuiæ, vernæ, ie-

premgeminæ, aquoſæ, denſæ, *Val. Flac.* *Pleiades ſeptem fuerunt filiæ Atlantis ex Pleione nympha, cum quibus Iupiter concubuit, & poſtmodum retulit inter ſidera, ne vim paterentur ab Orione. Earum nomina ſunt, Electra, Alcyone, Celæno, Merope, Aſterope, Taygete, Maia: quarũ ſeptima vix cerni poteſt. De his Ouid. lib. 4. Faſt.*

PLEVRON. Mœſta, Ætola, Meleagria: *quoniam vrbs eſt Ætoliæ quæ fuit patria Meleagri. Stat. lib 4. Theb.*

PLINIVS. Salebroſus, facundus. *Mart. lib 10.*

PLVMA Leuis, mollis, tenella, trepida, blanda, tenuis, verſicolor, amyctæa, volucris, tepens, penſilis.

PLVMBVM. Solidum liquidum, fuſcum, liuens, flexile, graue, vulnificum, liquens, ſaturnium.

PLVTO. Immitis, ater, ſtygius, ſæuus, dirus profundus opertus, mæſtus, lethæus, illacrymabilis, niger, imus, ſaturnius, infernus, rex vmbrarum ſummanus, tartareus, toruus, regnator noctis, raptor dis, dux Erebi, ferus, arbiter noctis, tertius heres, animarum rector, teter, ferox, auidus, opacus, veiouis, auarus, horridus, vmbroſus, ſuperbus, crudelis, cupidus, furueſcens, implacidus, rapax, ferreus, tremendus, phlegethonteus, vernalis, flammiger, lacrymabilis, adamantinus, impius, cæruleus, ſeuerus, immanis, callidus, ſulfureus, ageſilaus, clymenus, gener Cereris, elyſius, terrenus, rex ſilentum. *Pluto filius fuit Saturni, frater Iouis & Neptuni, quibuſcum de regno ſortitus, inferos adeptus eſt ſorte. Proſerpinam filiam Cereris rapuit in Sicilia. Poëta fingunt Furias, Parcas, tres iuridicos, Cerberum, Charontem, & omnia inferorum monſtra cum Larua & animalibus eidem ſubeſſe.*

PLVVIA Tenuis, hiemalis, triſtis, hiberna, brumalis, cærulea, madens, dulcis, ingens, genitalis.

POCVLA. Fagina, dulcia, ſpumantia, fumantia, aurea, rorantia, munda, gemmata, gemmea, lucida, caua,

eaua, frigentia, aruiſia, ſuperba, candida, ſurrentina, fictilia, mentorea, *à Mentore vaſculario, hoc eſt, vaſorum artifice peritiſſimo. L. Craſſus orator duos habuit ſcyphos Mentoris manu cælatos, centum ſeſtertiis emtos: confeſſus eſt tamen ſe his numquam vſum eſſe propter verecundiam. Vaſa Mentorea conſecrata fuerunt Ioui Capitolino, & Epheſiæ Dianæ.*

PODAGRA. Turpis, nodoſa, ſæua, dira, crúda, dura, tardigrada, tarda, lapidoſa, locuples *Iuuenal. Podagra dolor eſt pedum. Plinius ait hunc morbum rarum fuiſſe in Italia, patrum auorúmque memoria, ſuáque iam ætate, nec eſſe incurabilem. Nam in multis ſponte deſinit, & in pluribus ſponte curatur. Si eſt in genu, vocatur* gonogra *ab Hippocrate.*

POEDOR. Fœdus, carcereus, longus, horridus.

POEMA. Pulcrum, dium, facetum, doctum, diuinum, ſacrum, tornatum, nugorum, laſciuum, dulce, apollineum, tenerum, feſtiuum.

POENA. Triſtis, crudelis, horrifica, grauis, amára, dura, languida, cruenta, horrida, ſeuera, vltrix, immitis, noxia, miſera, vindex, impia, furens, terribilis, immanis, atrox, ſequax, culpabilis, vehemens, acérba.

POENI. Perfidi, fallaces, infidi, truces, leues, rebelles, fulminei, feroces fieri, fœdifragi.

POENITENTIA. Sera, turpis, Metanœa *Mant.*

POESIS. Sacra ſancta multiuaga, phœbea.

POETAE. Audaces, amaſij, ſollertes, veſani, ſacri, docti, celebres, falſi, municipales, nobiles, ſacrificij, culti, inſani, facundi, emuncti, pierij, mendaces, generoſi, diuini, illuſtres, lepidi, grandiſoni, phœbicolæ, belliſoni, honorati, leues, altiloqui, nugaces, arguti, teneri, ingenioſi, ſancti.

POLENTA. Caſeata, hordeacea, pinguis, viſcoſa.

POLLEX. Mollis, tener, habilis, niueus, albens, honeſtus, feſtiuus, ignauus.

POLLIN-

POLLINCTOR. Mæstus. *Pollinctores dicuntur funerum curatores, quasi pollutorum unctores. Pollincere enim est mortuum curare. Pollinctura funus dicitur à pollinctoribus unctum. Si à Venere defluens Luna feratur ad Saturnum, facies pollinctores, id est, qui sepeliendorum hominũ curam suscipiunt; inquit Firmicus.*

POLLVX. Amyclæus, tyndarides, ledæus, pius, œbalides, therapnæus, œbalius, lacon, tyndareus, phleatus, dioscorus, aprior cæstibus *Senec. Pollux filius fuit Iouis & Ledæ, & frater Castoris, quamuis ambo crederentur filij Tyndarei. Hunc poëtæ dicunt fuisse immortalem & nihilominus immortalitatem suam cum fratre mortali diuisisse.*

POLVS. Astriger, stellifer, ardens, signifer, sidereus, rotundus, conspicuus, astrifer, celsus, nitens, stellans, stelliger, rutilus, nitidus, præceps, purus. æthereus, serenus, micans, fulgificans, cælestis, rapidus nitens.

POLYCLETVS. Ingeniosus, sithonius, nobilis, clarus. *Fuit eximius statuarius, qui præstantissima & absolutissima fecit opera. Is quantum reliquos superauit in formis hominum ad veritatem effigiandam, tantum abfuit ab auctoritate reddendæ formæ numinum, quod Phidiæ & Alcamenis datum est. Signa fecit ex ære nobilitata scriptorum præconio, vt Astragizontes, id est, talis ludentes. Fiunt inde adiectiua* Polycleticus *&* Polycletæus, *Stat. 2. Silu.*

POLYCRATES. Samius, felix. *Polycrates Samiorum tyrannus, cùm tota vita felicissimus fuisset, nec vllo vnquam vel corporis vel fortunæ affectus damno; ad extremum ab Oronte Persa comprehensus, & in furcam erectus, docuit cum Solone, Nihil ex omni parte beatum.*

POLYDORVS. Natus Priami, miser, spes Troiæ.

POLYHYMNIA Thespias, dulciſona. *Vna est Musarum, quæ interpretatur multiplex cantus.*

POLYMNESTOR. Rex Thracũ, thrax perfidus, immitis.

immitis. *Polymneſtor rex Thraciæ, Polydorum Priami & Hecubæ filium fidei ſuæ tempore belli Troiani commiſſum interfecit, vt eius auro potiretur. Virg. lib. 3. Æneid.*

POLYNICES. Oedipodionides, thebanus, iſmenius, dircæus, echionius, cadmeïus, cadmeus, argiuus, infandus, œdipodionius. *Filius fuit Oedipi regis Thebanorum, & frater Eteoclis, qui cum mortuo patre alternatim principari vellet, nec cederet Eteocles, contractu ab Adraſto rege Argiuorum ſocero ſuo, ceteriſque principibus Achaiæ copiis, bellum in ipſum Eteoclem & Thebanos mouit. In quo multis vtrimque occiſis, fratres mutuis quoque vulneribus ſe confecerunt.*

POLYPHEMVS. Terribilis, ferus, ætnæus, trux, ennæus, madidus, durus, ſiculus, neptunius, cæcus. *Filius Neptuni vnus ex Cyclopibus, monoculus, veſcens carnibus humanis, quem inebriatum Vlyſſes excæcauit. Is adamauit Galateam nympham: à qua ſpretus, animi dolore Acin, quem illa prætulerat ſaxo interfecit. Deſcribit Virgilius 3. Æneid.*

POLYPVS. Rapax, varius: *quoniam mutat colorem ad ſpecies ſubiecti ſoli, quem imitatur aſſentator, qui ad voluptatem audientium ſententias & verba variat. Est autem piſcis, nomen adeptus à multitudine pedum.* Fraudulentus: *quia petris adhærens plurimos piſces prædonem non agnoſcentes caſſibus furtiuæ arti includit. Reddit enim colorem petrarum in quibus delitet.* Vorax: *nam tanta eſt in eo voracitas vt ne à ſuo quidem genere abſtineat. Carabum piſcem expauerit, adeo vt coniectus in retia vbi ille fuerit, quandoq. captus ſtatim examinetur.*

POLYXENA Audax priameia, *Vir. lib. 4. Filia fuit Priami & Hecubæ, cuius amore captus Achilles, pacem promiſit Troianis, ſi eam habere et vxorem. Quo cum exoraſſet à Priamo, veniſſetque cum illa in templum Apollinis ad contrahendum matrimonium, ibidem interfectus eſt à Paride. Quare Pyrrhus Achillis filius in vltionem patris ſui interfecta Polyxena velati auctorem mali iugulauit ad tumulum ipſius Achillis.*

Hinc

Hinc adiectiuum Polyxenius.

POMA. Mitia, agreſtia, lapidoſa, turgentia, rugoſa, turgida, lenia, dulcia, rubentia, cerealia, cerea, matureſcentia, olentia, pendentia, radiantia, grata, roſida, pendula, vireſcentia, ſilueſtria, phæacia, verſicoloria, viridia, muſtea, arborei fœtus.

POMARIA. Vda, pendula, beata, Phæacas imitantia ſiluas, ditia amœna.

POMOERIVM. Longum, pulchrum, ſpatioſum, amplum.

POMPA. Sollemnis, vana, aurea, victrix, pretioſa, diues, ſuperba, popularis, ſplendida, laurigera, inanis, præſignis, triumphalis, regalis, principalis, clara, alacris.

PONDVS. Durum, ſolidum, vrgens, pronum, iniquum, oneroſum, graue, ingens, immenſum.

PONS. Saxeus, validus, roboreus, celſus, marmoreus, ſolidus, arcuatus, anguſtus.

PONTVS. Vaſtus, trux, ſpumans, cæruleus, ſcythicus, vorax, relabens, tumidus, dubius, vitreus, apertus, tumefactus, liquidus, immenſus, minax, euxinus, latus, tremulus, perſpicuus, rapidus, hibernus, iacens, vagus, ventoſus, arduus, ſarmaticus, horrendus, infeſtus, grauidus, veſanus, veliuolus glaucus, rabidus, rauciſonus, nobilis, ſcythes, inſanus, frigidus, aſper, vndiſonus, viridis, horriſonus, piceus, marmoreus, vndoſus, ſcopuloſus, vndiuagus, ſpumoſus, gelidus, niualis, algens, viroſus, furens, ſonans, ſurdus, tumens, amazonius, multiſonans.

POPA. Succinctus, *Propert. lib. 4.* expeditus. *Popæ dicuntur victimarij ſeu ſacrorum miniſtri.*

POPINA. Immunda, vncta, tepida, ſellariola, fumans, madida, ſoporifera, pinguis, peruigil, calida, infamis. *Popina vocatur diuerſorium, in quo lautiores reponuntur cibi.*

ebi. Hinc Popinones, *qui se popinis dediderunt, &* Popinatio *Gellianum vocabulum, id est, helluatio, &c.*

POPLES. Tremulus, nodosus, succiduus, incurvus, sinuatus, firmus, suspensus, tensus.

POPVLONIA. Dives, Tusca, metallifera. *Vrbs fuit Etruriæ, in cuius agro ferrum effodiebatur.*

POPVLVS, *arbor.* Alcidæ grata, bicolor, nutrita vnda, alba, alta, phaethontias, glauca, frondens, ardua, excelsa, candida. *Populi sunt tria genera, teste Plinio,* alba, nigra, *& quæ vocatur* liby ca, *folio minima, ac nigerrima: alba folio bicolor, superne candicans, inferiore parte viridi: nigra folia sunt crassitiæ rotunditatis inuenustæ, vetustiora fiunt angulosa. Populeæ foliis gratissima est lanugo. Fluuios amant. Cito germinant; nullum semen aut fructum pariunt, placent vrbibus, vtiles sunt faciendo scutis. Populos nigras efficacissimas habet Creta insula. Frequens est etiam hæc arbor iuxta Spercheum & Padum fluuios, qui propterea vocantur* populiferi *à poëtis.*

PORCA. Aurida, lactens, tenera, immunda.

PORCVS. Sectarius, auidus, vilus, ignauus, saginatus, caluinarius, ludæis inuisus, setiger.

PORPHYRION. Improbus, minax. *Nomen est gigantis.*

PORRVM. Sectuum, sectile, tarentinum. *Porris abundat Aricia vrbs Italiæ. Plinius aut laudatissimum porrum esse in Ægypto, mox Orchiæ atque Aricia.*

PORSENA. Minax, magnanimus, thuscus, etruscus. *Rex fuit Etruriæ, qui vrbem Romam obsedit, vt Tarquinium reduceret in regnum, quo pulsus fuerat, propter stuprum illatum Lucretiæ.*

PORTA. Ærata, vallata, ferrata, stabilis, ahena, adamantina, stridens, biparens, sacra, *Virg.*

PORTENTVM. Infame, prodigiosum, terribile.

PORTICVS. Superba, spatiosa, nobilis, vaga, stadiata, aperta, ampla, excelsa, longa *Virg.*

PORTVS.

PORTVS. Apertus, quietus, ſecurus, amœnus, flumineus, placidus, curuus, tutus, optatus, maritimus, tranquillus, capax, vtilis, fidus, rudis vndarum *Statio.*

PORVS. Eous, niger, captiuus. *Rex fuit Indiæ, quatuor cubitis & palmo procerus, quem Alexander bello vicit.*

POSTES. Fulti, duri, ærati, rigidi, mauri, aheni, ferrati, nitidi, marmorei, ſtridentes, rauci.

POTESTAS. Inuidioſa, imperioſa.

PRAECEPTOR. Terrieus, ſeuerus, ſedulus.

PRAECORDIA. Tenera, arcana, mollia, amica.

PRAEDA. Fructuoſa, ſordida, feralis, diues, opulenta, barbara, opima, ingens, facilis, fera.

PRAEDIVM. Cultum, omniferum, ferax, pretioſum, dotale, liberum, ruſticum.

PRAEDO. Famoſus, acerbus, impius, nefandus, crudelis, auidus, nefarius, iniquus, immanis.

PRAELIVM. Horridum durum, ſæuum, dirum, ſceleratum, triſte, impium, acre, ferum, aſperum, improbum, fœdum, crudum, infandum, funeſtum, ſanguineum, turgidum, crudele, violentum, proteruum, anceps, martium, efferum, cruentum, ſæuiens, damnoſum, atrox, horrens, raucum, forte, diſcors, toruum, feruidum, impium, vlulatum *Statio.*

PRAEMIVM. Largum, munificum, amplum.

PRAENESTE. Altum, frigidum, ſacrum. *Vrbs fuit in Latio, dicta à Prænefte Vlyſſis nepote, & Latini regis filio. Eius conditor fuit Cæculus Vulcani filius.*

PRAESEPE. Horridulum, durum, olidum, ligneum.

PRAESIDIVM. Salutare, validum, fidum, grande, inſigne, galeatum, militare, armatum.

PRAESTIGIAE. Magicæ, *Lactant.* fallaces.

PRAETORIVM. Altum, amplum, operoſum.

PRANDIVM. Lautum, geniale, vnctum, pingue.

PRATVM.

PRATVM. Molle, formoſum, gemmans, irriguum, herboſum, muſcoſum, tenerum, apricum, floridum, herbans, viride, lautum, humidum, vdum, croceum, vernicomum, comans, gemmeum, decens, æſtiuum, florens, roſidum, vernans, virens herbidum, vernum, canorum, amœnum, floreum, lætum, luridum, rorans, viridans, cultum, amplum, florens, frutiçans, graminеum, olens, ſitiens, pingue pubens, odorum cærulum.

PRECES. Sollicitæ, blandæ, doctæ, ſupplices, molles, humiles, ſacrificæ, mellitæ, benignæ, ſuppliculæ, dulces, furtiuæ, ſeruiles, caſtæ, emaces, graues, pudicæ, accuratæ, *Plin. Iun.*

PRELVM. Falernum, ebrium, campanum, calenum, cyprium, pelignum.

PRESTER. Torridus *Lucan. lib. 9* auidus, venenatus. *Preſter ſerpens quem momordit, extemplò reddit immobilem & alienum mente, mox pilis defluentibus cum pruritu ac ventris ſolutione abſumit. Eſt etiam ventus turbo, vniuerſa amburens & proterens, Lucret. lib. 6.*

PRIAMVS. Láomedontiades, diues, dardanius, potens, pulcer, miſer, infelix, flebilis. *Priamus filius fuit Laomedontis, quo adhuc puero Troia capta eſt ab Hercule. Is Hecubam filiam Ciſſei regis Thraciæ vxorem accepit: ex qua XIX. liberos ſuſcepit, ex aliis verò feminis vnum & triginta. Filij præcipui nominis fuerunt, Hector, Deiphobus, Troilus, Paris, Polydorus, Polites. Horum Paris, vt iam diximus, Helenam rapuit, ex quo raptu motum eſt bellum decennale à Græcis in Troianos, in quo iam ſenio confectus Priamus interfectus eſt à Pyrrho Achillis filio, prope aram Iouis Hercei. Virg. 2. Æneid.*

PRIAPVS. Helleſpontiacus, ſalax, ruber, rubicundus, lampſacides, lampſacenus, procerus, alacer, frugifer, verpus, infamis, orneates, ithyphallus. *Priapus fingitur deus hortorum Liberi patris & Veneris filius, quod venter*

mero

mero æstuans facilè despumet in libidinem. Is colebatur in Lampsaco urbe Hellesponti, à qua dictus est Lampsacides, *&* Hellespontius. *Velabatur corona floreâ. Veteres Priapo asinum immolabant: quod cùm hic deus Lotidem nymphan dormientem furtim stuprare vellet, intempestiuo asini clamore coitu fuisset impeditus; eumque excitata virgo manibus reiecisset, magno omnium qui aderant risu. Ouid. lib. 1 Fast.*

PRIENE. Lata. *Vrbs est Ioniæ, patriâ Biantis.*

PRINCEPS. Purpuratus, pellitus, aiduus, honoratus, egregius, semideus, venerandus.

PRION. Geticus. *Fuit rex Getarum.*

PROBITAS Generosa, dulcis, ingenua, vnicolor, inculpata, simplex, sancta.

PROPRIVM. Fœdum, nefandum, seruile, durum, turpe, graue, amarum.

PROCACITAS. Stolida, lepida, hilaris, quernla.

PROCELLA. Abrupta, stridens, æolia, vehemens, velox, insana, vasta, hiberna, præceps, aduersa, minitans, immanis, rapida, vndans, sæua, picea, intorta, subita, furens, tumida, ventosa, tristis, tumescens, impotens, nigrans, aquilonia, gelida, dira, æquorea, horrisona, inimitis, inundans, nimbisona, trux, rigens, terribilis, vndisona, celer, effrenis, ægæa, turbida, feruens, horribilis, volucris, fulminea.

PROCERES. Egregij, magnanimi, aurati, nobiles.

PROCHYTA. Alta. *Virg. lib. 9. Insula est in sinu Puteolano, quæ cùm prius non foret; emersit paullatim, prouolutis in mare montibus. Dicta quasi* profusa.

PROCI. Miseri, pallentes, tenelli, blandi, teneri.

PROCLAMATIO. Ampullosa.

PROCNE. Daulias; querula, impia, rhodopeia, pandionia, getica, sæua, dura, attica, domestica, acerba, cecropis. *Pandionis Athenarum regis fuit filia, quæ agre ferens sororem*

ſororem ſuam Philomelam à Tereo marito fuiſſe ſtupratam, Itym filium, quem ex eo ſuſceperat, interfecit, & eidem comedendum appoſuit. Ouid. lib. 6. Metam.

PROCVSTES. Immitis. *Latro fuit inſignis in Attica, qui hoſpites interimebat, tandem & ipſe interfectus eſt à Theſeo.* Cecropius metus terris Procuſtes, *Senec.*

PRODITIO. Nefanda, *Lucan. 4.* infida, *Ouid. 3. de Arte.* clandeſtina, blanda, falſa. *Virg. 2. Æneid.*

PRODITOR. Occultus, ſceleratus, infidus.

PROFVNDVM. Vaſtum, pronum, indomitum, immenſum, iactatum, latum, fluctiſonum, fœuum, procelloſum, inſanum, algoſum, rapidum, trux, arenoſum, ſalſum, creperum, cæruleum.

PROLVVIES. Fœda, larga, immunda.

PROMETHEVS. Callidus, igniger, ſatus Iapeto, dirus, miſer, Iapetionides, vigil, infelix, conſultus. *Prometheus Deucalionis pater & Iapeti filius, poſt factos homines, auxilio Mineruæ aſcendit in cælum, & ignem ferula de rota Solis ſurripuit, quem hominibus indicauit. Quapropter irati dij, febres & morbos terris immiſerunt: Prometheum autem per Mercurium Caucaſo alligauerunt, adhibita aquila, quæ cor eius aſſiduè depaſceret.*

PROPERTIVS. Blandus, tener, laſciuus, facundus, amabilis, Callimachus Romanus, Vmber. *Sextus Aurelius Propertius ex Mevania oppido Vmbriæ oriundus, cùm patrem puer amiſiſſet, Romam ſe contulit, vbi propter ingenium ſtatim amatus eſt à Cornelio Gallo & Mæcenate. Magnam in Elegis laudem promeruit, quarum quatuor libros edidit. Hoſtiam puellam affectu dilexit incredibili, quam ficto nomine Cynthiam appellauit. In ſuis operibus ſequutus eſt Callimachum & Philetam Græcos. Mortuus eſt anno ætatis ſuæ XLI.*

PROPHETAE. Sacri, veridici, vaticinantes, phatij, *id eſt*, Ægyptij, ſancti, fatidici, iuſti, Hebraici.

PROPON-

PROPONTIS. Lata, alta, longa. *Æquor est patens & diffusum, quod in angustiis Bospori Thracy in Euxino cum Ponto coniungitur.*

PROPOSITVM. Tenax, graue, stabile.

PROPVGNACVLVM. Arduum, firmum.

PRORA. Ærata, curua, cirata, acuta, rostrata.

PROSERPINA. Infernа, ennæa, sæua, furua, horrenda, stygia, phlegethontis, regina Erebi, auerna, sicula, triformis, ætnæa, profunda, infera, tergemina, noctis hera, ferox, plutonia, inuida, persephonæa, tartarea, phlegethontæa, imperiosa, torua, trinacria. *Proserpina filia fuit Iouis & Cereris, quam Pluto in vxorem rapuit in Sicilia, vbi cum matre spatiabatur. Vocatur à Græcis Persephone.*

PROSPERITAS. Augusta, fecunda, commoda.

PROSYMNA. Celsa, Iunonia, alta. *Vrbs fuit Argiuorum in qua colebatur Iuno. Stat. lib. 1. & 4.*

PROTESILAVS. Harmonius, *id est*, Thessalus, phylacides. *Is fuit vnus ex principibus Græciæ, qui quamuis audiuisset à vatibus se primum omnium in bello Troiano periturum, si eò proficisceretur, contemtis nihilominus vaticinijs, iuit cum ceteris ducibus, ibique interfectus est à Dardano quodam. Quod etiam indicat ratio nominis. Nam Protesilaus significat id quod primus mortuus.*

PROTEVS. Cæruleus, æquoreus, carpathius, ambiguus, vdus, marinus, famosus, scelerатus, mutans vultus, mutabilis. *Proteus filius fuit Oceani & Tethyos, quem poëtæ vatem fecerunt, fingúntque captum amore Pomonæ in omnigenam speciem sese variasse. Hinc à Latinis Vertumnus dicitur, à verso mutatóque cursu fluminis Tiberini. Propert. lib. 4.*

PROVENTVS. Lucrosus, prosper, vber.

PROVINCIA. Dura, inexplicabilis, ardua.

PRVDENTIA. Perſpicax, ſollers, vigil, matura, ſimplex, vigilans, circumſpecta acuta, cauta.

PRVINA. Cana, rhipæa, concreta, gelida, hiberna, arctoa, nocturna, rigida, acris, matutina, rorata, roſida, vitrea, ſcythica albicans canens ſtricta, algens, odryſia, triſtis, ſæua, caucaſia, candens, hyperborea, alpina, niualis, candida, rigua niuea, igneaua, ſarmatica, ſithonia, getica, denſata, brumalis, borealis, vrens, glacialis, calydonia.

PRVNA. Cerea, damaſcena, liuentia, ſilueſtria, cana, rugoſa, dulcia, autumnalia. *Damaſcus vrbs Syriæ optimis abundat prunis, quæ* Damaſcena *vocantur. Plin. lib.* 15.

PRVRIGO. Obſcena, vrens, impatiens, ſubans, dulcis, ſubſcalpens, mordax, turpis, acris.

PRVSIAS. Bithynus: *quia rex fuit Bithyniæ.*

PSALMVS. Dulciſonus, gratus deo, ſuauis.

PSALTERIVM. Argutum. *Virg. in Ciri.*

PSITTACVS. Viridis, canorus, dux volucrũ, ales, loquax, garrulus. *Pſittacos humanæ vocis imitatores habet India. Virides ſunt toto corpore, torque tantum minato in cervice. Quæ accipiunt verba, pronunciant. Salutant imperatores. In vino lasciui ſunt.* Durities eadem habent in capite, quam & in roſtro. *Cum loqui diſcunt, ferreo verberantur radio, aliter non ſentiunt ictus. Cum deuolant, roſtro ſe excipiunt, cui innituntur: amici ſunt turturibus.*

PSOPHIS. Celſa. *Stat. lib.* 4. *Theb. Fuit vrbs dicta à Pſophide Erycis Sicam filia. Ouid. lib.* 5. *Metamorph.*

PSYLLI. Pœni, Marmaridæ. *Cinna apud Gellium lib.* 10. *Pſylli populi ſunt Africæ, quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus, ex cuius odore ſopirent eas.*

PTOLEMAEVS. Niliacus, pharius, pellæus, phrygius.

PVDICITIA. Virens, ingenua, ſancta, intacta, caſta, inuiolata, illibata, impenetrabilis.

PVDOR.

PVDOR. Timidus, tacitus, tener, purpureus, caſtus, rudis, verecundus, ingenuus, virgineus, ſtolatus, ſollicitus, triſtis, æger, ambroſius, conſcius, ſanctus, pallidus, impollutus, tener, rubeſcens, niueus, pulcer, innocuus, roſeus, honeſtus, moderator cupiditatis, infans, miſer, profugus, proiectus, afflictus, rigidus.

PVELLA. Pauida, tenera, candida, mendax, hilaris, trepida, placida, comta, verecunda, timida, bella, blanda, ingenua, laſciua, facilis, culta, ſcelerata, lacteola, leuis, periura, formoſa, fallax, pruriens, pulcra, mollis, luculenta, roſea, ſcrupoſa, dia, imbellis, vinula, lactea, dulcicula, decora, ſpernax, niuea, fucata, proterua, amabilis, multiuola, maligna, nubilis, pathica, viridis, ſæua, florida, pura, auida, innupta, mollis, vaga, trepida.

PVERI. Puſilli, molles, laſciui, impuberes, venuſti, impubes, leues, teneri, rudes, memores, inconſi, blandi, melliti, inſcioli, calamiſtrati, decori, proterui, imberbes, imbelles, celeres, garruli, fatui, cirrati, capillati.

PVERPERIVM. Crudum, *Stat. lib.* 4. graue.

PVGNA. Anceps, iniqua, triſtis, gladiatoria, actis, ferox, aſpera, miſera, dura, ſæua, fortis, cæca, atdens, infauſta, minax, cruenta, trux, atrox, funeſta, horribilis, ſanguinea, acerba, terribilis, calens, ſanguinaria, feruens, flagrans, magna, clara, crudelis.

PVLCRITVDO. Labilis, eximia, excellens.

PVLEGIVM. Poteus, *Vindiciano.*

PVLEX. Paruulus, infeſtus, moleſtus, leuis.

PVLLI. Implumes, plumantes, trepiduli, tremuli.

PVLMENTVM. Mellitum, vnctiuſculũ, veſcum. *Pulmentum capitur pro pulte, aut cibo inſtar pulti facto.*

PVLMO. Mollis, *Ouid.* ſanguineus, tumidus.

PVLSVS. Canorus. *Claud.* Colléque canoris Pulſibus impulſi.

PVLTES. Madidæ, candidæ, dulces.

PVLVILLVS. Sericus, tumens, mollis. *Plin. lib. 36.*

PVLVINAR. Leue, amœnum, molle, auratum, geniale. *Puluinar, Pulunus, & Puluillus, dicitur quod dormientium capitibus supponitur, à plumis pullorum, quibus fit.*

PVLVIS. Exiguus, æstiuus, niger, cæcus, immundus, putris, glomeratus, siccus, tenuis, ater, turpis, leuis, obscurus, coctus, ruralis, glebaticus, pertenuis, luteus, fluens, opacus, bibulus, arens, minutus.

PVMEX. Cauus, leuis, latebrosus, multicauus, exesus, fragilis, muscosus, aridus, scaber, muscidus, asper, mordax, cauernosus, caminensis. *Catane vrbs Siciliæ, cineribus Ætnæ incendy reiectis, quondam onerabatur pumicibus. Pumices tamen qui erant in vsu leuigandorum corporum, laudatiores erant in Melo & Æolia insulis. Iuuen. Satyr. 8.*

PVPPIS. Fœula, ærea, picta, curua, cærulea, turrita, caua, aduncæ, ærata, recurua, dubia, cærula, concaua, naufraga, profuga, peregrina, phereclea laborata, celer, cerata, vaga, æquorea, agilis, prona, fragilis, omniueha, velifera, parans, rostrata, timida, cita.

PVRPVRA. Rubra, melibœa, laconica, coa, fulgens, gætulica, rubescens, læta, delicata, ignea, rutilans, consularis, picta vexta mollis, regalis, Amyclæa, Amyclæum venenum *Martiali*, vernãs, dibapha, grata, œbalis, pretiosa, sanguinea, æstuans, candẽs, nobilis, sanguinolenta, ardẽs, conchylis, rubens, stlataria *qua fiebat olim latus clauus, quæ vestis erat consularis: quoniam veteres* stlatum *dicebant pro* latum, *&* stlitem *pro* litem. *Iuuenal. Satyr. 6.*

PVTEVS. Patens, capax, profundus, altus, cauus, rimosus. *Puteos in Græcia primus reperit Danaus.*

PVTOR. Halans, teter, ingratus, molestus.

PVTREDO. Carriosa, occulta, edax. *Dicimus etiam* Rubigo. *Stat. lib. 4. Siluar.*

PYGMAEI,

PYGMAEI. Parui, breues. *Populi sunt Indiæ, breuiculæ admodum staturæ, vt qui cubitum non excedant. Horum mulieres parunt anno quinto, & senescunt octauo. Assiduè certant cum grubus, & vincuntur sæpenumero. De his Iuuenal. Satyr. 13.*

PYGMALION. Impius; auarus. *Rex fuit Tyri vrbis Asiæ: qui Sichæum sororis suæ Didonis maritum interfecit, vt auro eius potiretur. Virg. 1. Æneid.*

PYLADES. Fidus, hæmonius, *Stat. lib. 2. Sil.* natus Strophio. *Ouid. lib. 1. de Pont.* phocæus: *quoniam filius fuit Strophij Phocensis, fidissimus & individuus Orestæ amicus in sinistra & calamitosa eius fortuna, vbi probatur verus amor. Vide in Orest. Ouid. lib. 1. Trist.*

PYLENE. Scopulosa, *Stat. 4. Theb. Vrbs est Ætoliæ.*

PYLOS. Nelea, *à Neleo patre Nestoris*, nestorea, nelcia, senilis. *Fuit enim vrbs Laconiæ, in qua regnauerunt Neleus ipse & Nestor.*

PYRA. *congeries lignorum.* Atra, sublimis, succensa, rapida, lucida, odorata, congesta.

PYRA, *fructus.* Siluestria, insitiua, crustumina, signina, syria. *Inter pyra præcipua bonitatis commendantur* Tarentina *atque* Signina. *Plinius ait* Crustumina *esse cunctis gratissima, quibus proxima sunt* Falerna *à potu: quoniam tanta vis succi abundat.*

PYRACMON. Ferrugineus, durus, æmonides, flammeus, igneus, nudus membra *Vng. Fuit vnus è monstris Vulcani, qui dicuntur Cyclopes.*

PYRAMIDES. Phariæ, id *est*, Ægyptiæ, nubigeræ celsæ, stupendæ. *Pyramides erant structuræ & moles lapideæ, infernè quadratæ, sursum versum acutæ, quas Ægyptij reges superponendo tumulo erigebant, aut ad inanem diuitiarum ostentationem, aut vt populi torporem excitarent. Constat quasdam ex iis tanto sumtu, tantáque rerum omnium impensa*

condita fuisse, vt inter septem orbi miracula connumerata sint.

PYRAMVS. Vndisonus. *Nomen est fluuij: in quo sensu quandoque primam corripit.*

PYRENE, *pro monte.* Aëria, niuosa, fera, ferox, occidua. *Profente verò scribitur per i Latinum, & semper producit primam. Stat. lib. 1. Sil. At Pyrene mons, qui Gallum ab Hispania dirimit, habet primam indifferentem.*

PYROIS. Rutilus, rubens, volucer, igneus. *Vnus est equorum Solis. De quo Val. Flac. lib. 5.*

PYROPVS. Clarus, imitans flammas, ruber, lucens, rutilans, flammiuomus, flammiger, igneus, splendens, igniuomus, flammans, ardens, gratus. *Gemma est coloris ignei & ardente aspectu, quam Plinius Romana dictione Carbunculum vocat, ignes non sentit: propterea à quibusdam vocatur Apyrausta.*

PYRRHA. Epimethis, *Epimethei filia & vxor Deucalionis. Ouid. lib. 1. Metam.* titania.

PYRRHVS. Achillides, Achillis filius, ferox, æacides, graius, pelasgus, scyrius: *à Scyro insula, in qua natus est, ex Deidamia filia Lycomedis. Filius fuit Achillis & Deidamiæ: alio nomine Neoptolemus dicitur. Troiam Priami filium interfecit. Troia euersa Polyxenam ad sepulcrum patris Achillis occidit. Andromachen vxorem Hectoris sibi copulauit vxorem. Demum captus amore Hermiones filiæ Menelai, Andromachen dedit Heleno Priami filio cum parte regni. Postremò Hermionem rapuit Oresti, eámque cepit vxorem.*

PYRRHVS, *Epirota.* Molossus, immanis.

PYRVS. Lapidosa, grauida, silucstris. *Pyrus arbor dicta est, quòd ex lato in acutum feratur instar pyramidis. Folia eius sunt circinata, vita admodum breuis, fructus facilè perdit. Nascitur quandoque in montosis locis. Pyri siluestres tardè germinant.*

PYTHAGORAS. Panthoïdes, famius, prudens, doctus.

doctus, renatus *Auſon.* *vel quòd in ſpecu ſubterraneo delituerit, vt reuixiſſe crederetur; vel quia renaſcendi & in aliud immigrandi corpus dogma inuexerit*; celeber, diuinus. *Pythagoras philoſophus fuit Samius. Patrem habuit Demarathum, locupletem & negotiatorem. In Ægyptum primò, mox Babyloniam profectus eſt ſtudio rerum ſideralium. Demùm reuerſus eſt in Cretam, & Lacedæmona, vt Minois & Lycurgi leges perdiſceret. Venit etiam in Italiam, Crotonéque conſedit, vbi populos luxu & deliciis emollitos, ad meliorem vitæ cultum redegit, matronas ad pudicitiam, iuuenes ad modeſtiam cohortatus. Eius ſanctitate & abſtinentia permotæ mulieres, auratas & luxurioſas veſtes Iunoni conſecrauere. Poſt hæc Metapontum migrauit; vbi diem extremum clauſit. Veteres eum tanti fecerunt, vt domum eius pro templo, ipſum pro numine haberent. Docuit in Italia regnante Seruio Tullio. Abſtinebat ab eſu omnium animalium & ferarum.*

PYTHON. Tumidus, terrigenâ, viridis, cæruleus, atrox, ſanguiuolentus, horrens, deucalioneus, vetus. *Pythonem poëtæ dicunt ſerpentem natum ex putredine terræ poſt diluuium Deucalionis: hunc, vt volunt, Apollo interfecit, & ab interfecti nomine dictus eſt* Pythius. *Et Pythia ludi fuerunt Apollinares, inſtituti in honorem ipſius Apollinis propter interfectum ſerpentem, quorum auctor fuit Choræbus Athenienſis. Ouid. lib. 1. Metamorph.*

DE LITERA Q.

QVADRA. Patula *Virg. lib. 7. Inſtrumentum menſarium, ſuper quo dapes ſcindi ſolent: tracto nomine à figura quadrata, qua ſæpenumero fieri ſolet, ſi quæ interdum rotunda, tunc orbis dicitur.*

QVADRIGA. Volucris, pernix, canora, velox, præceps, vocalis, falcata, rapida celer cita.

QVAESTIO. Sinuoſa, dubia, difficilis.

QVAESTVS. Delectabilis, vber, auidus, illiberalis, sordidus, & exlex, *quando turpis est & illicitus quæstus.*

QVALVS. Vimineus, pictus, patulus. *Vas vimineum, per quod vinum guttatim è prælo defluit, cum calcatur vua Plin. lib. 37. Diminutiuum est* Quasillus, *Tibul lib. 4.*

QVERCVS. Dura, rigida, vmbrosa, aëria, sublimis, glandifera, frugifera, patula, sacra Ioui, decidua, chaonis, annosa, caua, siluestris, dodonis, multifida, mathonis, ossea, dodonia, amica Ioui, chaonia, fatidica, frondosa, ardua, putticaua, alticoma, valida, alta, dodonæa, turgida, ramosa, nodosa, frondens, cariosa, grata suibus, ingens, ciuica. *Ciuica dicitur quercus: quoniam antiquitus querna corona donabatur ei, qui ciuem seruasset. Plutarchus in vita Marty Coriolani ait coronam quernam seruati ciuis esse præmium, quod Ioui, in cuius tutela sunt ciuitates, sacra sit quercus.*

QVERELA. Mæsta, infesta, misera, feminea, rudis, muliebris, mæstifica, turpis, aiguta, lugubris, rauca, grauis, insomnis, amara, lacrymosa, horrenda, infausta, ægra, mellita, dulcisona, supplex, melliflua, mollis.

QVERIMONIA. Mala, tristis, sollicita, penetrabilis, anilis, anxia.

QVESTVS. Mæstus, lamentabilis, vigil, flebilis, feralis, infaustus, tristis, amarus, garrulus, pius, vesanus, funereus, tumultuarius, acerbus.

QVIES. Iucunda, dulcis, placida, languida, mollis, pigra, blanda, segnis, mitis, vaga, opaca, insidiosa, pacis amica, tunicata, nocturna, obscura, tranquilla, soporifera, sopora, amica, pacifica, desidiosa, dominatrix curarum, læta, lenis, pacata, secura, imbellis, tepens, iners, numquam turbata, oprata, alta, tacita.

QVINTIANVS. Italicus, numerosus.

QVIRINVS. Armifer, ausonius, martigena, iliacus,

iliacus, trabeatus, magnus. *Romulus dictus est Quirinus à quiris, id est, hasta, qua vtebatur assiduè: vel quòd Cures vicerit.*

QVIRITES. Bellicosi, & mobiles, *Horatius*: ptilci.

DE LITERA R.

RABIES. Improba, miseranda, dira, vesana, præceps, indomita, horrenda, trux, peruicax, noxia, furiosa, sæua, cruenta, tumida, furens, fera, malesuada, armata, fœda, infanda, acerba, viperalis, pestifera, perniciosa, hostilis, lupina, cæca, ferina, acris, immitis, inimica, infesta, malesana, effera, horribilis, scelestuosa, virulenta, concita, iniqua, amara, infrena, temeraria, nefanda, truculenta, infrendens, germana furoris, animosa, infrenis, virosa, ferox, canina, improuida.

RACEMVS. Tumidus, lentus, liuidus, præduleis, madidus, pampineus, grauidus, cæcubus, bicolor, suspensus, mitis, cnossiacus, rorans, liuens, densus.

RACHEL. Montana, *Mant.*

RADIVS. Ardens, fulgens clarus, tabificus, coruscus, micans, acutus, purus, serenus, flammifer, phœbeus, ignitus, sidereus, flammans, arens, lucidus, nitens, illustris, lubricus, vagans, auratus, mobilis; rubescens, solaris, penetrax, præpes, sitiens.

RADIX. Tenera, valida, lignosa, obliqua, inflexa, siluestris, corticosa, odorata, ramosa, fruticosa, limosa, profunda, robusta, infixa, alta, latens.

RAMENTVM. Minutum, tenue.

RAMVS. Patulus, fragilis, olens, lentus, comans, frondens, robustus, lætus, viridis, ferax, procerus, vdus, crepitans, pendens, tardus, pendulus, opacus, curuatus, tener, incuruatus, nodosus, excelsus, conifer, tremulus, nutans, frugifer, altus, virens, teres, pomifer, vernus,

vernus, textilis, odoratus, pensilis, innexus, grauidus, fragrans viridans, hirsutus, frondosus, odorificus, vmbrans, decorus, redolens, tortilis, vmbrosus, vagans, arboreus, amabilis, floridus.

RANA. Loquax garrula, lurida, querula, turpis, palustris, virens, obstrepens, vitidis, aquatica, blaterans, paludicola, paludigena, stagnicola, canora, coaxans, crepitans, rubeta, rauca, coaxatrix.

RAPA. Brumalia, gaudentia frigore, acria, lutosa.

RAPACITAS Sæua, vorax, dira, auara.

RAPINA. Hostilis, tristis auida, cupida, dira, infanda, sæua, turpis, mala, celer, proterua, immanis, crudelis, audax, dioniedea momentosa, violeta, inuidiosa.

RASTRVM. Graue, tenax, ligneum, dentatum, facundum, validum, curuum, rigidum, quadridens.

RATIS. Spumans, præceps trepida, fragilis, picta, veliuola, caua, errans, cerata, dubia, prona, eurua, pauida, volucris, reciproca, credula, turrigera, naufraga, ærea, fluctuaga, fluuialis, gelida sutilis, ærata, vnca, vncta, vndiuaga, liburna, leuis, instabilis, profugæ, fortis, curua, vaga, quassa, lacera.

RAVENNA. Paludosa, antiqua, paludicola, vinosa, annosa, æquorea, longæua, humilis.

REBECCA. Iudæa *Mant.* callida.

RECESSVS. Obtrusus, vmbrosus, arcanus, mollis, viridis, abditus, fuscus, dulcis, cæruernosus, obscurus, tenebrosus, occultus, caligans, sepositus, seductus, longus, apricus, tacitus.

RECVRSVS. Vagus.

REGES. Minaces, superbi, magni, magnanimi, tumidi, purpurei, pelliti, feroces, potentes, munifici, belligeri, egregij, inuicti, armipotentes, auricomi, tremendi, sceptrigeri.

REGIA.

REGIA. Splendida, ardua, diues.

REGNVM. Inuidiosum, opulentum, potens.

REI. Mœsti, solliciti, trepidi, pauidi, miseri, attoniti.

RELEGATIO. Sæua, calamitosa, misera.

RELIGIO. Superstitiosa sancta, pura, pia, prouida, diuina deuota, candida, sacra, verenda.

REMEDIVM. Sagax, præsens, salutare.

REMEX. Validus, canorus, acer.

REMIGIVM. Agile volans, citum.

REMVS. Pendens, leuis, agilis, demissus, validus, intortus, audax, Thessalicus, reluctans, citus, spumans, æratus, *Lucanus* tonsas *remos dixit.*

REMVS. Iliades: *quoniam Romulus & Remus & Romani omnes originem traxerunt à Troianis.* Antiquus, ausonius, miser, martigena, auentinus. *Propert. lib. 4. Hic Remus filius fuit Martis, interfectus à fratre Romulo, quod vallum extruendis mœnibus designatum contra edictum transiliisset.*

REPAGVLA. Dura, nodosa, firma.

REPVLSA. Turpis, tristis grauis, pudenda.

REQVIES. Nocturna, dulcis, grata, iners.

RESINA. Ægyptia. *Plaut. in Mercat. Iisumer est fluens ab arboribus etiam in iisdem residens.*

RESTIS. Torta, spartea.

RETIA. Rara, nexa, caua, torta, subdola, subtilia, sinuosa, cauta, venatica, dolosa, nodosa, lina *Ouid.*

RETINACVLVM. Vncum, *Stat.* Ametinum, *id est*, saligneum: *quoniam Ameria vrbs est Vmbriæ salicibus ferax.*

REVERENTIA. Decens, debita.

RHADAMANTHVS. Gnossius, immitis, iuridicus, torquus, agenoridæs: *quoniam filius fuit Iouis & Europæ Agenoris filiæ*; inexorabilis, *Cic. lib. 1. Tusc. Poëtæ faciunt tres inferorum iudices, Minoëm, Æacum, & Rhadamanthum,*

quorum arbitrio & sententia pumantur animæ, & cogantur pœteri, quæ præcula in seram noctem distulerint, vt inquit Maro. Castigant, dolos audiunt, nullum scelus relinquunt impunitum.

RHAETI, *populi.* Sæui. *Populi Germaniæ, Italiam versus inclinantes, qui duce Rhæto à Gallis pulsi, Alpes occupauerunt, & à nomine ducis Rhætiam condiderunt.*

RHAETIA. Sublimis, antiqua. *Claud.*

RHAMNVSIA. Iniqua, crudelis, memor.

RHEBAS. Pulcer, longinquus. *Fluuius Bithyniæ.*

RHEDA. Deuexa, *Iuuen. Satyr. 4. Rheda vocabulum est Gallicum, significans caruccam. Hinc Rhedarius auriga, & compositum bigenum ex Græco & Gallico Epirhedium. Erat rheda semper duarum rotarum, sed multiplicium quandoque iugorum, quæ omnibus etiam abiectissimis vti licuit.*

RHENVS. Bicornis, spumans, rebellis, minax, gelidus, tumẽs, ferax, saxosus, sæuus, flauus, tumidus, citatus, impiger, succiduus, rapax, rapidus, vagus, algens, turgidus, teutonicus, palustèr, asper, corniger, latus, spumans, vndisonus, glacialis, nitidus, gallicus, barbarus, clarus, violentus. & Apẽnigena *pro eo qui Bononiã perlabitur, ex Apẽnino ortus. Rhenus fluuius est qui Belgas à Germanis diuidit.*

RHESVS. Bellicosus, thrax, threicius, sithonius, odrysius, miser. *Rhesus rex fuit Thraciæ, qui cùm albis equis venisset ad ferendum Troianis auxilium, noctu dormiens in castris suis interfectus est ab Vlysse & Diomede. Habuit autem Rhesus equos cursu præstantissimos, de quibus Claudianus.*

RHETOR. Disertus, expolitus, facundus.

RHETORICE. Picta, decora, pulcra.

RHODANVS. Tumidus, furens, præceps, spumãs, præcipitãs, celer, incitus, impiger fluminũ *Flore*, velox *Claud.* torrens. *Fluuius est velocissimus, ortum capiens in Alpibus, & tardũ Ararim proximè Lugdunũ secum arripiens. Auctus demũ Isara & Druẽtia, duobus ostiis in Tyrrhenũ mare diffunditur.*

RHODII.

RHODII. Imbelles. *Iuuen. Satyr. 8. Mos fuit olim Rhodiis, mactare hominem in honorem Saturni, sextodecimo Kalend. Nouemb. Quendam enim ex his qui publica sententia damnati essent ad capitale supplicium, adusq. Saturnalia viuum asseruabant. Iidem sacrificium quoddam peragebant, vbi reiurgis, & verbis malè ominatis peragebatur. Cum Diane Lyndiæ sacrificabant, dies aliquot apud aram Deæ conuiuia prorogabant, atque inibi perpetuò manebant.*

RHODOPE. Threicia, aeria, glacialis, cana, nimbosa, thressa, alta, niualis, gelida. *Mons est Thraciæ altissimus. Est etiam meretricis nomen, quæ, auctore Plinio, quæstu meretricio magnificam fecit pyramidem.*

RHODOS. Phœbeia, phœbea, aspera, clara, irrigua, aurea, pulcra, fertilis, colossicola, nobilis, fulua, insula Solis, Arabyria, clara Sole, *Lucan.*

RHOMBVS. Latus, ineis, pinguis, adriacus. Et Thessalicus, colchus, tortus, *pro magico instrumento. Rhombus alioqui piscis est planus, in deliciis quondam habitus. Laudatissimus fuit Rauennæ.*

RICTVS. Spumans, patulus, immanis, vorax, auidus, hiulco, fulmineus, pestifer, latus, flexibilis, crud⁹, leuifer.

RIGOR. Austerus, horridus, durus, asper, marmoreus, maleficus, sæuus, inflexus.

RIMA. Hians, caua, angusta, tenuis, muralis, flexilis aperta, patula, fissa, fatiscens.

RIPA. Viridis, fluuialis, viridans, sonans, vmbrosa, tremens, gelida, obliqua, decliuis, mollis, capax, limosa, opaca, resonans, spumans, stagnans, caua, curuata, arundinea, putris, graminea fluminea, algens, frondens, rosida, torrens, virens, alnifera, humens, canora, madens, garrula, strepens, herbida, amœna, curua, vernans, arenosa, aprica, florens, vmbrosa.

RISVS. Tremulus, cachinnabilis, lætus, perspicuus, blandus,

blandus, tener, dulcis, procax, serenus, affluēs, mordax, hilaris, vrbanus, facilis, argutus, proteruus, lenis, alacer, mollis, facetus, venustus, effusus, lepidus.

RIVVS. Præceps, fluens, leuis, strepitans, saliens, tenuis, decurrens, mobilis, pronus, obliquus, celer, gelidus, liquidus, lapidosus, garrulus, labens, glareosus, prægelidus, errans, gemmans, raucus, peregrinans, tremulus, argutus, riualis, fugiens, vndans, sonans, crepitans, querulus, bullans, vitreus, amœnus, susurrans, limpidus, aquosus, ductilis, cadens, spumans, vagus, desiliens, currens, conspicuus.

RIXA. Sanguinea, proterua, calida, tenera, leuis, dulcis, misera, turpis, *Propert. lib. 4.* ridicula.

ROBVR. Firmum, validum, herculeum, rude, solidum, forte, præualidum, durum, rigidum, inuictum, inexpugnabile, lacertosum, torosum, virile.

ROBVR. Siluestre, firmum, nodosum, durum, fissile, impenetrabile, cauum, solidum.

ROGVS. Calens, auidus, ardens, niger, tristis, conflagrans, rapidus, funereus, tabificans, altus, infestus, œtæus, flagrans, ploratus, tepidus.

ROMA. Inclyta, ferox, potens, dardania, dardana, bellatrix, romulea, saturnia, libera, dominans, vallata, septemgemina, ausonia, æterna, martia, vetus, martigena, superba ardua, ferox, phrygia, mauortia, fera, antiqua prisca, cæli vicaria, latialis, rhœtea, troica, prodiga, æneis, quirinalis, vrbs æterna, palatina, regia.

ROMANI. Rerum domini, martigenæ, troiugenæ, bellicosi, acres, potentes.

ROMVLVS. Quirinus, mauortius, romanus, iliades trabeatus, martigena, potens, augur. *Amulius filius Procæ regis Albanorum, cum Numitori fratri regnum abstulisset, filium eius Rheam seu Ilian Vestæ ministerio dedicauit, vt*

obno-

obnexia perpetuæ virginitati prolem habere non posset. Nihilominus tamen Rhea à Marte, sicut aiunt, compressa geminos peperit Remum & Romulum. Quod ubi resciuit Amulius, infantulos in Tiberim demergi, & matrem interfici iussit. Miseri pastores quibus id negotij fuerat datum, gemmos in ripa Tiberis tantum posuerunt. Quos compertos Faustulus pastor furtim educauit.

ROS. Gelidus, matutinus, nocturnus, pluuius, liquidus, stillans, vitreus, fecundus, tener, dulcis, madens, leuis, flumineus, purificus, madidus, pũrus, florigena, algens, fugax, fumifer.

ROSA. Odorata, luteola, florens, amœna, fulgens, verna, præstana, siluestris, pubens, tenuis, futilis, mollis, fragilis, humens, punicea, micans, paphia, rorans, viridis, picta, candidula, auricoma, mollicula, olens, pulcra, elysia, tenera, textilis, idalia, munda, hyblæa. *Pæstum oppidum Lucaniæ, rosas optimas bis in anno parit. Pangæum quoque montem rosis feracem esse docet Plinius lib. 21. cap. 4. Abundat & Campania optimis rosis, quibus præcipua dignatio. His Plinius addit Prænestinam & Milesiam. Est etiam Cyrenis odoratissima rosa.*

ROSARIVM. Rosidum, puniceum, candens, amœnum, pictum, præstanum, rubicundum.

ROSCIVS. Doctus. *Horat. lib. 2. Epist. Fuit hic Roscius peritissimus histrio, qui scripsit libellum quo eloquentiam cum histrionia comparauit, qui etiam Lucio Syllæ carissimus fuit, & annulo aureo ab eodem dictatore donatus.*

ROSTRVM. Aduncum, rigidum, pandum, durum, reduncum, acutum, mucronatũ, accuruum, fagax, ciconianum, crepitans, mordax, æratum, minax, vulnificum, tridens *Virg. à trifida specie. Æs* tridens, *Val. Flac.*

ROTA. Leuis, volucris, curua, præceps, volubilis, properans, rapida, laborioſa, perpendicula, aligera,

 penna,

pernix, stridens, agilis, cita, obliqua, velox, feruens.

RVBETVM. Durum, tetricum, siluestre, nemorale.

RVBICON. Paruus, puniceus, alpinus, amœnus.

RVBIGO. Mala; scabra, nigra, sterilis, aspera, tetra putris.

RVBOR. Igneus, ingenuus, roseus, verecundus, tenuis, lenis, purpureus, flammans, ignitus, sanguineus, suffusus, coruscus, inconstans, discolor, pauidus, puniceus, tener, castus conscius.

RVBVS. Asper, horrens, pinguis, durus, mordax, acutus, rigidus, vulnificus, hamatus, vilis, hirsutus, puniceus.

RVDENTES. Torti, intorti, laxi, nodosi.

RVDIAE. Vetustæ, Ennio cine nobiles, *Sil. lib. 12. Vrbs Appuliæ, Enny poëtæ patria.*

RVDIMENTVM. Durum, primum.

RVGA. Senilis, anilis, contracta, turpis, rigida, tristis, seuera, pendula, pannosa, inamœna, rudis, aspera, pallida, exsanguis, nodosa, deformis.

RVGITVS. Ferinus, horrisonus, raucus.

RVINA. Horrifica, subita, probrosa, putris, tristis, deformis, fatalis, flebilis, immanis, præceps, irremeabilis, dira cluosa, rapida, grauis, lethifera, terribilis, terrifica, vasta.

RVMEX. Fecundus. *Genus herbæ, atque etiam teli.*

RVMOR. Vagus, terrificus, trepidus; ventosus, volans, streperus, velox, celebris.

RVPES. Dumosa, pinifera, scopulosa, abrupta, vmbrifera, aëria, frondosa, dura, saxea, caua, horrida, caucasea, alpina, scrupulosa, nemorosa, scrupea, exesa, aspera, acuta, opaca, muscosa, fagifera, horrida, scabra, frondens, saxosa, vmbrosa, cauata, montana, inuia, frigida, vndisona, fruticosa, humens, tetrica.

RVS.

RVS. Opacum, florcum, apricum, frigidum, ferax, auricomum, frondeum, ſalebroſum, floridum, viridans, humens, frondens, ſaturum, amœnum, floriferum, virens, lætum, nemoroſum, ſpatioſum, florens, cereale campeſtre, patens, roſidum, flagrans, pingue, vernans, aquaticum, ſaxoſum, fœcundum.

RVSTICITAS. Pura, mitis, imperita, dura, indocta, neſcia amorum, inculta, ſimplex, agreſtis, horrida, candida, rudis.

RVSTICVS. Acer, terricus, modeſtus, ſagax, prouidus, ſordidus, indoctus, trepidus, cautus, decolor, forus.

RVTA. Rigens, acuens, multicoma.

DE LITERAS.

SABBATA. Recutita: *a Iudæis, qui recutiti dicuntur.*

SABAEI. Molles, fatilegi, odoriferi, diuites, thuriferi, pingues, vncti, thurilegi, leues. *Plinius ſcribit, Sabæos ditiſſimos ſiluarum fertilitate odorifera.*

SABINI & SABINAE. Priſci, rigidi, veteres, intactæ, duri, fortes. *Sabinorum ſacerdotes, æneo cultro tondere ſolebant olim. Idem Sabini (vt eſt apud Plutarchum in Numa) Lacedæmoniorum coloniam ſe fuiſſe volunt.*

SACCHARVM. Indicum. *Plinius lib. 12.*

SACCVS. Panarius, capax, ſparteus.

SACELLVM. Caſtum, venerabile, pium.

SACERDOS. Canus, laniger, conſpicuus, diuinus, vittatus, ſacer, verbipotens, caſtus. *Hierophantæ Atheniensium ſacerdotes, ſorbitione cicutæ ſeipſos caſtrabant, quò mundius & caſtius viuerent in ſuo ſacerdotio.*

SACRVM. Sollemne, pingue, odoratum, pium, caſtum, debitum.

SAECVLVM. Volubile, longum, annoſum.

SAEVITIA. Nefanda, ignea, inexorabilis, proterua, maligna.

maligna, sanguinolenta, atrox, furens, violenta, barbara, procax, acerba.

SAGA. Diuinipotens, profana, rapax, thessala, garrula, cytæis, *à Cytæa urbe Colchorum venefica herbu, feminisque incantatricibus fœnosa. Inde* carmina Cytæina.

SAGINA. Immunda, pinguis, superuacua.

SAGITTA. Cretæa, celer, volucris, threicia, stridēs, lycia, leuis, thessalica, lernæa, ituræa, scythica, venenata, acuta, volans, hamata, bistonia, lita felle, scelerata, partha, getica, plumbata, pennigera, lusoria, cydonea, formidanda, herculea, vaga, achæmenia, arcana, cupida, rapida, flammata, parthica, aurata, dira, crudelis, impia, præceps, tortilis, rutila, aurea, dictynna, vltrix, trux, lethalis, immitis, nitida, sæua, præpilata, nimbisona, gortyniaea, ærata, improba, cruenta, velox, teres, occulta, morbosa, pennata, radians, horrisona, armenia, arundinea, cressa, fatifera, infesta, meda, ignicrema, igniuoma, alata dura, calamus Cnossius *Horat.*

SAGVLVM. Castrense, sericum, candidum, virgatum. *Sagum seu sagulum erat militare vestimentum, quod, teste Cicerone, sumi solebat in bello. Et quando in sago tota ciuitas erat, Consulares viri solebant esse togati. Hinc Sagati & Sagulati, sago seu sagulo induti. Sagarij dicuntur sagorū venditores.*

SAGVNTVS. Graia, rutila, animosa, misera, rigida, hispana, neritia, metallifera, fidelis, fide & ærumnis inclyta, *Pomp. Mela.* socialis fidei vsque ad perniciem cultrix, *Liuius.* opulenta, fideique magnum, sed triste, monumentum, *L. Florus. Saguntus vrbs fuit Hispaniæ, à Græcis condita, cuius habitatores adeò fideles Romanis extiterunt, vt ab Annibale obsessi, multos menses obstinatu & infracto animo obsidionem tulerint, maluerintq. exspectare vrbis excidium, quàm deditionem facere. Et cùm iam salutem desperarent, collatis in forum quæ vnicuique erant carissima, atque vndique*

circundatis

circumdatis accensisque ignis nutrimentis, ne à societate desisterent, publico & communi rogo seipsos superiecerunt. Dicitur etiam Saguntum & Saguntos, *Lucan. lib.* 3.

SAL. Fusile, purum, æquoreum, albidum, rigens.

SALAMIS. Antiqua, superba, cypria. *Salamin seu Salamu dicta est insulam Euboico mari contra Athenas sita, in qua est urbs eiusdem nominis. Altera fuit in Cypro, quam Teucer condidit priore pulsus à patre.*

SALEBRA. Præceps, difficilis, leuis.

SALES. Proterui, compositi, lepore tincti, romani, læti, mordaces, menandrei, comici, nitidi, amari, teneri, molles, culti, tenues, arguti, puri, dulces, blandi, honesti plautini, iucundi, docti, vafri.

SALICTVM. Canens, glaucum, vdum, canum, densum, humile, gracile, molle, vmbrans, vmbrosum.

SALINVM. Purum, tenue, sacrum. *Vasculum est in quo sal reponitur ad mensæ vsum aut sacrificia.*

SALIVA. Venenosa, mollis, dulcis, putris, labens, lustralis, spuica. *Plinius ait ieiuni hominis salivam contra serpentium morsum remedio esse.*

SALIVNCA. Humilis, foliosa. *Plin. lib.* 21. *Salivnca quidem foliosa est, sed breuis. Nomen est herbæ.*

SALIX. Amara, lenta, fecunda, glauca, cana, viminalis, perticalis, siluatica, fluminea tenera, amnicola, vmbrosa, frugiperda, erratica, canens, resona, opaca, amœna. *Arbor est viminosa, & multis pertus se surrigens, infragifera, & amaro cortice: pliatilis & lenta, colore glauco, ventis agitabilis, gaudens humidis locis. Cùm germinauit, ad vnam perticam summittitur. Pampinatur instar vineæ, vt in longitudinem potiùs quam ramorum latitudinem euocetur. Sic autæ quarto caditur anno, & vinculis præparatur: abscissa cito rebullulat, mutationem loci facilè patitur in iuuenta. Semen oxysmæ perdit, & ante maturitatem, ob id dicta ab Homero frugiperdas*

giperda. *Alio nomine vocatur* Silor.

SALMONEVS. Æolides, filius Æoli, audax, impius. *Rex fuit Elidis: qui cùm Iouis fulmen in aere mentiretur, vt propterea crederetur Deus, ab ipso Ioue fulminatus est. Valerius Flaccus lib. 1. Argon.*

SALOMON. Potens, solymus, spectabilis.

SALONAE. Litoreæ, dalmaticæ *Oppidum Dalmatiæ.*

SALTATIO. Exossis, *Appul.* agilis, leuis, velox.

SALTVS. Profundus, vastus, siluester, viridis, secretus, aptus venatibus, opacus, riguus, ferus, inaccessus, dumosus, vmbrosus, occultus, quietus, gelidus, fecundus, herbosus, siluosus, auius, deuius, inuius, vagus, excelsus, obscurus, silēs, incultus, vmbrifer, reconditus, flosifer, innoxius, inuius. *Locus, vbi siluæ & pascua sunt.*

SALTVS Facilis, celer, præceps, pernix, concitus, leuis, volucer, rapidus, volans, tremulus, excelsus, prærapidus, agilis, *pro saltandi actu.*

SALVM. Viride, spumans, vastum, piscosum, sonorum, voraginosum, vndans, turbatum, procellosum, vndosum, gelidum, ventosonum, tumidum, rapidum, tremulum.

SALVS. Dulcis, blanda, tuta, sperata.

SAMBVCA *instrumentum musicum triquetra figura.* Triangula, triquetra, sonora.

SAMBVCVS. Medullata, olens. *Sambuco arbori plurima est medulla, ocyssime floret: eius interiora merè firma esse traduntur, ita vt venabula ex ea præferantur omnibus. Constat ex cute & ossibus. Cædatur tempestiue, cum decorticatur. Cortice est inextricabili, & carie subnascente ei, materiáque nigrescente. Numeratur à Plinio inter eas quæ sicutis concidendæ aptæ sunt.*

SAMOS. Thracia, iunonia, vetus, fecunda, pulcra, illustris, sterilis, thrax, concinna, parua. *Samos insula est in mari Icario, clara nomine Iunonis, quæ ibidem nata est: prius*

vocabatur

vocabatur Parthenia. *Abundat luto fictilibus confciendis aptiſſimo. Adiacet Thraciæ: hinc propter populorum affinitatem Samothracia dicta eſt.*

SAMSON. Alacer, infractus, fortis.

SANGVIS. Ater, ſpumans, calidus, feruidus, ſordidus craſſus, ruber, teter, puniceus, niger, purpureus, tepidus, tener, pinguis, fœdus, tabificus, cruentus, venifluus, decolor, vitalis, feruens.

SANIES. Lethifera, nigra, ſpurca, venenata, atra, tabifica, infanda, putris, craſſa, turpis, ſtillans, cruenta, lurida, putrida concreta, peſtifera, horrenda.

SANNA. Rugoſa, poſtica, ſcurrilis. *Dicitur deriſio, quæ fit ab occipitio contractu labiis & ore diſtorto, nobis non peritis deriſorem. Perſius.*

SANTONICI. Infrenes, cucullati. *Populi ſunt in Aquitania finitimi Toloſatibus. Dicuntur & Xantones.*

SAPIENTIA. Palladia, cælica, victrix fortunæ, diuina, rectum docens *Iuuen. Sapientia Vſus & Memoria filia. Vide Gellium libro 3. cap. 8. Attic. Noct.*

SAPOR. Dulcis, ſcitus, odoratus, gratus, mellifluus, vapidus, multodorus, nectareus, iucundus.

SAPPHO. Maſcula, poetica, pelaſgis, leſbia, temeraria, leſbis, amatrix, æolia, æolis. *Sappho Lesbia Lyrica, floruit temporibus Alcæi & Steſichori pœtarum, maritum habuit Cercylam ditiſſimum virum ex Andro, ex quo filiam ſuſcepit Cleonomine. Scripſit Lyricorum libros nouem: præterea epigrammata, elegias, iambos & monodias. Carmini Sapphico, cuius inuentrix fuit, dedit nomen. Sunt qui dicant aliam fuiſſe Lesbiam pœtriam quoque, quæ adoleſcentem Phaonem adamauerit, cuius amore cum frui non poſſet, è Leucade deuiſerit ſe in aquas. Vtracumque fuerit, vnam tantum commendant Latini pœtæ.*

SARA. Iſacipara; *quoniam fuit mater Iſaci.*

SARDANAPALVS. Imbellis, assyrius, iners. *Rex fuit Assyriorum, adeo eneruatus, muliebribúsque solutus deliciis, vt inter eunuchos & puellas ipse puer cultu delituerit, relicta illa maiestate qua princeps tanto debet excellere, quanto ceteris est sublimior. Qua fuit caussa, vt ab Arbacto praefecto lasciuiam tam corruptam perosso, ad incendium domus, in quam victus se receperat, & inferendam sibi mortem sit coactus. Ouid. in Ibin.*

SARDINIA. Ferax, diues, sinuosa *Claud.* opima, pestilens, *propter noxium aerem*, sandaliotis, *& ichnusa, a forma humani vestigij.*

SARDONYX. Candicans, perlucidus, densus.

SARISSA. Macedonia, fraxinea, teres, æmonia, leuis. *Sarissa dicitur hasta pralonga: Macedonum genti peculiaris. Vnde Alexandri stipatores Sarissophoros vocat Curtius.*

SARMATAE. Veloces, truces, vagi, mutatores domorum, flaui, intonsi, fortes, frigidi, gelidi, feri, crudi, hirti, bellaces, hamaxonitæ. *Sarmatæ seu Sauromatæ, populi sunt vagi inter Borysthenem & Istrum. Plerumque domicilia mutant. Sanguinem equinum permistum potant lacte: tanta sunt barbaries, vt pacem non intelligant. Promissas gerunt barbas & longos capillos. Inepti sunt ad pedestrem pugnam, auctore Cornelio Tacito. De his Martialis libro 1.*

SARMENTVM. Fructiferũ, truncidũ, deiectum.

SARNVS. Campanus, sonans, mitis, Pompeianus, nocturnæ editor auiæ *Lucano. Fluuius est Campaniæ. Fit inde patronymicum* Sarnis.

SARRACA. Frigida. *Vehiculum quo ligna & lapides vehi consueuerunt. Iuuen. Satyr. 3.*

SARTAGO. Lata, referuens *Plin. Patella est in qua caro frigitur: aliter vocatur* Frixorium.

SASON, *fluuius.* Hadriacus, piger. *Stat. lib. 4. Syl.*

SASSINA. Diues lactis. *Vrbs Vmbriæ, Plauti patria.*

SATANES.

SATANES. Inferni, seductores, infesti.

SATELLES. Pellitus, loricatus, trux, rabidus, rigidus, regius, officiosus.

SATVREIA. Improba, fragrans. *Martial lib. 3. Herba est Venerem excitans, & eadem vi quæ nasturtium.*

SATVRNVS. Aureus, senex, falcifer, leucadius, falcitenens, falciger, omnipotens potens falce, profugus, gelidus, falcatus, sterculius, tristis, sationis præses, *Arnob. Saturnus filius fuit Cæli & Vestæ. Sororem habuit Opem, liberos Iouem, Iunonem Neptunum, Plutonem. Membra virilia amputauit patri, proiecitque in mare, unde natam aiunt Venerem: filios deuorauit, præter Iouem, à quo pulsus ex Creta, venit in Italiam, ibique metu delituit. Unde a latendo Latium dictum est. Docuit ibidem agriculturam, & modum stercorandorum agrorum. Falcem etiam primus inuenit. Currus eius trahitur à serpentibus.*

SATYRA. Liuens, bibax audax in carpendis vitiis, mordax, malitiosa. *Carmen est maledicum inuentum ad carpenda hominum vitia, eodem argumento quo erat vetus comœdia. Hoc tamen differunt, quòd hæc constat iambicis versibus, nostra verò Satyra assurgit in hexametros. Præterea vetus comœdia carpebat hominũ vitia cum denominatione personarum. Hoc nostræ Satyræ non licet. Dicitur autem vel a Satyris proteruis & petulantibus vel à satyra lance, quæ uno rogatu multa simul comprehendit. Principium eius solet esse iracundum, & indignationis plenum. Præcipuam laudem in scribendis satyris apud Latinos adepti sunt Lucilius, Horatius, Persius, Iuuenalis.*

SATYRI. Saltantes, lasciui, capripedes agrestes, dicaces, proterui, venerei, celeres, leues, acres, bicornes, procaces, petulantes, salaces, biformes, calentes, semimares, monticolæ, fugaces, alacres, celoces turpes, cornipedes. *Satyri monstra sunt Indiæ humana facie, pedibus caprinis, toto corpore villoso, nihil habentes ueri humani, gaudentes siluarum*

uarum latebris, & hominum commercia refugientes. Poëtæ fingunt eos siluarum numina, auntque proteruos esse, & in Venerem proclives.

SAXONES. Infrenes, duri, rigidi.

SAXVM. Apricum, durum, surdum, inuium, spumeum, rosidum, lubricum, scrupulosum, asperum, adamantinum, gelidum, humidum, horrens, solidum, ferum, latebrosum, præruptum, humens, concauum, hernicum, murale, cyclopeum, horridum, nauifragum, pyrrhæum, frigidum, hirtum, rigens, scabrum, ciudum, vndisonum, rimosum, inhospitum, scironium, adesum, montanum, montuosum, naufragum, prominens, tetricum, salebrosum, dumosum, muscosum, scrupeum, ceraunium, centauricum, squarrosum, frigidum, immobile.

SCABIES. Turpis, scabra, mortifera, atra.

SCALMVS. Stridens, teres. *Scalmus est lignum teres, cui nautæ remos loco quodam alligant ad nauigandum.*

SCALPRVM. Acutum, tenue, aduncum.

SCAMANDER. Phrygius, fatalis, Troianus, diuinus, parus, Idæus. *Fluuius Phrygiæ.*

SCAPHA. Biremis *acta duplici remorum ordine*, excauata, parua, leuis.

SCAPHIVM. Aereum, ahenum. *Vas est excrementicium, ad excipiendam corporis fecem. Aliter vocatur Matella.*

SCARVS. Obesus, mollis, auidus. *Piscis est qui solus omnium natando vescitur & ruminat. Fuit quondam in honore mensarũ. Capitur in mari Siculo & Carpathio. Vide Oppianum.*

SCATEBRA. Cæca, vluosa, ebulliens.

SCELVS. Infandum, nefandum, exitiale, sæuum, immane, nefarium, impium, dirum, profanum, cruentum, inexpiabile, inuisum, horridum, improbum, crudele, inauditum, atrum, fœdum, petulcum, triste, puden-

pudendum, tyrannicum, impudens, tetrum, inquinatum, multabile, iniquum, sanguineū, prauum, abominandum, miserum, infelix, mortiferum, detestabile, infestum & immane, importunum *Cic.* ingens *Senec.*

SCENA. Ludicra, vmbrosa, delicioſa, frondens, viridis, versatilis.

SCEPTRVM. Superbum, gemmans, aureum, trabale, auratum, pretioſum, imperioſum, fragile, venerandum, regale, minax, fulgens, inuidioſum, regium, rutilans, decorum, eburnum, ſublime, graue.

SCIENTIA. Frugifera, diuina, vtilis.

SCINIS. Sanguineus, ſæuus. *Latro fuit trope Corinthum, qui ſummas arbores interram complicabat, hiſq. alligatos homines diſcerpebat, truncis cum magno impetu laxatis in aëra. Hunc interfecit Theſeus.*

SCINTILLA. Tenuis, parua, coruſca, volãs, ignita, volatilis, clara, rubens, micans.

SCIPIO. Auſonius, implacabilis, romuleus, truculentus, rhœteius, *Lucret.* Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror. *Scipio Africanus annum agens XVII. principio ſecundi belli Punici ductus in caſtra, circumuentum ab hoſtibus patrem liberauit. Poſt Cannenſem cladem cùm iuuentus de relinquenda Italia cogitaret, ipſe gladio ſupra caput erecto iurare ſingulos coëgit, ſe non relicturos patriam. Mortuo in Hiſpania patre, cùm omnes id bellum refugerent, ſponte ſe obtulit, natus annos XXIIII. vbi Carthaginem nouam vno die expugnauit, Aſdrubalem ſuperauit, Maſſaniſſa nepotem in bello captum auo remiſit, Syphacem regem vicit, Hannibalem ex Italia accerſitum ſuperauit, Carthaginémque Romanis fecit tributariam. Reuerſus Romam triumphauit. Conſul in expeditionem Aſiaticam profectus, omnia ſuis auſpicijs rexit. Antiochum ſub iugũ miſit. Accuſatus demùm quòd prædam Aſiaticam non totam in ærarium contuliſſet, Linternum ſeceſſit, in villam ſuam,*

pertæsus ingratitudinem vrbis. Fuit alter Scipio Æmylianus Paulli Æmylij filius, qui Numantiam euertit, & Carthaginem penitus deleuit.

SCOPA. Vilis, virgea. *Scopary dicuntur qui cubicula & cœnacula conuerrunt scopis.*

SCOPVLVS. Turritus, immanis, adesus, frondosus, confragosus, minax, scabei, durus, muscosus, acutus, tumidus, præacutus, arduus, altus.

SCORPIVS. Ardens, venenifer, minax, formidolosus, curuans brachia, pugnax, acer, martius, ditus, horrens, mortifer. *Scorpius bis anno parit, alga vescitur, varius est. Iesius medicus dixit stagnorum scorpios nigrantes esse, marinos verò fuluos. Similitudinem habet cum Scorpena; licet Aristoteles discrimen ponat.*

SCORTVM. Deuium, scorteum, meritorium, diobolare, publicum, libidinosum, exoletum, salax, procax, febriculosum, vitiosum, lepidum, venustum, olens, impudicum.

SCOTI. Truces, vagi. *Scoti populi sunt occidentales. Hi ætate B. Hieronymi vescebantur humanis carnibus. Et cùm per siluas porcorum greges, & armentorum reperirent; tamen pastorum nates & feminarum papillas solebant abscindere, & has solas ciborum delicias arbitrari. Hi nullam propriam habebant coniugem, sed pro libidine more pecudum lasciuiebant.*

SCROBS. Atra, caua, obscena, subacta.

SCRVPVS. Pungens, molestus.

SCVRRA. Loquax, procax, infidus.

SCVTVM. Fulgens, æreum, ornatum, macedonicum, ferreum, lunatum, ligneum, cauum, auratum.

SCYLLA. Rapax, impia, nisei a, informis, filia Nisi, ferox, nereia, voiax, immanis, truculenta, triformis, latrans, sicula, phorcis. *Scylla saxum est Siculum mare reddens importuosum, & plenum periculi, quod assiduis aquarum concursibus*

concursibus latratum videtur emittere. Poetæ fabulantur Scyllam Phorci filiam mutatam in monstrum superne virgineum, inferne verò piscem, & sex caninis capitibus latrans, cum se lauisset in fonte quem Circe veneno infecerat. Plinius lib. 3.

SCYLLACEVM. Naufragum. *Fuit Athenienſium colonia in finibus Italiæ, à quo ſinus Scyllaceus dictus eſt.*

SCYPHVS. Faginus, *factus ligno fagi arboris*, cælatus capax, ſacer. *Vas eſt potorium Herculi dicatum, quo veteres in conuiuijs & ſacrificijs vtebantur Cælius aut Scyphos quaſi ſcythios, à Scythis populis, quibus frequens eſt ebrietas, dictos. Hinc ſcythiſſare, id eſt, inebriari. Inter ſcyphos laudantur in primis* Bœotij, *quibus Hercules primum in expeditionibus vſus eſt: deinde* Rhodiaci, *ſequentibus* Syracuſijs.

SCYROS. Scopuloſa, aſpera, ſalebroſa. *Inſula in Ægæo mari, in qua Achilles feminam mentitus, delituit inter filias Lycomedis regis grauidamque fecit Deidamiam, & ex ea ſuſcepit Pyrrhum.*

SCYTALE. Picta, fulgens, tarda. *Serpens eſt tarda præfulgens tergi varietate, vt notarum gratia videntes retardet. Et quoniam reptando pigrior eſt, quod aſſequi nequit, miraculo ſui captat. Pellem exuit hiberno tempore.*

SCYTHAE. Errantes, profugi, campeſtres, gelidi, acerbi, vagi, indomiti, ſæui. *Scythæ populi domos habent volubiles in plauſtru. Duodenos dies durant in fame & ſiti, virtute cuiuſdam herbæ, quæ vocatur Spartana. Strepunt equitatus gloria. Cùm vident ſe magnopere indulſiſſe potui, arcuum chordas pulſant, vt diſſolutum voluptatibus animum ad priſtinam continentiam reuocent. Veſcuntur humanis carnibus. Hoſpites immolant, & interfectorum caluarias habent pro paterâ.*

SCYTHIA. Glacialis, niuoſa gelida, rigens.

SECVRIS. Ærata, ſtricta, arboraria, cruenta, amazonia, ſæua, valida, anceps, ſacrifica, grauis, thermodontiaca, miſſilis, audax, dura, ſcythica, vulnifica, rigida,

rigida,trux,nitida,pentheſilea ferrea.

SEDITIO. Turbida,pernicioſa, clamoſa, miſera, inteſtina,nefaria,procelloſa,pronuba belli,rebellis.

SEDVLITAS. Officioſa,gnaua,acris prouida.

SEGES. Grauida,fecunda,fructuoſa frumentaria, herbida,læta,ferax,cana,tenera,vda, inualida, fertilis, viridis,humida,libyca,ſpicata,autinola,luxurians, triticea,ibera,cinyphia,pharia.

SEGNITIES. Sera,immunda,ægra,iners, triſtis, diſſuada laborum,torpens,ignaua,tarda.

SELINIS. Palmoſa: *quoniam vrbs eſt iuxta Lilybæum palmis abundans. Virg. lib. 3. Æneid.*

SEMELE. Cadmeis,improba, miſerabilis, thebana,formoſa,euhia, *ab epitheto Bacchi, cuius mater fuit.*

SEMEN. Pingue, fecundum, prolificum, cereale, genitale,inclytum *Sil.* generoſum.

SEMIRAMIS. Babylona, pharetrata, formoſa, Aſſyria,babylonia,longæua. *Regina Aſſyriorum,quæ cùm certò intelligeret graue eſſe populo feminam pati principantem, mortuo marito virum mentita eſt, vt tantiſper imperaret, dum filius Ninus, qui per impuberem adhuc ætatem regnare non poterat,adoleſceret,regnóq. fieret idoneus. Claud. lib. 1. in Eutropium. Porrò tanto libidinis calore æſtuauit, vt poſt mariti mortem non admiſerit ſolùm, at etiam prouocauerit ad Venerem pleroſque ex ſuis militibus,qui forma eſſent elegantiore, quos poſtea crudeliter necabat. Produnt & nonnulli eam à Nilo filio interemtam, cùm eius congreſſum appeteret. Et, quod omnium longè turpiſſimum eſt,equum ab ea adamatum vſque ad coitum, Iuba teſtis eſt apud Plinium. Fuit & iracundia tam vehementi, vt ei circa cultum corporis occupatæ cùm nuntiatum eſſet Babylonem defeciſſe, æſtuans altera parte incomta ad eam expugnandam cucurrerit.*

SENATOR. Tetricus,longæuus,laticlauus.

SENATVS.

SENATVS. Sanctus, grandæuus, prudens, magnanimus, purpureus, bellator, trabeatus, clarus, sacer, blattifer, nitidus, immobilis, honoratus, quirinalis, tetricus, augustus, solidus, palatinus, pratextus, grauis.

SENECA. Faecundus, prædiues, acutus, tetricus.

SENECTVS. Tristis, turpis, effeta, canens, grauis, inops, longa, vetus, tranquilla, tarda, balba, infelix, prolixa, matura, annosa, pigra, spatiosa, damnosa, ægra, occidua, alba, cana, carriosa, curua, non intellecta, querebunda, fragilis, viuax, sobria, longæua, infirma, rugosa, festina, fœda, vicina letho, mollis, tremula, inclinata, tremebunda, misera, incurua, indocta, indecens, celer, amara, miseranda, frigida, fessa, iniqua, veneranda, lassa, instans, properans, inualida, præceps, dira, venerabilis, vetus, tetrica, secura, frigescens, gelida, inimica formæ, squalens, odiosa, curuata, ærumnosa, vicina capulo, amara, emerita, circumspecta, insperata, prona, inopina, delira, decocta, cruda, rigida, tremens, inaperta fraudi, decorrosiua, pylia, tithonia, nestorea, sacra, ceruina, placida, leuis, somniculosa, honorata, occasus vitæ *Cic.*

SENEX. Parcus, anhelus, longæuus, inualidus, grandæuus, exhaustus, obscurus, delirus, maturus, miser, rancidus, squalidus, debilis, antiquus, infirmus, exsanguis, reses, verendus, rigidus, fessus, lassus, rancidulus, carriosus, fœtidus, annosus, tetricus, canus, pellitus, tremulus, effetus, æger, mucosus, aridus, affectus senio, enerauatus gelidus, rugosus, tardus, verbosus, incuruus, imbellis, decrepitus, defloccatus, cerebrosus, exossis, acheronticus, vetulus, hircosus, scuerus, loquax, morosus, apricus, vetus, durus, passus, *id est*, rugis deformatus *Lucil.*

SENIVM. Sterile, tardigemulum, graue, iners, triste,

triſte, deforme, debile, moleſtum, exſangue, morboſum, tremens, annoſum.

SENSVS. Docticanus, acutus, vitalis, ludiuagus, vigil, integer, acer, vitalis.

SENTES. Inculti, aſperi, denſi, duri, hamati, hiſpidi, rabidi, mortiferi, acuti, rigidi, horridi.

SENTINA. Capax, larga, grauis, fœtens.

SEPES. Longa, hirta, ſpinoſa, fruticoſa, ſilueſtris, alta, texta, opaca, denſa.



SEPIA. Nigra. *Sepia piſcis eſt veneno ſo morſu. Cùm videt inſidias parari ſibi, effuſo atramento, quod habet pro ſanguine, ſeſe abſcondit. Mares vary ſunt & nigriores conſtantiaq. maioris. Percuſſa tridẽte femina auxiliãtur: at femina icto mare fugit. Sepiæ atramẽto tanta vis eſt, vt in lucerna addito Æthiopes videri ablato priore lumine tradat Anaxilaus apud Plin.*

SEPIAS. Longa *Val. Flac. lib. 2. Promontorium eſt vel vrbs Macedoniæ.*

SEPS. Tabificus, breuis. *Modicus eſt ſerpens, cuius tamen ictu percuſſa putreſcunt membra: nam quidquid momordit, in putredinem reſoluitur. Colorem quem attigit, reddit. quatuor dentibus armatus eſt.*

SEPTVM. Rotundum, vallatum, firmum.

SEPVLCRVM. Imum, mæſtum, triſte, mutuum, mauſoleum, atrum, opacum, fatale, magnificum, geli-dum, funereum, excultũ, marmoreum, ſalſum, tetrum.

SEPVLTVRA. Olens, pallens, miſera.

SERA. Firma, perpetua, belliferata, ærata, ferrea, dura, rigida.

SERAPIS. Pharius, *id eſt*, Ægyptius, magnus. *Deus fuit, qui colebatur ab Ægyptiis.*

SERES. Eoi, colorati, vellere nobiles, longinqui, extremi, veſtiflui, dites, longæui. *Populi ſunt orientales, qui ex ſuis arboribus depectunt lanas tenuiſſimas, quas bombyces vermiculi*

vermiculi aranearum instar conficiunt ex tenuissimis filis. Virg. lib. 2. Georg. Iustissimi sunt, & ducentesimum vitæ annum excedunt. Rutilas habent comas, oculos cæruleos. Vitant reliquorum mortalium cœtus, frugalissimi & pacatiorum vitæ cultores. Aduenis illud euntibus ad emenda fila, nulla sermonum vice, rerum pretia solis proponunt oculis. Nihil sibi comparant aduenticium. Vide Martianum Capellam.

SERIPHVS. Parua, humilis, plana, angusta, breuis. *Insula maris Ægei, vna earum quæ dicuntur Cyclades: in hanc mittebantur nocentes, vt in Gyaron.*

SERMO. Cultus, grauis, amœnus, vagus, lepidus, blandus, mitis, politus, dulciloquus, purus, promptus, canorus, compositus, flexanimis.

SERPENS. Ater, squameus, lethifer, plenus veneno, niliacus, arenuagus, exitiosus, asper, afer, minans, virulentus, venenatus, noxius, latens, formidabilis, dirus, cæruleus, venenifer, sæuus, horrificus, terrigena, lethalis, martius, tortus, tumens, flexilis, minax, latebrosus, pinnatus, lubricus, cristatus, squalidus, nocuus, impius, meduſæus, veneniger. *In India serpentes in tantam adolescunt magnitudinem, vt solidos hauriant ceruos tauroſque. Tanti sunt & apud Rhindacum amnem in Ponto, vt superuolantes quamuis altè pernicitérque alites, aptas absorbeant. Ophiusa insula est dicta à multitudine serpentum. Ophis enim Græcè serpentem significat. Vnde Ophiogenæ populi in Hellesponto, qui serpentum ictus tactu leuant, & imposita manu venena corporis extrahunt. Candei populi Orientales serpentibus vescuntur: neque est alia regio earum fertilior. Serpentibus quoque abundat Africa.*

SERPYLLVM. Odoriferum, virens, luxurians.

SERRA. Arguta, ferrea, acuta, studens, dentata, rauca, longa, leuis, rutilans.

SERTVM. Florens, luteum, olens, spiceum, festum,

ſtum,geniale,molle, floridum, humidum, odoratum, cæruleum, gramineum, heliconium, florcum, textile, flauens,ſtellans fragrans,roſeum,vernificum, viteum, redolens,picturatum,madens,halans, inſigne, pictum, amaranteum,virens,coloratum,puniceum, radioſum, floridulum, intortum, marcidum , frondeum, viride, millecolor,roſidum.

SERVI. Agiles,ſordiduli,fallaces,curioſi,alienigenæ,fugitiui,cretati,apolides,ferratiles,ſalutigeruli, mediaſtini, hercitæ, ſaccularij , pileati, vicarij , inſularij, originarij,flagriones,maſtigiæ,loratij.

SERVITIVM. Graue,ægrum, triſte, turpe , durum,nefandum,immite,acre,vile,miſerum.

SERVITVS. Laborioſa,maligna, miſera, pœnalis,ignominioſa,miſerabilis,infamis,moleſta, oneroſa, perſica,mariandyna, *à Mariandynis populu iuxta Pontum, Paphlagoniæ vicinu, quos ferunt à Mileſijs ſubactos, & in contemtum fuiſſe diuenditos.*

SESTOS. Clara. *Vrbs fuit Helleſponti , patria Heros puellæ quam adamauit Leander.*

SETAE. Comantes,rigidæ,duræ, hirtæ, feræ, ſtrictæ,dumales,tremulæ,horrentes,hircoſæ,hiſpidæ.

SETIA. Pendula, clara, exigua. *Vrbs eſt Campaniæ feracis optimi vini.*

SEVERITAS Acerba,caſtigatoria,rigoroſa,dura.

SIBILVS. Stridulus, horrendus, trepidans, infectus,diſſonus,raucus,acutus,vibratus paſtorius.

SIBYLLA. Rabida, caſta, amphryſia , longæua, vihax,grynea phœbea,vetus,fatidica, cumæa, aſtriloqua,druiniloqua,fatiloqua, tremula, delphica. *Sibyllæ fuerunt afflatæ vaticinio ſpiritu , & futura præſagientes, decem numero. Harum præcipua fuit Cumana,quæ proprio nomine vocatur Amalthea,à Virgilio Deiphobe.*

SICAMBRI,

SICAMBRI. Feroces, flaui gaudentes cæde, indomiti, detonsi, paludicolæ, procelloſi, ſæui, paludoſi, terribiles, duri, fortes, proni in arma, infrenes, criniti, intonſi, torui. *Sicambri Germaniæ populi ad vtramque Rheni ripam habitantes: flauos habent capillos, quos, vbi ſatis creuerunt, quodam artificio in nodum complicant. Mart. li. 1.*

SICANI. Trimares, immites.

SICANIA. Trifida, triquetra, Trinacris.

SICILIA. Trinacris, *à tribus promontoriis. Ouid lib. 5. Metamorph.* trifida, æolis, frugifera.

SICORIS. Locuples, Heſperius, ſtagnans. *Fluuius Hiſpaniæ, de quo Lucan. libro quarto.*

SICVLI. Immites, trilingues, acuti: *quia pollent acumine & vafritia. Hinc* Siculiſſitare *verbum Plautinum eſt, aſtutè loqui.*

SICYON. Oliuifera, potens, tyria, pretioſa, alta, graia. *Vrbs Achaiæ, oleo & oliua feraciſſima.*

SIDON. Piſcoſa, vetus, potés, tyria, pretioſa, cadmea.

SIDVS. Aureum, candidum, vagum, cæleſte, lucidum, lucens, æthereum, arduum, igneum, conſpicuum, coruſcum, clarum, verſabundum, micans, celſum, rutilum, vibrabile, vibratum, fulgens, ſacrum, gemmatum, liquidum, planeticum, radians, rutilans, candens, nitidum, ſplendidum, fulgidum, ſublime, flammatum, auricomum, radioſum, conſpicuum, limpidum, olympicum, formoſum, uranium, aureolum, roſeum, ardens, flagrans, purum.

SILENI. Nyſigenæ, *geniti in Nyſa vrbe Indiæ ſacra Bacho. Senes, Propert. lib. 2.*

SILENTIVM. Fidele, taciturnum, nocturnum, mutum, horrendum, tranquillum, opacum, tenebroſum, latebroſum, arcanum, rabioſum, pythagoricum.

SILENVS. Ebrius, vetulus, arcadicus, ſpumans, nyſige-

nyſigena, pater. *Bacchi pædagogus & nutricius.*

SILEX. Durus, validus, rigidus, domitus, calcabilis, caucaſeus, ignitus, acutus *Virg.*

SILIGO. Mollis, cocta excepticia, *Plin.*

SILVA. Profunda, ſonans, viridis, pinea, arundinea, horrida, opaca, cædua, glandiaria, aquatilis, felix, nigra, formidoloſa, ſalubris, frondifera, lauricoma, vmbroſa, fragoſa, ſecreta, frequens trabibus, nemoroſa, myrtea, paluſtris, alta, ruſtica, rugoſa, denſa, incurua, capax, ſaxoſa, tacens, ſaxea, virens, fatidica, comans, rudis, trepida horrenda, vaſta, nutans, odorata, vernicoma, florida, taciturna, reſupina, ſaxea, obſcura, vernans, pinifera, zephyritis, frondens, auricoma, citria, frondoſa laurea, frondea querula, tacita, tenera, lata, laurifera, benigna, aerea, inuia, mollis, horrens, nobilis, frondiflua, picea, aprica, ſilens, informis, ſaligna, pomifera, pomifex, fruticans, vmbrifera, hiſpida, aſpera, frigens, comata.

SILVANI. Nemorum potentes, horridi, monticolæ agreſtes aruorum pecoriſque dei *Ouid. 1. Metam.*

SIMIVS. Proteruus, callidus, ſimulator, paraſitus.

SIMOIS. Phrygius, rapidus, lubricus, piniger, iliacus, idæus. *Fluuius Troadis, apud quem Venus ex concubitu Anchiſæ genuit Æneam. Fit inde adiectiuum Simoëntius.*

SIMPLICITAS. Ruſtica, nuda, rudis, vera, niuea, prudens, credula, incauta, pagana, inculta, pura, pia, neſcia fraudis, ſapiens, candida, ſincera.

SIMVLACRVM. Æneum, laruale, ligneum, cereum, terrenum, lapideum, fabrefactum.

SINADA. Pretioſa, phrygia. *Vrbs Aſiæ.*

SINAPIS. Fletum factura, lacrymoſa, amara, acris, mordax, triſtis, *Ennius lib. 4.*

SINGVLTVS. Lacrymoſus, acer, frigidulus.

SINON.

SINON. Fidens animi, periurus, pellax, fallax, dirus, cautus, vanus, mendax, miser.

SINOPE. Opima, diues. *Vrbs Cappadociæ.*

SINVS. Calidus, patulus, tepidus, nexilis, carbaseus, tener, blãdus, mollis, niueus, ambrosius, lacteolus, tyrius.

SIRENES. Acheloides, acheloiades, siculæ, leues, tyrrhenæ, volucres, thessalæ, acheloiæ, improbæ, vagulæ, dulces, natantes, blandæ, subdolæ, molles, canoræ. *Sirenes à poëtis finguntur filiæ Achelœi & Calliopes, habitantes in mari Siculo, sursũ versum virginea forma, postrema corporis parte pisces. Earum nomina sunt Parthenope, Ligea, Leucasia. Hæ præterea dicuntur tam blandè & suauiter canere, vt cantus dulcedine sopiant nautas, sopitos demergant. Vide Claudianum.*

SIRIVS. Feruens, lethalis, acer, pestifer, fulgens, lethifer, malus, puluerulentus, ater, infensus, igneus, calens, vstus, rapidus. *Stella est in ore Leonis æstifera, cuius tempore magna est siccitas fontibus & fluuiis deficientibus.*

SISTRVM. Phariacum, sonabile, tinnulum, Ægyptium, multisonum, garrulum, niliacum, niliacum, memphiticum, bellicum, ærisonum, æreum, pharium, argutum, stridulum, personum, resonans, dulce, crepitans, ouans *Val. Flac. Erat enim genus tubæ, quo Ἐγχειν vtebantur in sacris Isidis, in memoriam Osiris eiusdem meriti.*

SISYPHVS. Æolides, lassus, inquietus, æolus, infelix, defessus. *Filius Æoli, qui eos spectibus alio sæuo perimebat, alios calce in aquas præcipitabat. Propterea hanc apud inferos luunt pœnam, vt semper relabentem scopulum ad verticem montis cogatur voluere. Ouid. 4. Metam.*

SITIS. Ignea, anhela, arida, sicca, arens, tristis, aspera, horrida, flammata, acris, auida, molesta, ingeniosa, æua, feruida, rabida, tantalea æstiua, feruens, ardens, molesta, glutinosa, dira, implacabilis, lethifera, velana, hydropica.

SITVLVS. Aquarius, congialis. *Diuinus etiam* Situla.

SITVS. Pallens, informis, iners, turpis, immundus, piger, sterilis, cæruleus, fœdus, squalidus, languens, putris, annosus, muscosus, puluereus, miser, redolens, ferrugineus, ater, torpidus, futuus, squalens, obsidus, gelidus, arancosus, opacus.



SMARAGDVS. Viridis, clarus, radians, florens, erythræus, perspicuus, viridescens, viridans, scythicus. *Gemma est præcipuæ viriditatis, oculorum autem mirum in modum recreans. Frequens est in Erythra & Scythia: item India & Cyprus arisodinus.*

SOCCVS. Comicus, humilis, leuis, tenuis, alacer, lepidus, immundus, muliebris. *Calceamentum Comœdorum. Inde pro versu Comico capi solet, vt in his epithetis patet.*

SOCRATES. Anytureus, sapiens, loquax, actæus, contumax, diuinus, inculpatus, constans. *Socrates Atheniensis philosophus patrem habuit Sophroniscum marmorarium, matrem Phanaretam obstetricem. Vxorem habuit Xantippen satis dissicilem & morosam. Victu fuit facili. Damonem se habere fatebatur, à quo futura perdisceret. Accusatus postremò ab Atheniensibus, vel quòd de dijs male sentiret: aut, vt alijs placet, ob flagitiosam in pueros libidinem, & in carcerem coniectus, Anyto accusante, cicutam poculam hausit intrepidè, neglecta, quam ad patrocinium suæ salutis obtulerat Lysiæ, oratione.*

SODALIS. Carus, vnanimis, dulcis.

SODALITIVM. Fraternum, suaue, amicum.

SODOMA. Infamis, sulphure digna.

SOL. Ardens, rapidus, aureus, coruscus, igneus, flammiger, recurrens, æthereus, ignifer, æstiuus, candens, æstuans, calidus, purus, acutus, tepidus, aerius, præclarus, radiatus, lucens, flagrans, mithra, Houdus, Hyperione satus, nitidus, cãdidus, tepens, magnanimus, corniger,

corniger, flammeus, vagus, rubens, auricomus, omnitenens, radians, refugus, roseus, volans, titanius hyperionius, rutilus, flammifer, ignicomans, flammilucus, auratus, multiuidus, sensificus, oculus mundanus, torrés, auctor lucis, phanes, lucifer, aprieus, anhelás, labens, fulgidus, luminosus, creator lucis, salutifer, igniuomus, armatus radiis, luteus, lucifluus, feruidus, ignicomus, albus, amnificus, proles Hyperionis, sitibundus, rutilans, radiosus, globulentus, refugus, siderum princeps.

SOLATIVM. Dulce, optatum, breue.

SOLEA. Argutæ, ferrea, lata rubra, muliebris, laxa, lanata. *Capitur pro calceo. Solearij dicuntur solearum sutores, qui & crepidarij.*

SOLES. Purpurei, tepidi, æstiui, torrentes, rapidi, rosei, feruentes, iniqui.

SOLITVDO. Auia, deserta, vasta.

SOLIVM. Aureum, sublime, eburnum, insigne, acernum, luculentum, arduum, marmoreum, auratum, regale, superbum, altum.

SOLERTIA. Lepida, acuta, subtilis, docilis, peruigil, vigil, sapiens, viuax, versatilis, ingeniosa.

SOLLICITVDO. Mordax, dura, concatenata, vehemens, curiosa, anxia, misera, alta, aculeata. *Appulus lib. 6. de Asino aureo, Sollicitudinem & Tristitiam facit ancillæ Veneris, quòd omnis amor sit sollicitus & anxius, plusque tristitiæ sit in Veneris contubernio, quàm voluptatis.*

SOLON. Iustus, atticus, actæus, cecropius, æumnosus *Pers. Solon Salaminius fuit vnus è septem sapientibus Græciæ. Leges dedit Atheniensibus, abrogatis illis quæ prius tulerat Draco, quòd essent seueræ nimis & sanguinariæ. Voluit vt corpora debitorum non essent amplius obnoxia creditoribus, sed bona tantum.*

SOLSTITIVM. Humidum *Virg.* rigens.

SOLVM. Pingue, sitiens, sabulosum, rosidum, ferax, cretosum, puluereum, luxuriosum, putre, vber, florens, riguum, humidum, gelidum, fertile, paludosum, madidum, fecundum, frugiferum, floridum, herbidum, viride, præuirens, sementiferum, frigidulum, vireſcens, saxosum, pictum, cultum.

SOMNIVM. Nocturnum, vanum, nigrum, sollicitum, deuium, cæcum, pallidum, stultum, demens, mutum, inane, diuum, lymphaticũ, sæuum, triste, vagum, verum, fatidicum.



SOMNVS. Lethæus, iucundus, dulcis, mollis, saluber, volucer, leuis, soporifer, pinguis, segnis, profugus, facilis, ignauus, placidus, iners, mendax, tener, irriguus, niger, similis morti, languidus, tenuis, imbellis, deses, mitis, noctiuagus, piger, fallax, languidulus, blandus, liquidus, lentus, omnipotens, similis letho, quietus, domitor curarum, impauidus, vdus, benignus, reses, blandulus, dulciculus, noctis amicus, pruriens, vanus, anhelus, blandicellus, soporus, languens, hebes, silens, humens, torpens, lenis, latmius, elinguis, imago mortis *Cu*

SONIPES. Eleus, ferox, belliger, martius, acer, præceps, nobilis, citus, feruidus, impiger, superbus.

SONITVS. Acutus, boans, tumultuosus.

SONVS. Perstrepens, dulciloquus, lepidus, vocalis, flexanimus, pierius, penetrabilis, argutus, stridulus, querulus.

SOPHIA. Sacra, seuera, paradisis, florens.

SOPHISMA. Dialecticum, cæcum, sinuosum.

SOPHISTA. Verbosus, loquax, clamosus. *Faustus.*

SOPHRON. Implicitus. *Syracusanus poeta, cuius scripta erant admodum obscura. Stat. 5. Silu.*

SOPOR. Mitis, consanguineus lethi, placidus, segnis, dulcis, suauis, crassus, marcidus, irriguus, tacitus, endy-

endymioneus, languidulus, mollis, ignauus, lentus, blandus, languidus, lethæus, papauereus, lenis, madens, nocturnus, piger, impauidus, altus, securus.

SORACTE. Phœbeum: *quoniam mons est in Falisco, quondam Apollini sacer.* sanctum.

SORDES. Fœdæ, tabificæ, olentes, fœtidæ, malignæ, nigræ, spurcæ, viles, immundæ, putres.

SORS, *pro oraculo.* Ambigua, fatidica, Lycia, pythica, fatiloqua, fatidica, prænestina. Varia, infida fluibunda, temulenta, fallax, vagabunda, iniqua, lubrica, instabilis, inquieta, maligna, incerta, proteruа, cæca, periculosa, violenta, malefida, *pro fortuna.*

SPADO. Rugosus, tener, fluxus, semiur.

SPARTA. Vetus clara, herculea, animosa, libidinosa, menelaëa, potens, immunita, nobilis.

SPARTACVS. Vilis, acer, vagans *Horat. Fuit gladiator Thrax genere, magnis viribus præstans: qui collecto exulum & fugitiuorum non paruo exercitu, bellum ingens concitauit, adeò vt missi Crassum oportuerit, qui conatum eius reprimeret.*

SPECTACVLVM. Voluptuarium, festiuum, lepidum, dulce, publicum, resonans, apparatum.

SPECVLA. Alta, *Mantuan.* edita, celsa.

SPECVLVM. Leuatum, coruscans, leue, nitens, argenteum, nobile, prænitẽs, collucens, concauũ, micans.

SPECVS. Defossum horrendum, latebrosum, rosidum, asperum, sinuosum, gelidum, saxeum, obscurum, tenebrosum, opacum, abditum, scrupeum, fumificum, atrum, profundum, curuum, arcuatum, tetrum, cæcum, piceum, nigrum, tophaceum, tenebricosum, scrupolum, vastum.

SPELEVM. Horrendum, rosidum, vastum, siluaticum, montanum, cauum, saxeum, metuendum.

SPELVNCA. Atra, immanis, scrupea, tetra, gelida peropaca, occulta, furua, obscura, profunda, caua, frigida, viridis, abdita, nigra, tenebricosa.

SPERCHIVS. Populifer, minax, tenuis, velox. *Fluuius est Thessaliæ.*

SPES. Credula, auida, anxia, animosa, auara, sitibunda, incerta, indubitata, rata, firma, certa stabilis.

SPHAERA. Rotunda, decliuis, conuexa.

SPHINX. Iniqua, aspera, tricorpor, volucris, infanda, ambagiosa, œdipodionia, victa, callida. *Sphingæ poëtæ dicunt monstrum fuisse virgineæ facie, pennis auium, pedibus leoninis, quod olim Thebas veniens, sequẽs ænigma proposuerit occurrentibus: Quodnam est animal, primum quadrupes, bipes deinùm, postremò tripes? Quod qui non soluerent, daventur morti. Hoc autem explicasse fertur Oedipus, ac propterea Sphingem è saxo præcipitasse. Reuera sphinx animal est Æthiopiæ monstrosum, è simiarum genere, fusco pilo, mammis in pectore geminis, ad hominis speciem accedens, solo pilo & solitudine feram assimilante.*

SPICA. Caduca, frumentaria, cerealis, flauens, grauida, eleusina, ciliſſa, flaua.

SPICVLVM. Cnossium, lucidum, lentum, gortunium, tinctum felle, tinctum veneno, acutum, sceleratum, sæuum, tortum, rhodopeium, sordens, cydonium, pennatum lernæum, velox, aureum, splendidum, truculentum, ferreum, dirum, sanguinolentum, lethale, ferum, rigidum, apollineum, mucronatum, acuminatum, impium, volitans, incoctum, intortum, flammeum, rutilans, crudum, noxium, volatile.

SPINA. Acuta, siluestris, minans, sterilis, actis, cruenta, horrens, maligna, fera, vulnifica, dumosa, pungens, horrida, crudelis, hamata.

SPINETVM. Densum, inuium, asperum.

SPIRITVS.

SPIRITVS. Animalis, vagus, æthereus, aliger, ales ex alto tractus, anhelans.

SPLENDOR. Nitidus, fulgens, flammeus, perſpicibilis, tremulus liquidus, fulgidus, argenteus, auricomus, flammiger, niueus, rutilans, nitens, ignifer, niualis, lætus, albus.

SPOLIA. Hoſtilia opima, hoſtica, bellica, occulta, ampla, egregia, ſuperba.

SPONDA. Rotunda, nitens, aurea, orciniana.

SPONDEVS. Stabilis, lentipes grauis.

SPONGIA. Punica, leuis, madidata, munda.

SPONSA. Venuſta, egregia, decora, tenera.

SPVMA. Candida albida, tumens, pinguis, cana, natans, albens, feruida, leuis.

SPVTVM. Sordidum inhoneſtũ, craſſum, ſordens.

SQVALOR. Terribilis, agreſtis, horrendus, turpis, ater, annoſus, incultus, immundus.

SQVAMA. Crepitans, nexilis, promicans, fulgens.

STABVLVM. Spatioſum, opimum, molle, pingue.

STADIVM. Olympicum, olympiacũ, celebratum.

STAGNVM. Virens, refuſum, mire loquax, humidum, torpens, fugax, olens opacum, lentum, cærulum, liquens, curuum, ſplendidum, rutilum, piſcoſum, cauum, irriguum, dulce, vadoſum, litoreum, vndans.

STAMEN. Leue, gracile, candidum, tortum, peluſiacum, operoſum, niueum, ſericum, tyrium, lineum, tenue, purpureum, pretioſum, aureum.

STATVA. Aurata, marmorea, inaurata, exſanguis, ærea, equeſtris, loricata, infans.

STELLA. Ardẽs, vaga, candida, fulgẽs, ſiderea, micãs, ſerena, coruſcans, flammigera, rutilans, ignicomans, efflãmans, prænitẽs, lucida, coruſca, candicãs, radians, fulgida, inſignis, flãmea, ſplendens, crinita, gelida, coruſca.

STELLA, *poeta.* Dulcis, *Statius lib.* 1. *Silu.* pictus, canorus, facundus, *Mart. lib.* 12. *Aruntius Stella poëta Patauinus, natus est familia consulari. Romæ floruit eo tempore quo Flauij Cæsares imperarunt. Violentillam puellam Neapolitanam in uxorem duxit, quæ Græce Iantùs & Asterie vocatur. Scripsit elegias & poëma de interitu columbæ.*

STEMMA. Generosum, nobile, auitum, pulcrum, insigne, antiquum clarum illustre.

STHENOBOEA. Perfida *Horat. Uxor Prœti regis Argiuorum, quæ cùm Bellerophontem eximia forma puerum, sed tamen castissimum, cuius amore tota deferuebat, ad coitum non posset inducere, eum falsò apud Prœtum ipsum detulit, vt insidiatum suæ castitati. Prœtus scelerate mulieris accusationi fidem adhibens, Iobatem regem Lyciæ & Sthenobœæ patrem literis monuit, vt iniuriam illatam filiæ vindicaret, sumerétque supplicium de Bellerophonte. Iisque iussu Iobatis, Bellerophon variis hostibus & portentis obiectus est. Quorum cùm semper euaderet victor, venit in gratiam cum Iobate, adeò vt alteram eius filiam acceperit in uxorem. Quod audiens Sthenobœa, seipsam laqueo suffocauit.*

STENTOR. Ferox, magnanimus, vocalis. *Fuit Stentor quidam in exercitu Græcorum vocalissimus, qui solus tantum vociferabatur, quantum alij quinquaginta. Sunt qui dicant eum interfectum à Mercurio, quo cum de magnitudine vocis certabat. Iuuen. Satyr.* 13.

STERCVS Tetrum, olidum, immundum, fœtens.

STEROPES. Niger. *Is fuit vnus è ministris Vulcani, qui Cyclopes dicuntur.*

STESICHORVS. Ferox, *Stat.* 5. *Sil. Fuit poëta lyricus ex Himera Siciliæ ciuitate, qui excæcatus, quòd scripsisset Helenæ vituperationem, palinodiam cecinit, & amissum recepit visum. In eius ore, cùm infans esset, cantauit luscinia.*

STIGMA. Flammans, rigidum, durum, pressum, oppro-

opprobriosum. *Stigma dicitur infamia nota, quæ propter flagitium aliquod inurebatur fronti reorum. Hinc* Stigmatici *&* Stigmatiæ *dicuntur stigmate deformati.*

STIMVLVS. Amarus, acer, cludus, cruentus, furialis, ferus, acerbus, acutus, pungens, trux.

STIPES. Durus, fissilis, ramosus, nodosus, robustcus, procerus, teres.

STIPVLA. Leuis, viridis, volans, gracilis, aiida, agrestis, fragilis, crepitans, humens.

STIRIA. Turpis, horrida

STOLA. Longa, matronalis. *Stola erat tunica talaris, qua vtebantur matronæ. Hinc* pudor stolatus, *id est*, matronalis, *Mart.*

STOMACHVS. Latrans, *Horat.* Ieiunus, *idem.*

STRAGES. Cruenta deformis, acerba, sanguinea, lacera, tepens, impia, ferox profana, infanda, horrenda.

STRAGVLVM. Villosum; aureum, pretiosum, pictum. *Stragulum vestis est, qua lecti sternuntur, colorum & figurarum multitudine variegata. Veteres quidquid insternebant, à sternendo* Stragulum *appellabant. Hinc quandoque accipitur pro ephippio.*

STRAMEN. Agreste, molle, durum, rigidum.

STRATVM. Molle, *Virg. lib. 8* pictum, *Ouid. l. 8.*

STREPITVS. Demens, clamosus, leuis, horrendus, minax, turbidus, raucus, sonorus, sonans, horrisonus, malignus, tympanicus, stridens.

STRIDOR. Acutus, querulus, raucus, horrisonus, terrificus, horrendus, acer, terrisonus, terribilis, sonax, conuscus, horribilis, horrifer, strepcrus, sonans.

STRIGILIS. Ferrea, rubiginosa. *Plaut. Stich.*

STRIX. Nocturna, infausta, rauca, improba, infanda, taxicola, inferna, noxia, violenta. *Strix auis est nocturna & mauspicata, quæ nomen sumsit à stridore. Hæc infantes*

fantes noctu inuadit. Plinius ait non esse fabulosum, strigesubera infantium labra immulgere.

STROPHIVM. Viride, teres. *Nonius ait strophium breuem esse fasciam, quæ virgineorum papillarum coërcet errorem. Capitur etiam pro religiosa quadam corona, qua vtebantur antiqui sacerdotes. Plinius, Tenuioribus coronis vtebantur antiqui, strophia appellantes. Diminutiuum est Strophiolum.*

STRVTHIO *auis.* Vasta *Claud.*

STRYMON. Gelidus, thracius, geticus, rapidus, fumans. *Fluuius est Thraciæ, à cuius nomine vocantur Thraces* Strymonij.

STVDIVM. Insomne, sollicitum, vigil, flagrans, intentum, indefessum, laboriosum.

STVPOR. Immobilis, gelidus, frigidus.

STVPPA. Carens humore. *Virg. in Moreto.*

STVPRVM. Nefandũ, famosum, incestũ, infandum.

STVRNVS. Edax, pisitans, inops. *Sturnus auibus proprium est cateruatim volare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Maculosi sunt magnitudine merulæ, Græcè vocantur* Psari. *Plinius scribit Cæsares iuuenes sturnum habuisse Græco & Latino sermone docilem.*

STYIVS. Sculpens, ferreus, acutus, pungens, mordax.

STYX. Pallens, siticulosa, tristifera, phlegethontea, horrida concaua, tartarea, mortifera sæua, inamabilis, obscura ima, inferna, nocticolor, liuida fera, dira, atra, tacita, profunda, tristis, tremenda, nigra, furua.

SVADA. Mellita, decora, flexanimis.

SVAVIVM. Semiulcum, sorbillans, patulum, dulce, pressum, suaueolens, venereum, mellitum.

SVBER. Siluestre, multiforum, agreste, multicauum, frondosum, cauum, leue, porosum. *Suber minima est arbor, cuius lignum non solùm non mergitur aquis, sed alia quoque rebus alligatum facit ne mergantur. Vsus eius anchoralibus*

libus nauium, piſcantium tragulis, & caderum obturamentis, & in hibernis feminarum calceatu. Et folia non decidunt, non facilè ſentit vetuſtatem, aut cariem, iuuatur detracto cortice; quod tamen omnibus ferè arboribus exitiale eſt. Lignum foramineſum eſt & leue.

SVBSELLIA. Cuneata, celſa, honorata, tetrica: *à grauitate conſulum & iudicum.*

SVBVLCI. Tardi, hirtoſi, duri, rudes.

SVBVRRA. Feruens. *Fuit vicus in vrbe Roma, in quo meretrices habitabant, quæ propterea vocantur Suburranæ.*

SVCCINA. Pinguia. *Iuuen Satyr. 6.*

SVCCVS. Pinguis, dulcis, blandus, ſudans, liquidus, tener, præpinguis, riguus.

SVDARIVM. Setabum, *ab vrbe Hiſpaniæ, cui nomen Setabi, quæ agrum habet nomine Spartarium, a ſparto lini genere.* Sudarium *dicitur linteum ad detergendũ corporu ſudorem, & ad purgandas nares. Diminutiuum eſt Sudariolum.*

SVDES. Præuſtæ, præacutæ, terribiles, acutæ, fraxineæ, æratæ, tardæ, longæ, minaces.

SVDOR. Illotus, immundus, ſalſus, gelidus, frigidus, cæruleus, æſtiuus, pinguis, ſordidus, egregius, madens, impiger, mucidus, anhelus, fluens, iners, officioſus, amarus.

SVEVI. Flaui, intõſi, gelidi, truces, criniti, acres. *Populi Germaniæ, qui ſolebant olim obliquare crinem, nodóque ſubſtringere. Principes habebant ornatiorem capillum quam plebeij.*

SVGGESTVM. Sublime, celſum.

SVLCVS. Alueatus, longus, cerealis, diuiduus.

SVLFVR. Viuax, luteum, fumans, calidum, atrum, odorum, gregale, cæruleum, viuens, viuum, acre, olens, liquidum, tetrum. *Naſcitur, inquit Plinius, ſulfur in inſula Æoliu inter Siciliam & Italiam: ſed nobiliſſimum in Melo inſula. In Italia quoque inuenitur, in Neapolitano, Campanóque agro, & collibus*

& collibus qui vocantur Lecucogabi. Volaterranus ait nunc fossile sulfur esse in agro Volaterrano. Nar quoque fluuius aquas habet sulfureas.

SVLMO. Gelidus, riguus, aquosus, antiquus. *Oppidum est Pelignorum, patria Naſonis.*

SVMEN. Calidum.

SVMTVS. Prodigus, largus, nepotinus, *id est*, luxuriosus, diues, hedonius *à Spartiano dicitur sumtus, pro impensa facta in rebus voluptuarijs.*

SVPELLEX. Munda, pretiosa, conchyliata, speciosa, copiosa, lauta, exculta, curta, diues.

SVPERBIA. Damnosa, truculenta, aecensa, violenta, ventosa, vana, tumefacta, titanica, inhumana, inuisa, elata, impatiens fieri, amara, incauta, vesana, intolerabilis.

SVPERCILIVM. Hirsutum, triste, arduum, seuerum, durum, stoicum, trux, lubricās, nigrum, atrum, minax, acerbum, frontosum, truculentum, tetricum. *Homini, auctore Plinio, in supercilijs tristitiæ, hilaritatu, clementiæ & seueritatis indicium est. Hic sedem habet superbia, in corde primum nascens. Veteres credidérunt supercilium esse in tutela Iunonis, quòd hu protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam tribuere credebatur Iuno, Lucina inde dicta.*

SVPERSTITIO. Vana, anilis, friuola, inepta.

SVPPARVS. Mollis. *Festus ait Supparum vestimentum esse puellare ex lino. Nos* subuculam *&* camisiam *dicimus: Nonnius verò linteum esse femorale vsque ad talos pendens, quod subtus appareat.*

SVPPLICIVM. Miserandum, durū, miserabile, triste, funestum, sæuum, atrum, crudele, cruentum, deforme, acerbum, dirum, infame, miserū, horribile, impium, atrox, stimuleum, immane, importabile, turpe.

SVRAE. Teretes, tumētes, turgentes, pēdulæ, molles.

SVS,

SVS. Immundus, horridus, ſeuger, glaber, famis impatiens, lutulẽtus, ſpumiger, vulnificus, ignauus, ſolidipes, fulmineus, hiſpidus, lutoſus, obſcenus, brutus, multipara, glandilegus, ſpurcus, clamoſus, agreſtis.

SVSA. Achæmenia, pharetrata. *Suſa Suſæ, vel Suſa orum, fuit vrbs Perſarum metropolis, dicta à Suſo fluuio, condita à Dario Hyſtaſpu filio. Ibi fuit regia Cyri, lapide candido & vario, columnis aureis, & lacunaribus, gemmiſque diſtincta.*

SVSANNA. Caſta, pudica, ſancta. *Mantuan. producit primam.*

SVSPENDIVM. Sæuum, *Martial.*

SVSPICIO. Tacita, clandeſtina, maligna.

SVSPIRIVM. Cruciabile, ægrum, anxium, triſte, fœdum, gemebundum, ſedulum, mæſtũ, ſtridulum.

SVSVRRVS. Raucus, mollis, arcanus, tacitus, lenis, blandus, occultus, placidus, tener, ſuauiloquus, querulus, clandeſtinus, dulcis, tenuis, magicus, ſomniter, humilis.

SYBARIS. Alta. *Vrbs fuit in ſinu Tarentino. Vnde Sybarita gens luxu deliciiſque adeò notabilis, vt quidquid effeminatum, quidquid molle, quidquid accurata atque ambitioſa luxuria paratum eſſet, id vulgo Sybariticum diceretur. Hinc natum adagium,* Sybaritica menſa: *de conuiuio nimis apparato. Et* Sybaritiſſare, *Sybaritarum ritu delicijs indulgere.*

SYENE. Exuſta calida, eoa, niliaca, fuſca, æſtiua, phatia ſitibunda, vſta, combuſta feta atra. *Ciuitas Thebaidis Ægypti prouincia, conſtituta ſub æſtiuo tropico. Propterea Sole exiſtente in Cancro, medio Solſtitij die ſupra verticem ciuitatis cadens, nullam prorſus in ea vmbram facit. Lucret. lib. 2.*

SYLLA. Potens, ſæuus, trux, cruentus, atrox, ferox, rabidus, vehemens, immitis. *L. Cornelius Sylla ab initio Quæſtor Marij, Iugurtham à Bocchoin deditionem accepit. Siciliam prouinciam habuit. Bello ſociali Samnites, Marſoſque ſuperauit.*

superauit. Consul Asiam sortitus, Mithradatem prælio fudit; Archelaum præfectum eius Athenis uicit. Medos & Dardanos in itinere superauit. Ciuiles discordias exercuit cum Mario; cuius filium cum apud Prænestæ interfecisset, Felicem *se* vocauit, *&c.*

SYLLOGISMVS. Vncatus, argumentosus, insolubilis. *Syllogismus, inquit Gellius, est oratio, in qua consensis quibusdam & concessis, aliud quid, quàm quæ concessa sunt, per ea quæ concessa sunt, necessariò conficitur.*

SYMPLEGADES. Instabiles, vagæ, arctæ. *Insulæ in mari Bosphoro, quæ aliquando inter se feruntur concurrisse.*

SYPHAX. Dirus. *Rex fuit Numidarum, qui cùm Scipioni per Lælium amicitiam promisisset, & postmodum violata fide adhæsisset Hannibali, victus ab ipso Scipione ductus est in triumphum, exspirauitque in carcere. Atque eo mortuo, regnum Numidicum datum est Massanissæ. Propert. libro 3. produxit secundam.*

SYRACVSAE. Nobiles, piscæ, multiurbes, Arethusides, *ab Arethusa fonte. Ouid. libro quarto Fast.*

SYRIA. Pinguis, mollis, diues, eoa, luxuriosa.

SYRI. Grandes, longi, leues: *quoniam magnopere sunt prochues in rebus nouandis. Ludis præterea celebritatibúsque dediti. Perunguntur oleo pretioso, & liuntur unguentis. Maximam diei partem in comissationibus absumunt & potu. Masculi à XIIII. anno, fœminæ à XII. usque ad LXV. tributo obligantur. Fortunam colunt. Proni in cachinnos & scommata, diuino cultui satis dediti, operosissimi in hortis sunt. Vnde natũ adagium, Multa Syrorum olera. Nec caruerunt mollitiei nota. Hinc* Syrissare *verbum, id est, molliter uiuere.*

SYRMA. Insanum, barbaricum, tragicum, longum. *Vestis erat quæ in recitandis grauioribus poëmatis ab histrionibus trahebatur.*

SYRTIS. Libyca, vasta, inhospita, gætula, dubia, paretonia, vadosa, vaga, barbara, ambigua, æstuosa, naufraga,

naufraga, ſæua, lepticana, incerta, afra, fera, inuia, procelloſa, infida, arenoſa, horrenda. *Syrtes duo ſunt loca in finibus Africæ Ægyptum verſus, vbi mare fertur eſſe vadoſum & importuoſum, propter aquas reciprocas.*

DE LITERA T

TABERNA. Famoſa, obſcura, madida, bibula, arcana.

TABES. Palida, nigra, funeſta, mortifera, dira, liuida, crudelis, horrenda, nefanda, fluida, peſtifera, cruenta, lurida, fluens, exitialis.

TABVLA. Sectilis, picta, votiua, docta, diuerſicolor, apellea, *picta ab Apelle.*

TABVM. Turpe, atrum nigrum, cruentum, putre, craſſum, deciduum, torpens, fluidum, triſte.

TABVRNVS. Viridis, magnus *Mons eſt Campaniæ ferax oliuæ.*

TAENARVS. Spartanus, infernalis. *Promontorium eſt Laconiæ iuxta Spartam, in quo fertur eſſe vorago, per quam poëtæ finxerunt patere deſcenſum ad inferos.*

TAGES. Tuſcus, haruſpex, genitus tellure. *Tages primus omnium haruſpicij diſciplinam dedit Etruſcis. Ouidius lib. vlt. Metamorph.*

TAGVS. Aurifer, aureus, diues, piſcoſus, micans, turbidus, clarus, auriſluus, impiger, purpureus, auricolor, heſperius, inuidioſus, locuples, opacus, metallifer. *Fluuius Hiſpaniæ, qui ramenta aurea quandoque fertur euoluiſſe. Martial. lib. 8.*

TALARIA. Aurea. *Virg.*

TALENTVM. Fuluum, *Pontanus.*

TALPA. Oculis captus, obrutus terra. *Vide Virgilium & Plinium lib. 10. Talpas Græci* blattas *vocant, frumentum in area populantur. Similes prope ſunt muribus, terram excauant, in qua effodiunt ſibi cubilia. Talpa ſcatet tota Bœotia, præterquam*

præterquam Coronea vrbs, vbi nec gignuntur, nec allati viuunt. Plinius ait Talpas in Orchomeno cuncta subruere.

TANAIS. Niualis, scythicus, rigens, gelidus, superbus, frigidus, niuosus, bicornis. *Fluuius Scythiæ, ex Rhipæis montibus defluens. Fit inde adiectiuum* Tanaiticus.

TANAQVIL. Præscia fatorum, *Claudian.*

TANTALVS. Infidus, proditor, garrulus, pater Pelopis, fallax, siccus, phrygius, sitibundus, Pelopis genitor, conuiua deorum. *Tantalum Iouis filium, & regem Phrygiæ fabulantur poëtæ, dis hospitio susceptis Pelopem filium apposuisse comedendum, vt eorum diuinitatem experiretur, ac propterea apud inferos perpetua siti & fame torqueri, aquis & pomis ori imminentibus, quæ non possit corripere. Vel hoc illi tormentum inditum est, quod deorum secreta mortalibus reuelauerit. Ouid. lib. 4. Metamorph.*

TAPETES Picti, pulcri, tonsiles, alti, assyrij, purpurei, picturati, alexandrini, precioſi, varij.

TAPROBANE. Geminifera. *Insula amplissima in mari Indico, in qua nascuntur Beryllı & Hyacinthi. Eius incolæ excellunt corporum magnitudine, caruleis sunt oculis, atroci visu, terrifica voce, viuúntque vltra annos centum. Ibidem in anno geminæ sunt æstates. habet & elephantos maiores, belliosioréſque quàm Indi. Præterea marmor testudinis simile, margaritas multo honore præstantes.*

TAPSOS. Erycina. *Est enim herba frequens in Eryce monte. Lucanus libro nono.*

TARENTVM Herculeum, lacedæmonium, molle, imbelle, madidum, phalanteum, œbalium, vnctum. *Tarentum vrbs fuit Calabriæ clarissima, vsu purpuræ celebris, à Tara Neptuni filio condita: aucta demum à Laconibus, qui duce Phalanto, pulsis prioribus incolis, eam per vim occupauerunt & tenuerunt.*

TARQVINIVS. Iniustus, dirus. *Fuit Romanorum regum*

regum vltimus, qui occiso Seruio Tullio regnum scelestè occupauit: quo demum pulsus est propter stuprum, quod eius filius intulerat Lucretiæ. Fuit strenuus bello. Latinos Sabinosque domuit. Suessam & Pometiam Etruscis eripuit. Gabios in potestatem redegit. Ex Volscorum præda templum Ioui fecit in Capitolio. Armatos habuit stipatores ad custodiam corporis. Ferias Latinas primus instituit. Lacus in circo & cloacam maximam fecit, vbi totius populi viribus vsus est. Capitolium condidit. Ad extremum regno pulsus, ea qua diximus caussa, Cumas concessit, vbi per summam ignominiam reliquum vitæ tempus exegit.

TARRACO. Romana: *quoniam cùm sit vrbs Hispaniæ, nihilominus condita fertur à Scipione.*

TARRVS. Rapidus, sonans, saxosus, maculosus. *Mant. dicit Tarrum fluuium Italiæ esse.*

TARSOS. Persea. *est enim oppidum in Cilicia à Perseo Danaës filio conditum. Lucan. lib. 3.*

TARTARVS. Plutonius, squalidus, tristis, impius, mæstus, infestus, ater, lucis egenus, tenebrosus, opacus, manis, funestus, durus, fremens, piger, inamœnus, profundus, niger, vlulans, cauus, vorax, rapidus, infaustus, luridus concauus, pallidus, belialis.

TATII. Veteres, Sabini, *Propert.*

TATIVS. Ferus. *Rex fuit Sabinorum, quo cum Romulus imperium Romanum consociauit.*

TAVRVS. Auriger, fortis, fumans, minax, trux, æripes, validus, toruus, furibundus, corniger, acer, furens, spatiosus, rapidus, bellator, arduus, turbidus, indomitus, furiosus, tumens, durus, segnis, ignifer, ardens, alacer, ferox, horridus, fugax, horrificans, saliens, immanis, ignipes, oculosus, agrestis, armenti rex, robustus.

TAVRVS, *mons* Cilix, frigidus, inhospitalis, scythes, *id est*, scythicus, rigens, niuosus. *Mons est, teste Plinio, qui ab Indico mari surgit: deinde inter Ægyptum & Pamphilicum*

phiscum pelagus obiectus, Septentrioni dextro latere, leuo meridianæ plagæ occurrit. Denique se Rhipæis iugis annectit. Appellatur autem variis nominibus pro gentium ac linguarum varietate. Apud Indos, Imaus; apud Parthos, Niphates, inde Taurus: vbi vero in maximam consurgit sublimitatem, Caucasus.

TAXVS. Cyrnea, nocens, inimica, funesta, flagrans, metuēda, pestifera, mortifera, noxia, leuis, feralis lethalis, amans frigora, olens, bacciferа, lethifera, germanica, amara. *Taxus arbor simile est abieti. Baccas profert venenatas, præcipuè in Hispania: hinc plerique toxicum dictum arbitrantur, velut taxicum, mutatione litteræ. Feralis est, eius fumo necantur mures. Est in Arcadia adeò venenata hæc arbor, vt si quis sub ea dormiat aut capiat cibum, protinus emoriatur. Plinius ait esse innoxiam, si in ipsam clauus æreus infigatur. Ea pasta apes mel conficiunt amarissimum. Frequens est in Corsica.*

TAYGETVS. Gelidus, algens, virens, summus, arduus. *Mons est & oppidum Laconiæ.*

TECTVM. Vmbrosum. *Tibul. lib. 1.*

TEDA. Pinguis, fumida, cerea, lucida, pinea, cerata, fumans, flammicomans, comisca, teres, bustalis, festa. *Teda arbor liquorem seu picem stillat, & abundat liquido succo. Ea optimè fiunt faces, quæ propterea teda vocatur, & Ceres tedifera, quod in perquirenda Proserpina tedas inflammauerit. Grata erat flammis & luminibus sacrorum. hanc mares duntaxat ferebant. Montes amat. Frequens est in Calabria.*

TEGMEN. Textile. *Lucret. lib. 6.*

TEGVLA. Conuexa, cuita. *Propert. lib. 4.*

TELA. Pharia, *id est*, Ægyptia, Icariotis, *id est*, Penelopæa: *quoniam Penelope Icarij filia, fuit perita lanificij.* Memphitis, *id est*, *Ægyptia, à Memphi vrbe Ægypti.* Pendula, tenuis, arachnæa, dionæa, achæmenia, subtilis.

TELCHINES. Ialysij, *ab Ialysio Rhodi vrbe, Ouid.*

TELEGONVS. Æacus, *à matre Circe, quæ vocatur*

Æaa

Æea. Paricida, *quoniam patrem Vlyſſem ab expeditione Troiana reuerſum occidit imprudens.*

TELEMACHVS. Penelopæus. *Fuit enim filius Vlyſſis & Penelopes.*

TELEMVS. Eurymides. *Ouid. in Ibin.*

TELEPHVS. Myſus. *Ouid. lib. 2, de Ponto*: Lyrneſius. *Filius fuit Herculis ex Auge nympha, nutritus à cerua. Hic poſtea Myſorum rex factus, cum Græcos ad expeditionem Troianam proficiſcentes prohibere vellet, ne pertranſirent per Myſiam, ab Achille vulneratus eſt: qua plaga ſanari prius non potuit, quàm ſuadentibus oraculis eadem haſta repercuteretur.*

TELLVS. Picta, alma, florida, fertilis, dædala, humida, humens, fecunda, arenoſa, verna, ſolida, diues, globoſa, roſida, grauida, omnifera, frugifera, madida, opulenta, ferax, pendula, parens frugum, vernans, vorax, herbifera, omnipara, multifera, verſicolor, feta, renidens, ſuccuba, prægnatiua, gelida, opulenta, ſacra parens, æqua, opaca, bruta *Horat. quòd motus expers ſit.*

TELVM. Martium, typhoëum acutum, infeſtum, miſſile, ſæuum, arboreum, penetrabile, fatale, immedicabile, ſtridulum, illitum, noxium, volatile, lucidum, volans, mortiferum, vulnificum, ſtrictum, exitiabile, lamentabile, vibrans, tremens, perfidum, nocēs, fetum, cruentum, imbutum, luridum, iniquum, tinctum, bellicum, forte, leue, hamatum, minoium, trembundum, baleare, garamanticum, ſtridens, hoſticum, marruſium, ſequax, micans, dictæum, feſtinum vagum lycium fragile, intortum, infeſtū, aſperum, terga ſequens, vltrix, mauortium, horridum, celer, trabale, cyclopæum, ſiuens, tertium, lernæum, hoſtile, coruscum, Phœbeum, violentum, horrens, rutilans, volcanium, fulmineum, radians, volucre, ferratile, centauricum, ſplendidum, ſanguinolentum, durum, horrendum,

igneum, ferreum, mucronatum, fulgidum, fulgens, iouiale, peracutum, plumbiferum, flammatum, sanguineum, aheneum, æreum, ineuitabile, flammans, trisulcum, lethale, crudele splendens, flagrans, venenatum, tripenne, ventosum, æratum, caducum, amentatum, anfatum *Ennio.*

TEMERITAS. Cæca, furiosa, improuida.

TIMO. Longus, iugalis agilis, *Pontanus.*

TEMPE. Frigida, penetia grata, nemorosa, thessala, zephyris agitata, cyncia, olorina, heliconia, tumessia, vmbrosa, phthiotica, rosida schiminoia, opaca, thessalica, florida, dulcia, gaiana, rustica. *Tempe montes sunt Thessaliæ amœnissimi, & perpetuo veris temperie voluptifici, referti arboribus, voluerum concentibus argutis, riguis fontibus, propinqui Peneo fluuio. Ouid. lib. 1. Metam. ph.*

TEMPERIES. Salubris, vetna benigna.

TEMPESTAS Fœda, sonora, turbida, ventosa, opaca, grauida procellis, volans, pluuia, fera, aspera, horrida, acerba, maligna, animosa, naufraga, atrox, violenta, fœtens, maritima, iniqua, diua, vorax, valida, atra, inopina, nimbosa, fragosa, aeria, furibunda, nimbifera, obscura, picea, insana, turbulenta.

TEMPLVM. Operosum, laqueatum, lucidum, fulgens, niueum, aureum, venerabile, marmoreum, religiosum, excelsum, sacratum, altum, rosidum, sanctum, arduum, impollutum, cultum, votiuum, opimum, pretiosum, sublime, inclytum, grande, immane, spatiosum, cauum, excultum, pictum, auratum, pingue, conspicuum, eburnum, sacrum.

TEMPVS. Irreparabile, edax, tacitum, subitum, auidum, fluitans, irreuocabile, inuidum, auarum, obliuiosum, lubricum, mobile, fugitiuum, labens, irremeabile, volubile.

TENEBRAE.

TENEBRAE. Gelidæ, incautæ, infernæ, cæcæ, somnolentæ, fumosæ, nocturnæ, pruinosæ, quietæ, atræ, profundæ, nigrantes, tristes, arcanæ, humentes, immundæ, obductæ, fallaces, tacitæ, opacæ, nebulosæ, ergastulates, turpes, nigræ, malignæ, occultæ, cimmeriæ, fuliculæ, latebrosæ, silentiosæ, erraticæ, obscuræ, inextricabiles horrentes, labyrintheæ, horrendæ, horrificæ, furuæ, terræ, imaginosæ, umbriosæ, informes, latentes, somniferæ, inanes, stygiæ, inertes, terrificæ, nigriuestes.

TENIA. Spartea, *à sparto genere lini.* Punicea, *Virg. lib. 5. Tenia seu Tena (Seruio teste) propriè dicitur vittarum extremitas, & interim capitur pro tota fascia Est etiam piscículus.*

TEPOR. Leuis, *Ouid. lib. 2. Metamorph.* placidus.

TEREBINTHVS. Orichia, *quoniam Orichos seu Orices ciuitas Epiri abundat terebinthu. Virg. 10. Terebinthus arbor soliditatem habet in speciem buxi Resinam emittit odoratam quæ inde vocatur* Terebinthia. *Mascula est sine fructu. Feminarum duo sunt genera, alteri fructus rubet, lentis magnitudine, alteri pallet. Frequens est & magna in Syria, frutiosa in Macedonia, &c.*

TERVS. Bistonius, threicius, odrysius, ferus, sæuus, thracius, ismarius, iniquus, mæstus, thrax, dirus, geticus, infidus, immitis, martigena. *Rex Thracum, Martis filius ex Bistonide nympha, qui Philomelam filiam Pandionis regis Athenarum vxoris suæ Procnes sororem stuprauit, eiq. ne flagitium proderet, linguam amputauit. Quod vbi resciuit Procne, filium Ityn eidem comedendum apposuit. Ouidius lib. 6. Metamorph.*

TERPSICHORE. Canora, musica. *Terpsichore vna est ex nouem Musis, quæ interpretatur Exultans choreis.*

TERRA. Graminea, iacens, omniparens, frugifera, argillosa, glutinosa, arenosa, lutulenta, pinguis, cretosa,

glareosa, frugiferens, ferax, tenax, solida, feta, grauida vda, lutosa, metallifera, pumicosa, bituminosa, viridis, benigna, fertilis, sinuosa, pendens, supina, odorifera, multipara, turriferens, globosa, fructifera, diues, altrix, terrica, cunctipara herbida, omnipotens, rotunda, florida, omnipara, rudis, dædala, dimitia, habitabilis, opulenta, vber, iners *Horatio*, *ob grauitatem elementi, vt & bruta & iacens Virg. Poëtæ fingunt Terram filiam Demogorgonis, matrem Noctis, Tartari, Famæ, & Gigantum. Eamque appellant Cybelen, Magnam matrem, Rheam, Opem, & coniugem Titani.*

TERROR. Teter, anceps, gelidus, minax, tristis, sæuus tumidus, amens, seuerus, degener, monstrificus, horrificus, sollicitus, grandisonus, bombifer, insolitus.

TESQVA. Nemorosa inhospita, horrida, frondosa.

TESSERA. Bellica. *Est enim signum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur.*

TESTA. Fragilis, terrea, lubrica, samia, *quoniam Samos insula abundat luto fictili, ad conficienda vasa aptissimo.* Aretinæ testæ *pro fictilibus. Martial.* Tusca fictilia, *nam Tusci, Tatiano teste, primi plasticen & fictilia facere inuenerunt.*

TESTICVLI. Molles, teretes, rotundi, globosi, delicatuli, blandi penduli amabiles, genitales.

TESTVDO. Tarda, sanguine-cassa, minax, tumida, domiporta, tardigrada, *Pacuuius.*

TESTVDO *musica.* Blanda, caua cyllenæa, *id est,* mercurialis, eburna, apollinea, curua, argura, querula, vocalis.

TETHYS. Vaga, fugax, cana, titanis, reciproca, viridis, salsa, oceanea, fecunda, longæua, vndosa, vndiuaga, infusa, stagnans, rigens, spumans, obnoxia vento, saturnia, gelida, liquida, circumflua, profunda, refuga. *Tethys, Tethyos, filia fuit Cæli vel Titani & Vestæ, coniux Neptuni,*

Neptuni, & mater Nympharum. Quandoque pro ipso mari ponitur, producitque priorem syllabam,

TEVCER. Laomedontiades: *fuit enim filius Hesiones filiæ Laomedontis.* Salaminius: *habuit enim patrem Telamonem regem Salaminis insulæ, matrem Hesionem, filiam Laomedontis, & fratrem Aiacem, qui apud Troiam se interfecit, agrè ferens Achillis arma fuisse data Vlyssi. Troia autem diruta cum rediisset in patriam, pulsus est a patre, qui priùs abeunti voluerat, ne reuerteretur, nisi cum fratre. Itaque profugus nauigauit in Cyprum, vbi vrbem condidit.*

TEVTONES. Immanes terribiles, duri.

THAIS. Lasciua, menandræa, *celebrata a Menandro comœdiographo. Propertius lib* 2. procax, petrosa.

THALAMVS. Imbellis, cultus, dulcis, iugalis, genialis maritalis, floridulus, matutus.

THALES. Milesius, Mileto genitus. *Philosophus fuit celeberrimus, vnus e septem sapientibus Græciæ, primus omnium Astrologiæ secreta penetrauit, exploraut quæ rerum naturæ, temporum ambitus, flatus ventorum, stellarum motus, fulminum rationes, & fulgurum & meatus Solis reciprocos. De Vrsa minore disserut. Solis eclipsim prædixit primus. Mortuus est Olympiade* LVIII. *dum certamen gymnicum spectaret, æstu & sitifatigatus.*

THALIA Comica arguta, lasciua, docilis, tenera, blanda, casta culta. *Fuit vna ex nouem Musis. Interpretatur* cantus, lasciuia.

THAMYRAS. Luminis orbus, cantor, cæcus, miser *Ouid. Thamyras Philammonis fuit filius, excæcatus à Musis, quas ad certamen cantus prouocauerat.*

THASOS. Nemorosa, ventosa, fertilis, viridis. *Insula est in Ægæo mari, vna earum, quæ dicuntur Cyclades. Habuit autem maculosum marmor, quod Thasium dicitur.*

THEANO. Pythagorica, docta, sapiēs, erudita. *Fuit*

autem Metapontina seu Cressa genere, Pythagoræ tantum imitatrix, vt quidam volunt, sed vxor Brotini Crotoniatæ. Scripsit commentarios in Philosophia De virtute, poëmata quoque & apophthegmata Pythagorea. Fuit & altera eiusdem nominis apud Locros in lyricis præcellens.

THEATRVM. Cuneatum, festum, marmoreum, ornatum, dulce, clamosum, pensile, sublime, nobile, cauum, herbosum, magnum, populosum, festiuum.

THEBANI. Draconigenæ, anguigenæ, labdacidæ, *Euripidi.*

THEBAE. *Ægypti vrbs his epithetis insignitur.* Centumgeminæ, palmiferæ, centifores. *At Bœotiæ ciuitas sequentibus:* Ogygiæ, veteres, œdipodioniæ, bœotiæ, Echioniæ, Aoniæ, draconigenæ, Tyriæ, sidoniæ, Cadmeæ, truces, nobiles, septemgeminæ, agenorides, inclytæ, claræ. *Thebas tres præcipuas fuisse scribunt auctores. Vna in Ægypto, quam Busiris condidit. Hanc Græci* Heliopolin, *id est, Solis vrbem vocauere. Ambitus vrbis centum & quadraginta stadiorum traditur, insignis publicis, priuatisque ædificiis. Plinius ait totum oppidum fuisse pensile, ita vt numerosi exercitus educerentur à regibus, ciuitate nihil sentiente. Hæc centum habuit portas. Alia fuit in Bœotia à Cadmo Agenoris filio primum condita, sed postea ab Amphione plurimum exornata. Non nulli ferunt hanc conditam ab Ogyge. Hæc septem habuit portas. Alia fuit in Cilicia, quam Achilles deleuit, interfecto Ætione rege, Andromaches vxoris Hectoris patre.*

THECA. Scortea, eburna.

THEMIS. Fatidica, alma, longæua. *Fuit antiquissima dea, cuius oraculum consuluerunt Deucalion & Pyrrha post diluuium super humani generis reparatione.*

THEMISTOCLES. Neoclides, *filius Neoclis seu Nicoclis. Ouidius* 1. *de Ponto. Is prima pueritia prodigus fuit & lasciuus. Vbi tamen adoleuit, res gessit clarissimas. Bello maritimo*

timo Persas apud Salaminem vicit. Tandem ciuium inuidia pulsus ad Xerxem hostem confugit, à quo benignè exceptus est. Sed cum postea Xerxes ipse vellet eum cogere, ad inferendum patriæ bellum, seipsum interfecit, hausto sanguine tauri: quem sanguinem ideo pestiferum esse scribit Celsus, quòd celerrimè coëat & obdurescat.

THEOCRITVS. Siculus, syracusius. *Fuit poëta Syracusanus, qui patrem habuit Praxagoram, Philinam matrem: Floruit sub Ptolemæo Lago. Scripsit Dorica lingua Bucolicum poëma: hunc imitatus est Virgilius.*

THERAPNÆ. Apollineæ, vmbrosæ, virides, tyndareæ, blandæ. *Vrbs Laconiæ, à qua Lacones vocantur* Therapnæi.

THERMAE. Calentes, calidæ, niridæ.

THERMODOON. Citus, amazonius, celer, martius.

THERMOPYLAE. Oetæ. *Est enim tractus montanus ad Thessaliæ fines, longitudine sua magnas multasque Græciæ partes attingens, ad Oetam saltum Thessaliæ protensus, cuius pylas, id est, portas & angustias vocant Thermopylas: quia prope sunt thermæ, id est, calidæ aquæ Herculi consecratæ.*

THERSITES. Proteruus. *Ouid. lib. 13. Fuit quidam Græcus illiberali facie, quem Achilles interfecit pugno. Ouid. 4. de Ponto.*

THESAVRVS. Arcanus, absconditus, latens.

THESEVS. Perfidus, ægides, trœzenius, magnanimus, periurus, pius, neptunius, superbus, inclytus, horridus, fidus, atticus, profugus, fortis, crudelis, armiger, durus, ingratus, ferox, flauus. *Filius Ægei regis Athenarum, qui æmulatione laudum Herculis, magna gessit & ardua. Bellum gessit contra Amazones: quibus debellatis reginã earum Hippolyten rapuit, ex qua suscepit Hippolytum, Creontem tyrannum Thebarum, qui mortuos in bello prohibebat sepeliri interfecit. Oppressit & terribilem taurum in Attica. Minotaurum*

occidit in labyrintho. Scyronem, Procustem, & Scinin latrones Attica morti dedit. Debellauit Centauros: Thebas domuit. Pirithoum præcipua coluit amicitia, quo cum descendit ad inferos ad rapiendam Proserpinam.

THETIS. Filia Nerei, marina, vda, æquorea, nereis, nereia cærula, aquosa, belluosa. *Thetis Thetidis, fuit vxor Pelei regis Thessaliæ, filia Nerei, Achillis mater: corripitque priorem: & refertur inter maris numina.*

THISBE. Babylonia. *Ouid. 4. Metam. de hac & Pyramo meminit.* Miseranda, infelix.

THOAS. Clarus. *Rex fuit Taurica regionis, vbi Diana litabatur humanis carnibus. Ouid. lib. 3. de Ponto.* Minous, *Minois nepos, Ouid. in Epistolis.*

THOLVS. Curuus, *Ouid. 6. Fast.* cauus, pictus.

THOMYRIS. Magnanima, acerba. *Fuit Scytharum regina, quæ potentissimo Persarum regi Cyro bello congressa est, ipsumque & vita & castris spoliauit ad vlciscendam filij mortem, quem ille prius occiderat. Nec tamen hoc euentu victoria contenta est, aut emollita animi eius rabies. Mortui enim caput in vtrem humano cruore plenum demisit, his verbis insultans,* Filij mei sanguinem hausisti, & meum sitiuisti, Cyre: at ego te cruore saturabo. *auctor Herodotus.*

THORAX Ahenus, nexilis, multiplex, grauis, crudus, rutilus, flammeus, æneus, politus, leuis, pictus, aidens, trilix, ærisonus, squamifer, cauus, ferreus.

THRACES. Indomiti, feri, armigeri, bosporei, bosporidæ, acrocomæ, paimularij, hippomolgi: *vidim dicti poetis* Bistones, Edoni, Bysaltæ, Æmonij, Othryssij, Ismarij, Sithones, Strimonij. *Thraces populi sunt admodum bellicosi, patientissimi frigoris & laborum. Hinc orta fabula de Marte apud eos nato. Calculos colore distinctos pro experimento cuiusque diei in vrnam condunt, ac supremo die separatos dinumerant, atque ita de vnoquoque pronuntiant. Feruntur esse tam*

fragili

fragilu memoria, vt quaternarium numerando non possint excedere. Viuntur acie cuneata. Vino se ingurgitant. Liberos venundant, virgines non asseruant, sed quibus libuit viris concumbere permittunt uxores seruant vehementer, eaque à parentibus coëmunt. Otiosum esse habetur pro honestissimo, agricultorem pro contemptissimo: Spolus bellicus, & rapto viuere pulcherrimum. Eos colunt Martem, Liberum & Dianam: Reges etiam Mercurium, per quem solum iurant, & à quo progenitos se aiunt.

THRACIA. Gelida, armifera, sæua, barbara, horrida lapidosa, niuosa, mauortia, bistonia, bellicosa.

THRASEAS. Magnus, fortis, constans *Martial. Thraseas Stoicæ disciplinæ studiosus, cùm damnatus à Nerone solutis venis moreretur, magna constantia suorum fletum compescuit, libauitque sanguinem Ioui liberatori.*

THVLE. Hesperia, nigra, inhospita, imperuia, remota, vltima, *id est, remotissima. Insula est inter septentrionalem & occidentalem plagam, vltra Britannium, vltima earum quas Romani cognouerunt.*

THVS. Panchaium, fabæum, sudatum, pium, masculum, eoum, incanum, niliacum, flauum, votiuum, pingue vaporum, nabathæum, molle, odorum, redolens, olens, sacrum, pantheum, fragrans, calens, odoratum, dulce, fumans, ver Arabum *Statio*, Arabum odor, Panchaica resina, *Arnobio. Saba regio Arabiæ & tota ferè Arabia abundat thure. Minæi Arabiæ populi primi commercium thuris fecere, maximéque exercent. Abundãt etiam thure Panchaia & Libanus mons Phœniciæ.*

THYASI. Terribiles, rauci, ogygij, *id est*, Thebani, volantes, leues.

THYESTES. Tantalides, crudus, caligans, dirus, rigidus, sæuus. *Filius Pelopis ex Hippodamia, & nepos Tantali, qui & Pelopeiam filiam & Europam fratris sui Atrei uxorem stupraut, ex eáque susceptos filios, quos Atreus in*

vindicti am

vindictam tanti sceleris eidem comedendos apposuit. Propterea poëtæ fabulantur Solem horrore tantæ immanitatis expalluisse, mutatóque solito cursu reduisse ad Auroram.

THYIAS. Teumesia, *id est*, Bœotica; *à Teumeso monte Bœotiæ, in quo fiebant Bacchi sacrificia. Stat. lib. 5.*

THYMVM. Cecropium, *id est*, *Atticum*, gratum, dulce, atticum, hyblæum, odorum, redolens, molle, fragrans. *Herba est apibus gratissima, qua abundant Hymettus & Hybla.*

THYRSVS. Frondens, virens, dionysæus, fragilis, mollis, teres, pampineus, echionius, nysæus, mæonius, validus, infamis. *Thyrsus dicitur hasta aculeata, hedera operta, quam in Bacchanalibus quatiebant.*

TIARA. Purpurea, phrygia, viridis, barbata, barbarica, lunata, achæmenia, coa, rubra, sacra, conchylis. *Tegumentum erat capitis, Persarum genti peculiare, quo reges & sacerdotes vtebantur. Simile prope erat mitræ aut galero. Vide D. Hieronymum in epistola ad Fabiolam.*

TIBIA. Querula, berecyntia, caua, zygia, lasciua, multiforatilis, longa, eburna, garrula, rurestris, prædulcis, sacrifica, aurea, blanda, vnca, ventosa, buxea, amæna, curua, docta.

TIBICEN. Vagus *Ouid.* doctus, dulcicanens.

TIBVLLVS. Argutus, amator, cultus, tersus, insignis, tener, pierius, facilis, albius, elegans. *Albius Tibullus, natus Romæ Hirtio & Pansa consulibus, parentes habuit ex equestri ordine. Forma fuit eleganti. Hinc Horatius ad eum scribens, Non tu corpus eras sine pectore. & c. Maximè amatus est à Messalla Corvino, cuius etiam laudes celebrat. Amauit quoque Horatium & Macrum. Præterea Maratum & Cherintum pueruios, vt puellas Deliam, Sulpiciam, Neæram, Nemesim & Plautiam, quam ficto nomine vocauit Deliam. Scripsit elegiarum libros IIII. Obiit adhuc iuuenis.*

TIBVR.

TIBVR. Pomoſum, vdum, fertile, herculeum, gelidum, hibernum amœnum, humidum, pronum, glaciale, mite, vacuum. *Oppidum eſt non procul ab vrbe Roma, conditum à Catillo, Corace, & Tiburto fratribus Græcis, qui ex Arcadia in eum locum venerunt, pulſiſque inde Sicanis, vrbem ipſam poſuerunt. Horatius lib. 2. Carm.*

TICINVS. Perlucidus. *Fit inde patronymicũ* Ticinis.

TIGILLVM. Leue, *Poëtianus*, curtum.

TIGNVM. Complanatum, decliue.

TIGRES Armeniæ, rapidæ atræ, validæ, hircanæ, immanes, feræ, auidæ, aſperæ, gangeticæ, maculoſæ, indæ, capiſtratæ, ſæuæ, rabidæ, caucaſeæ, concitæ, caſpiæ, martiæ, parthicæ, carcheſiæ, virgatæ. truces, rigidæ, acerbæ, violentæ, furibundæ, rabioſæ, efferæ, afræ, pedeſtrenuæ, dentatæ, ſpumantes, variæ, diuerſicolores. *Tigris animal eſt mirandæ velocitatis & feritatis maximæ, frequens in India & Hyrcania. Maribus non eſt cura ſobolis: fœmina verò præcipua. Propterea ſi venator equo inſidet catulos eius abſtulerit, illa vbi vacuum cubile reſpicit, prædonem mira celeritate proſequitur. Raptor verò audito eius fremitu, vnum ex catulis in viam proiicit. Quem cùm illa refert ad nidum, priusquam poſſit regredi, nauem conſcendit prædo: mox reuerſa tigris, vbi nullum vindictæ locum ſupereſſe videt, ſæuit in litore. Lucan. lib. 5.*

TIGRIS *fluuius*. Rapidus, achæmenius, *id eſt*, perficus, *ab Achæmene Perſarum rege*, violentus, tepidus, vagus, rapax, celer. *Fluuius eſt rapaciſſimus maioris Armeniæ, incertam habens originem. Eccleſiaſtici fontem eius ponunt in terreſtri paradiſo.*

TILIA. Leuis, pinguis, mollis, elumbis, ſequax. *In Tilia arbore mas & fœmina differunt. Materies maris dura eſt, nodoſa, rufior, & odoratior. Cortex craſſior, & detractus inflexibilis, nec ſemen fert aut florem vt fœmina, quæ craſſior*

arbore,

arbore, materia candida, præcellénsque est. Succus foliorum & corticis dulcis est. Fructum eius nullum animalium attingit. Inter corticem & lignum tenues habet tunicas multiplici membrana, è quibus vincula fiunt, quæ vocantur tiliæ, quorum tenuissimum vocatur philyra.

TIMAVVS. Euganeus, antenoreus, phrygius, multifidus, amyclæus, œbalius, iapyx, gelidus, ledæus *Mart. Fluuius est Venetiæ, qui delatus è montibus cadit in profundum, deinde infra terram absorptus stadijs circiter trecentis & triginta erumpit in mare. Influit pluribus æstus, quæ accolæ Tergestini sinus, fonticulos dicunt, auctore Georgio Merula: quoniam instar fontium emittunt aquas.*

TIMOR. Anxius, ater trepidus, cæcus, mæstus, algificus, consternatus, sollicitus, suspensus, anceps, æger, horrendus, infelix, gelidus, imbellis, frigidus, frigens, miser, dubius, pauidus, attonitus parcus sui, albus.

TINEA. Agrestis, turpis, edax, iners.

TINNITVS. Argutus, cauus, multisonus, acutus, tenuis *Catullo*, leuis, stridulus.

TIPHYS. Audax, paga æus, *id est*, Thessalus, *à Pagasa, vrbe Thessaliæ*: nauarchus. *Tiphys fuit vnus e principibus Argonautarum, qui Colchos profecti sunt ad rapiendum vellus aureum. Ouid. 1 de Arte.*

TIRESIAS. Longæuus, callidus, prouidus, thebanus, lucis inops, dircæus, *id est, Thebanus, a Dirce fonte Bœotiæ.* vates, augur, cæcus. *Tiresias fuit vates & augur Thebanus, qui consultus à Ioue, vtri maior esset in venere libido, viro an fœminæ: cùm fœminæ dixisset, ira Iunonis excæcatus est. Quam eius cæcitatem Iupiter vatidico pensauit. Alij excæcatum ferunt, quòd Mineruam in fonte nudam conspexisset.*

TISIPHONE. Pallida, vltrix, sæua atra, noctis alumna, dura, impia, torua, impexa, dira, cruenta, horrenda, lymphata, improba.

TITAN.

TITAN. Crinigер, flammiger, calidus, rapidus, roſeus, inſignis, nitidus, feruidus, radiatus, ardens, monſtifer, igneus, celer, candidus, rutilans, flammeus, ſublimis, eous, lucidus, rutilus.

TITANES. Impij, validi, inceſti, furentes. *Titanes dicuntur gigantes, Titanis & Terræ filij.*

TITHONVS. Canus, mygdonius, *id eſt*, phrygius, ſenex, longæuus, annoſus.

TITVLI. Inſignes, illuſtres, celebres, ſuperbi, grandiloqui, ſplendidi, regales.

TITYVS. Alumnus terræ, fœdus, incontinens, terrigena. *Tityus Iouis fuit filius, qui propter tentatam ſtupri Latonam ab Apolline ſagittis confoſſus eſt. Hoc autem ſupplicio nunc torqueri dicitur, vt renaſcentes eius fibras tecúrque vultur ſemper dilaniet. Claudianus in Gigantomachia.*

TMOLVS. Diues, arduus, fecundus, fertilis, vitifer. *Mons Lydiæ feraciſſimus vini & croci.*

TOGA. Picta, tenuis, auſonia, romana, latia, radians, pacifica, futilis, laxa, oſtrina, coccina, manicata, nitens, coa, ſerica, longa, melotæa, laboiata. *Toga communis erat Romanorum veſtis, qua vtrúſque ſexus homines vtebantur. Accipitur interdum pro peculiari habitu clientum & ſalutatorum, qui togati ſalutatum ibant, vt ſportulam conſequerentur. Toga prætexta veſtis erat magiſtratuum.* Togatæ fabulæ, *quæ ſcriptæ ſunt ſecundum ritus & habitus Romanorum, quarum ſcenici actores vocabantur Togatary.* Toga pura & virilis *dicebatur, quam adoleſcentes tyrocinij die depoſita prætexta puerili, ſumebant in Capitolio. Togæ vſus erat præcipuè tempore pacis. Hinc plerumque proprie pro pace capitur.*

TOMACVLVM. Fumans, *Martial. lib. 1.* diuinum, ſectum *Eſt edulium ex inteſtinis porci.*

TOMI. Vetcies. *Vrbs fuit in Ponto.*

TONANS.

TONANS. Æthereus, latius, panomphæus, capitolinus, taipeius, piſæus, phaetratus, inachius, naſamonius, laſciuus, elæus, garamanticus, olympiacus, fulmineus, ſidereus, cælicus, cæleſtis.

TONITRV. Coruſcum, commotum, vagum, repentinum, raucum, vaſtum, terrificum, ſonorum, diſploſum, horrificans, horriſonum, horrificum, terribile, diuum, ventoſum, æſtiuum, horrendum, hiulcum, reboans, ſtrepeium, graue.

TONVS. Dulciſonus, muſicus, ſuauis.

TOPHVS. Tenuis, lenis, ſcaber, ſordidus, piceus, exeſus. *Lapis eſt aſper, qui facillimè reſoluitur in arenam.*

TORMENTVM. Murale, validum, durum, immane, ahenum, iniquum, acerbum, toruum, dirum, vulcanium, horridum, veſanum.

TORNVS. Facilis, anguſtus. *Inſtrumentum fabrile, quo ligna, ebur, & reliqua huiuſmodi fignantur, & poliuntur.*

TORPEDO, *piſcis.* Dira, mollis, ferox, callida. *Piſcis eſt, quem ſi quis attigerit, morbo afficietur, a quo illa ſuum nomen traxit. Quo etiam modo piſces in prædam agit. Occultat enim ſe limo, & ſupra natantes facit torpere, quos emergens deuorat.*

TORPOR. Frigidus, grauis, iners, immobilis, titubans, noxius, lutulétus, ſegnis, létus, eneruis, exſanguis.

TORQVATVS. Sæuus, trux, ſecurifer. *Manlius Torquatus filium ſecuri percuſſit, quòd in Samnites contra edictũ pugnaſſet, quamuis hoſte profligato victoriã ad ſuos retuliſſet.*

TORQVIS. Auratus. *Sil. lib.* 15. decorus, aureus, tortus, vncus, diues, ſplendidus, regalis.

TORRENS. Rapidus, tumidus, ſubitus, turbulentus, rapax, obliquus, gelidus, riguus, vorticoſus, aquoſus.

TORRIS. Ardens, ater, ambuſtus, meleagrius.

TORTOR. Barbarus, immitis, cruentus.

TORVS.

TORVS. Genialis, sublimis, dulcis, mollis, purpureus, piger, socius, sacer, iugalis, compositus, tepidus, tyrius, placidus, cultus, tener, piceus, molliculus, ignauus, fulgens, purus, ostrinus, attalicus.

TOXICVM. Sæuum, lernæum, dirum, luridum, impium, ferum, lethale, exitiale.

TRABEA. Fulgens, rigens, aurata, purpurea coccinea, punicea. *Vestis erat togata purpura circumdata subtegmine puniceo, quam aureæ fibulæ annectebant. Hinc* Trabeatus, *indutus trabea, Persius.*

TRABES. Firmæ, solidæ, fraxineæ, iliceæ, auratæ, pictæ, arboreæ, nitidæ, acutæ, abiegnæ, acernæ, quernæ.

TRAGOEDIA. Seuera, violenta, animosa, lacrymosa. *Tragœdia est heroica fortunæ in aduersis comprehensio: à Græca dictione* tragos, *id est, hircus: quoniam olim tragicis auctoribus præmium erat hircus. Tragœdiæ stylus debet esse magniloquus & sublimis: quoniam arduum est eius argumentum, soliquæ principes & heroës inducuntur in ea. Propterea scribit Ouid.* Omne genus scripti grauitate tragœdia vincit. *Et Horatius,* Effutire leues indigna tragœdia versus. *In hoc genere carminis principium est triste, finis lacrymosior. Præcipui apud Græcos tragœdiographi fuerunt Thespis, Æschylus, Sophocles, Euripides, & Phrynichus. Apud Latinos, Pacuuius, Accius, Attilius, Varus, & Seneca.*

TRAGOEDVS. Vociferans, grauis, mæstus.

TRAPETVM Vnctum, madidum, palladium, durum, marmoreum, venafranum, rude.

TRAPESVS. Alta, nobilis. *Vrbs est in Ponto.*

TREMOR. Gelidus, horridus, vagus, incursans, frigidus rapidus, sæuiens, horrisonus, horrendus, terribilis aridus, timidus, anxius.

TRIBVLVS. Acutus, asper, scaber, pungens.

TRIBVNAL. Celsum, iuridicum, altum, editum.

TRICE. Sterilis. *Vrbs est Cretæ.*

TRICLINIVM. Frigidum, plenum, capax.

TRIDENS. Sæuus, infestus, æquoreus, pinniger, validus, vncus, trifidus, fluctisonans.

TRINACRIA. Vndisona, tuquetra *id est*, triangula, *Horat. lib. 2. Serm. Dicitur* Trinacria, *à tribus promontoriis, Pachyno, Lilybæo & Peloro.*

TRIONES. Hyperborei, gelidi, nigri, scythici.

TRIPODES. Teretes, apollinei, iacti, docti, delphici, cirrhæi, *id est*, *Apollinei. Erant enim mensæ in templo Delphi Apollinis, ex quibus vates & Phœbades reddebant oracula. Alio nomine vocabantur* Cortinæ.

TRIPVDIVM. Hymenæum, *id est*, nuptiale, citatum, lymphaticum, leue, agile, iucundum.

TRISTITIA. Tetrica, grauis, torpens, mœsta, anxia, grauis, sollicita, tremens.

TRITON. Canorus, cæruleus, celer, rapidus, pistriger, squameus, vagus, saxicola, semifer, madidus, hispidus.

TRIVMPHVS. Lætus, superbus, magnificus, sacer, clarus, sublimis, præclarus, lauriger, insignis, augustus, egregius, pulcer, elegans, viridis, celeber, decorus, illustris, pompalis, sollemnis, nobilis, honoratus, lautus, barbaricus.

TROADES. Decoræ, *Statius in Achil.*

TROCHVS. Græcus, *à Græcis inuentus. Horat. lib. 3. Carm.* celer, argutus, versus, citus, velox.

TROES. Violenti, *Ouid. in Epistolis.* pugnaces, Teucri, Dardanij, Laomedontiadæ.

TROEZEN. Thesea: *quoniam oppidum fuit Atticæ regionis, in quo regnauit Theseus. Stat. lib. 4. Thebaidos.*

TROIA. Laomedontea, antiqua, neptunia, periura, nuara, alta, perfida, dardana, diruta, phœbea, phrygia, rusticia, idæa, apollinea, hectorea, iliaca, ardua, fatalis, magna,

magna, vetus. *Pergama vrbis Troiæ non aliam ob causſam adſcribuntur deis conditoribus, quàm propter magnificentiam: nam habuiſſe feruntur in ambitu* XL. *millia paſſuum. De his Lucan. lib.* 6.

TROIA *ludus.* Equeſtris. *Troia erat equeſtre ſimulacrum ſeu vmbratica equitum pugna, in qua equi & ſeſſores in orbem circumacti viciſſim ſeſe impetebant.*

TROPAEVM. Lætum, clarum, ſublime.

TROPHONIVS. Phœbeus. *Fuit quiſpiam vates ſpeluncam habitans, in quam qui deſcendebant, perpetuò erant triſtes & agelaſti. Hinc adagium natum,* In Trophonij antro vaticinatus eſt, *de homine maximè triſti & præmiſſo ſeuero.*

TROS. Dardanus. *Fuit enim filius Erichthonij & nepos Dardani, à cuius nomine Troia dicta eſt* Dardania.

TRVCVLENTIA. Effera, inhumana.

TRVDES. Ferrata. *Virgilius lib.* 5. *Æneid. Trudes pertica ſunt a trudendis nauibus dicta.*

TRVLLA. Aurea, campana, vinaria. *Trua ſeu Trulla genus eſt vaſis, à terendo. Eo vaſe aqua fundebatur in lauatrinam. Fiebat & ære Corinthio & argento. Martial. poſuit pro ſcaphio, lib.* 9.

TRVNCVS. Roboreus, teres. *Virg.* 6. *Æneid.*

TRVTINA. Æqua *Pacificus.* iuſta.

TVBA. Clara, ſtridens, terribilis, fera, canora, funeſta, longa, ſæua, aeris, mæſta, pieria, ſanguinea, clangens, tartarea, fremens, rauca, vocalis, caua, ænea, audax, tremenda, flexilis, grandiſona, vnca, magnifica, belligera, ſonax, triſtis, martia, flexa, ſuperba, terrifica, trepitans, altiſona, horribilis, floralis, querula, teres, horrida.

TVBVS. Fictilis. *Colum. lib.* 1. cauus.

TVCETVM. Lacrymans, craſſum. *Perſius Satyr.* 2. ſapidum. *Tucta vocantur cibi regij ſapore præſtantes.*

TVDERTES. Gradiuicolæ. *Dicuntur habitatores Tuderu oppiduli Vmbriæ. De quo Sil. lib. 4 & 6.*

TVGVRIVM. Pauper, paruum, craticium, humile, anguſtum, ruſticum, ſtramineum.

TVLLIA. Impia, violenta, ferox. *Tarquinius Superbus Seruium Tullium ſextum Romanorum regem, vt regno ſuccederet, morti dedit, cuius filiam nomine Tulliam in vxorem prius duxerat. Scelerata mulier eadem regnandi libidine qua maritus pruriens, vbi intellexit patrem interfectum, vehiculo ſe properè ferri iuſſit, vt interfecteri gratularetur. Cùm autem inter eundum comperto cadauere, equi & auriga conſtitiſſent, erubeſcerétque mortuum conculcare, mulier nefaria currum, ſuper faciem mortui parentis duci iuſſit. Ouidius in Ibin.*

TVLLVS. Pugnax. *Fuit enim tertius Romanorum rex, multo ferocior Romulo. De quo Virg. lib. 6.*

TVMVLTVS. Trepidus, vagus, turbidus, diſcors, veſanus, terriſonus, horriſonus, panicus.

TVMVLVS. Exſanguis, gelidus, flebilis.

TVMOR. Inſolens, nocuus.

TVNICA. Mollis, fluens, radians, palmata, conſuta, manuleata, demiſſitia, talaris, crocina, fluxa, oſtrina, ſoluta. *Tunica veſtis erat breuior, & ſine manicis, qua vtebantur viri. Manicata decebat feminas, vt arguit illud Virgilianum:* Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. *Vide Gellium lib. 7.* Tunicari *dicuntur tunicis induti. Horat. lib. 1. Epiſt.*

TVRBA. Loquax, ſtridula, multiuola, tumultuoſa, rudis, vaga, confuſa, diſcors.

TVRBO. Niger, ater, rapax, violentus, verſabundus, nimboſus, cæcus, ſæuus, nigrans, ſtridulus, inopinus, immanis, piceus, furialis, properatus, rapidus, ſubitus, intortus, tumens, raucus, puluereus, celer, volucer, obſcurus, fulmineus, horriſonus, acer, nigricans, procelloſus.

cellosus, atrox, terrificus, indomitus. Citus, *Tibull. pro trocho metæ in modum turbinato.*

TVRCAE. Infidi, immanes, improbi, atroces, immites, feroces, fortes, potentes, armipotentes, pharetrati, minaces, audaces, horribiles, truces, mahometigenæ, othomanigenæ.

TVRDVS. Edax, obesus, crassus, auidus, vagus, aduena, raucus. *Turdi aues in cacuminibus arborum nidificant luto, à coitu decem diebus ouа maturescunt in vtero. Loquacissimi sunt, sed peculiaris surditas eisdem ascribitur. Hinc adagium,* Surdior turdo. *Præcipui sunt saporis. Inassati cum myrti baccis prosunt dysentericis & vrinæ. Eu color æstate circum collum varius, hieme concolor. Frequentes sunt in Germania tempore hiberno. Eorum fimus optimus est stercorandis agris. Agrippina vxor Claudij Cæsaris turdum habuit imitantem sermones hominum ætate Plinij.*

TVRMA. Minax, vaga, audax, rapida, armata, minans, ærata, alipes, hastata, cristata, terrifica, valida, hostilis, militaris furens, pugnax, sequax, ferox, numerosa, fortis. *Turma militaris constabat ex* XXXII. *equitibus. Varro turmam ait dictam esse, mutata e in u, quasi ternam, quòd terdeni milites ex tribus tribubus, Lucerum, Rammium, & Tatiensium fierent.*

TVRNVS. Sæuus, acer, rutulus, audax, tumidus, implacabilis, turbidus, ausonius, alacer, bellator, daunius, barbarus. *Turnus filius fuit Dauni & Veniliæ. Rutulorum dux, qui propter Lauinsam, filiam Latini regis & Amatæ, bellum mouit in Æneam, à quo tandem interfectus est, auctore Virgilio.*

TVRRIS. Aeria, alta, caua, ardua, celsa, ahenea, valida ferrea, curuata, excelsa, prona, ærata, marmorea, superba, solida, edita, sublimis.

TVRTVR. Niger, castus, raucus, pudicus, cereus.

Turtures vere occultantur, pennáſque amittunt. Cùm bibunt, colla non reſupinant. Octonis viuunt annis. Bis anno pariunt, oua plurimũ terna. Phalarim volucrem oderũt, pſittacus amica. Purgant ſe herba, quæ vocatur helxine. Earum fimus albugines extenuat. Erepta compare ſemper gemunt, & caſtitatem ſeruant.

TVSSIS. Anhela, aſpera, mala, acerba, violenta, frequens, moleſta, frigida.

TYBRIS. Tuſcus, lydius, auſonius, tyrrhenus, cæruleus, corniger, tumidus, flauus, vagus, nubilus, apenninigena, altus, arenoſus, aduena, arundifer, lubricus, flauens, ſceptrifer, romuleus, vdus, amœnus, rapidus. *Thybris fluuius, cùm prius diceretur Albula, nomen ſumſit à Tiberino rege ibidem ſubmerſo. Ouid. in Ibin. Ab hac dictione Thybris, fit adiectiuum Thybrinus.*

TYDEVS. Acheloius, œnides, calydonius, egregius, fulmineus, œneus, magnanimus, cruentus, tutbidus, ætolus. *Filius Oenei regis Ætoliæ, qui cùm Menalippum fratrem imprudens in venatione occidiſſet, relicta patria, confugit ad Adraſtũ regem Argiuorum, cuius filiam Argiam nomine duxit in vxorem. Miſſus demũ à Polynice legatus ad Eteoclem regem Thebanum, cùm arroganter ſatis locutus eſſet, ſtomachum mouit ipſi Eteocli, adeò vt miſerint quinquaginta milites, qui redeũtem inſidiis opprimerent; quos tamen omnes Tydeus interfecit, præter vnum, quem tanti facinoris nuntium volebat relinqui.*

THYMBRA. Spirans, troiana, olens, gelida, virens, ſuaueolens.

TYMPANA. Caua, rauca, reſonantia, verſatilia, ſonora, cybeleia, crepitantia, ærea, taurina, gentilia, mollia, ſtrepera, martia, horrida, horriſona.

TYNDARIDAE. Gemini, comantes, dioſcuri, *id eſt, Iouis filij. Tyndaridæ dicti ſunt Caſtor & Pollux, quòd crederentur filij Tyndarei, cùm tamen ex concubitu Iouis & Ledæ nati eſſent. Ouid.* Tyndaridæ fratres, hic eques, ille pugil.

TYPHOEVS.

TYPHOEVS. Sæuus, arduus, centimanus, terrigena, vastus, anguipes, tetricus, ardens, discors, rapidus, immanis reiectans saxa. *Filius Terræ, gigantum ferè omnium maximus, quem poëtæ centimanum fuisse scribunt, & à Ioue fulminatum sub Inarime Virgilius lib* 9.

TYPHON. Ferus, immanis, anguipes, terribilis. *Nomen gigantis. Est etiam Typhon impetuosa ventorum rotatio. Lucan lib.* 7.

TYRANNIS. Impia, crudelis, furiata, sæua, crudæ.

TYRANNVS. Immitis, purpureus, fatalis, dirus, lethifer, crudelis, fons, terribilis, durus, infandus dominus, impotens, trux, impius, horribilis, ferus, iniustus, immanis exitiabilis, infestus, acer, ferox, crudus, toruus, tumidus, ferreus, improbus, indomitus cruentatus, iniusus, sanguineus, atrox, impatiens freni, funereus, truculentus, insanus, importunus, tetri, rigidus.

TYRO. Salmonis. *Fuit enim Thessala virgunculæ filia Salmonei, quæ maxime adamauit Enipeum. Propterea Nepturnus, cùm eam deperiret, Enipei mentitus est formam & habitum, atque ita puellam compressit. Propert. lib.* 1.

TYROS Instabilis, phœnissa, pretiosa, cadmea, luxuriosa, pulcra, docta, antiqua agenorea. *Tyros urbs fuit Phœniciæ usu purpuræ notissima, quæ prius vocabatur* Sarra. *Hinc purpura vocatur* Sarrana *&* Tyria. *Tyrius ascribitur inuentum nauis, quorundam sententia. Tibul. lib.* 1.

DE LITERA V.

VACCA. Pinguis, vaga, fecunda, lactifera.

VACCINIA. Nigra, mollia pulla, humilia.

VADVM. Cæcum, salsum, cæruleum, flumineum, limosum, piscosum, stagnans, canorum, vitreum, palustre, turgidum, toruum, pronum, purum, gelidum, scrupeum, liquidũ, rapidum, æquoreum, vndosum, frigidũ,

vndans, ſonans, ſonorum, torrens, horriſonum, nitens, ſpumoſum, luſtiale, concauum, tenue, glaciale, lucidum, errabundum, cœnoſum, refuſum, liquum, fluuiale, neptunium.

VAGINA. Caua, pendens, fictilis, eburnea.

VAGITVS. Ægei, lugubris, ferox, tener. *Dicimus etiam* vagor vagoris *pro* vagitu.

VALENTIA *vrbs*. Formoſa, genioſa, *id eſt*, delicioſa, *&* voluptifica, culta.

VALLIS. Saxoſa, caua, gelida, vmbroſa, ima, prona, curua, reducta, obſcura, reſona, arenoſa, arguta, opaca, madida, occulta, clamoſa, rauca, vacua, profunda, humida, liquida, viridis, frondoſa, montana, humilis, nemoroſa, ſupina, arcta, anguſta, virens, ſecreta, infima, concaua, tetra, herbifera, herboſa, florea, ſiluoſa, tenebroſa, curuata, rigua, nigrans, dumoſa depreſſa.

VALLVM. Potens, turrigerum, inexpugnabile.

VALVA. Obſerata, volubilis, eburna, biforis.

VANITAS. Inepta, ridicula, futilis, friuola.

VANNVS. Myſtica. *Virg. lib. 1. Georg.* *Appellatur autem* myſtica, *quòd Liberi patris ſacra ad purgationem animæ pertinerent, & ſic homines eius myſterijs purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur. Eſt autem Vannus vas latum & vimine contextum, quo ſordes a frumentis auferuntur.* *Alij* cribrum cereale *vocant.*

VAPOR. Nebuloſus, ater, calidus, tepidus, torrens, humidus, æſtiuus, tenuis, fumans, feruidus, igneus, piceus, teter, ſpumeus, niger, cæcus.

VASA. Fictilia, anſata, picata, ſtannea, corinthia, cryſtallina, ærea, ænea, gemmata, teſtea, ſamia, fulgentia, rutilantia, concaua, ahena, aretina.

VASCONES. Leues, atroces, immanes.

VATES. Terrificus, potens, ſacer, diuinus, fatidicus, operoſus,

operosus, aonius, egregius, præsagus, lauriger, plenus Phœbo, longæuus, memor, prudens, apollineus, lepidus, fatidicus, heliconius, sidereus, eximius, splendidus, tuscus, hymnidicus, doctiloquus, altiloquus, bellerophonteus, cothurnatus, nobilis, phœbicola, doctus, pierius, inclytus, diuiniloquus, veridicus, Phœbeus, sanctus, magnanimus, celeber.

VATINESSA. Patua. *Martial.* 4. *Nomen est oppidi.*

VBERA. Lactea, grauida, distenta, lactentia, tenera, tumida, spumantia, dulcia, vitrea, tepida, tenta.

VECORDIA. Immanis, perdita, ignaua.

VECTES. Ferrati ferrei, aheni, robusti.

VECTONES. Leues, *Lucan.* 4. *Populi Hispaniæ.*

VELA. Humida, turgida, nautica tumida, fluitantia, concaua, sinuosa, fugacia, propera, tumentia, inflata, leuia, naufraga, curua, transfuga, ventosa, flaccida, patentia, veri coloria, pauitantia, cita, albentia, Lintea *Horat.* suppara velorum *Lucan.* Carbasa, carbasei sinus, velorum alæ *Virg.* *Velaria dicuntur repositoria velorum Iuuenal. Satyr.* 4.

VELITRAE. Ouiferæ, celebres, Volscæ. *Fuit enim Volscorum oppidum ouis abundans.*

VELLVS. Tenue, milesium, lanosum, maculosum, ferinum, hirsutum, lanigerum, madidum, succidum, humidum, pingue, bibulum, sericum, vdum, molle, tyrium, calabrum, tuscum.

VELLVS *aureum.* Fuluum, diues, exitiale, phryxeum, æolium, æum, *id est*, colchicum, auratum, rutilum, radians, nepheleium, athamanteum.

VELOCITAS. Volucris, promta, cita, celer.

VENA. Trepida, turgida, sanguinea, fissilis, tremens, sequax, irrigua, fungida, bullans, tumida, saliens, gracilis, sanguiflua, calens, saliens.

VENABVLVM. Corneum, myrteum, acutum, ſplendidum, doricum, *id eſt*, Cretenſe: *quoniam Dorienſes Althemene duce in Cretam venerant ad habitandum. Fuerunt autem Cretenſes optimi iaculatores.*

VENABRVM. Vnctum, viride, campanum, palladium. *Oppidum eſt Campaniæ.*

VENATOR. Citus, pernix, nemoriſequus *à me dicitur, vt nymphæ* nemoriſequæ *à Cinnio.* præceps.

VENATVS. Montanus, ferus, vagus, celer.

VENEFICA. Impura, verboſa, turpis, fallax.

VENEFICIVM. Magicum, theſſalicum execrandum.

VENENVM. Atrum, tetrum, tabificum, nigrum, gorgoneum, vdum, ſæuum, vipereum, craſſum, torpens, theſſalum colchicũ, dirum, acre, cæcũ, præſentaneum, graſſans, ſoporiferum, præſentarium, perentorium, piceum, liquidũ, furiale, colchum, lernæum, ardens, inſanabile, ſomniferum, portentificum, armiferũ, neſſeum, impium, theſſalicũ, marſum, liuens, ſpumans, furtiuum, tumidum. crudele, obſcurum, pullum, rutilũ gelidum, atracium, magicum, tartareum, noxium, horrendum, occultum, immite, fatiferum, perniciale, triſte, lethale, tetricum peſtiferum, funeſtum, nigrans, infame, lethiferum, ſtygium, opertum, inſidians, latens, luteum, achæmenium, mortiferum, incantatum, fatale, glaucum, indomitum, rabidum, infandum, fœdum, formidandum. *Venenis, venenatiſque herbis abundant ſequentia loca, ex quibus non nulla dictorum huius epitheta cauſſam traxerunt. In primis Theſſalia. Tibul. lib. 2. & Propert. lib. 1. Lucan. lib. 6. Pontus præterea abundat veneficis herbis. Virg. in Bucol. Item Colchos & Iberia, Horat. Item Scythia & Atrax vrbs Theſſaliæ. Hinc venenum* Scythicum & Atracium. *Fuit quoque Cyta Colchorum vrbs veneficis famoſa. Hinc carmina* Cytæina, *&* maga cytæis *vocantur à Propertio.*

VENERES.

VENERES Lepidæ, molles, *crinitæ.*

VENETIAE. Aquoſæ. *Ciuitas eſt inſignis, quæ quingeſimo quarto ſupra quadringenteſimum à nato Chriſto condita fuit, quo anno Attila Hunnorum rex Aquileiam euertit.*

VENTER. Mollis, ſupinus, auarus, turgidus, planus, grauidus, tumidus, rapidus, liquidus, pandus, ieiunus, improbus, vorax, procax, miſer, pendulus, capax, ventoſus, rapidus, profugus, auidus, vaſtus, collatiuus, turgens, artifex, albus, piger. *Volaterranus de ventre ſic inquit: Ventris habenas oportet tute regas. Solus enim accepti numquam habet gratias, plúſque neceſſe quàm ſit, ſemper expetit. Huic indulgens malorum ſentiet mala.*

VENTVS. Faciens frigora, rapidus, niualis, ſuſurrans, luctans, leuis, furens, loquax, brumalis, niger, celer, pluuius, proteruus, vagus, imbroſus, frigidus, ſiluifragus, validus, incertus, violentus, pugnans, gelidus, æquoreus, nimboſus, mobilis, diſcors, iniquus, tenuis, ſæuus, ſonans, animoſus, ſubtilis, ſonorus, humidus, fremens, volans, trux, volucer, aërius, contumax, turbidus, terribilis, reſonans, nimbiſonus, ſæuiens, infeſtus, fluctuoſus, fugax, æolides, glacialis, ambiguus, vocalis, velanus, borealis, horriſonus, ferifer, furibundus, procax, rudis, immitis, malignus, inſanus, caribaſeus, horribilis, veſaniens, vanus, turgidus. *De quatuor regionibus Ventorum, qui præcipui dicuntur, ſcribit Manilius lib. 4. & Ouid. lib. 1. Triſt. & lib. 1. Metamorph.*

VENVS. Formoſa, palæphatia, amathuntia, improba, cytherea, almia idalia acidalia, diua, dionæa, candida, fecunda, erycina, marina, damnoſa, genitrix Æneadum, vulgiuaga, gladiatoria, clandeſtina, vino madens, adulterina, cæleſtis, capitolina, cythereia, cythereis, tenera, feminea, aurea, orta mari, inſidioſa, furtiua, pulcra, blanda, cnidia, praxitelica, aphrodite, palatina,

læta, ægæa, æneia, lucrina, mitis, cypria, prodigiosa, superba, iniqua, diua Paphi, callida, calefacta, orta salo, cypris, peruersa, amœna, obscena, voluptuaria, spumigera, turpis, vulcania, simoentis, amathuntis, Idalij regina, diua, dulcis, bella, amathusia, desultoria, imbellis, compta, benigna, cytheris, pulcra, impudica, proterua, æstiua, placida, decora, perniciosa, potens, feruida, lasciua, deliciosa dionæa, luxuriæ nutrix, ridens, nefanda, paphia, iucunda, fallax, cyprigena, vnguentaria, incesta, rutilãs, ingeniosa, olens, aphrodisia, mater adulterij, nata freto, ignea, fœdà, petulãs, iocosa, siderea, multipotens, salax, venusta, auara, mollis, auricoma, lepida, cyrenensis, calydonia, idalis, truculenta, famia, soluta, incentiua, mitrata, philomedea, aphrogenia, meretrix, præses scortorum, ebria, insana, ignipotens, secreta.

Venerem poetæ fabulantur ortam è mari spuma, & sanguine testiculorum Cæli patris Saturni, quos Saturnus ipse amputauerat. Hinc ab illa spuma vocatur Aphrodite *&* Aphrogenia. *Hoc autem fingitur, vel quòd spermatis natura sit spumosa, vel quia ex humecta natura consurgat auiditas coëundi. Cæli autem fuisse filiam, testatur distichon illud Ausonij,*

Orta salo, susceptа solo, patre edita Cælo,
Æneadum genitrix hîc habito alma Venus.

Cur autem relata sit in numerum deorum, alia caussa reperiri non potest, nisi quia rudes & illepidos primi seculi mortales ad voluptatũ vsum prima docuerit, & meretricias libidines aut excogitauerit, aut certè latentes adhuc & secretas inuulgauerit. Hinc mater geminorum Cupidinum *dici solet, &c.*

VENVSTAS. Grata, rachelea, suauis, sincera.

VEPRES. Hirsuti, asperi, acerbi, densi.

VER. Purpureum, imbriferum, vtile, vdum, sudum, placidum, tepidum, comans, odoriferum, nubiferum, salubre, pecorosum, aquosum, breue, floricomum, floriferum.

floriferum, benignum, nidificum, spirans, floridum, blandum, geniale, serenum, nimbosum, madidum, iucundum, nouum, *quòd omnia nouat. Ouid.* canum.

VERBA. Mellaria, instar mellis dulcia, mellita, faceta, blanda, loquacia, lactea, diserta.

VERBENA. Pinguis. *Virg. Bucol. Herba est cuius frequentissimus erat vsus in antiquis sacrificiis.* sacra.

VERBER. Tortum, sæuum, contortum, crudele, cruentum, crudum, intortum, violentum, triste, nodosum, crepitans, exagitatum, acerbum, insanum, nefandum, ferreum, vipereum, sanguineum, ardens, minax.

VERECVNDIA. Rubella, *Thomas Radinus.* modesta.

VEREDVS. Piger, succinctus, celer. *Veredus dicitur equus velocissimi cursus. Hinc* Veredarij *dicuntur nuntij siue cursores qui litteras cum ingenti celeritate perferunt.*

VERETRVM. Longum, rigens, rectum, pacificum, gratum puellis, minax, rigidum, tentum.

VERGILIAE. Tardæ. *Septem sunt stellæ in Tauro locatæ, quarũ exortu significatur æstas, occasu verò hiems, Prop.*

VERITAS. Intemerata, candida, diuina, nuda, concors, sincera, infracta, cana *Varro.*

VERMIS. Infestus, rufus, villosus, terrestris, paruus, durus, fœdus, longus, repens, tardigradus.

VERNA. Garrulus. *Tibull. lib.* 1. discinctus.

VERONA. Ferax, patua. *Ciuitas est Venetiarum à Gallis olim cõdita duce Brenno, à cuius nomine primò* Brenona, *deinde mutatis literis* Verona *dicta est, Iustino auctore. Hanc interfluit Atheſis fluuius.*

VERRES. Sacrilegus, *quoniam prætor expilauit Siciliam: vnde repetundarum damnatus est. Iuuen. Sat.* 8.

VERSVS. Canorus, tener, suauiloquus, suauidicus, politus, lepidus, mollis, facundus, maroneus, blandus, grandiloquus, dulciloquus, lubricus, nugosus, nitidus,

nitidus, exultus, odorifer altisonus, poëticus, diues, delicatus, apollineus, suauis phœbeus.

VERTEX. Sublimis, aerius, nimbosus, celsus, scopulosus, nemorosus, exesus, excelsus, frondosus, vitifer, editus, altus, summus acutus.

VERV. Oblongum, columnum, terribile.

VERVTVM. Aereum prætentum, militare. *Verutum est telum breue & angustum, auctore Nonio.*

VESANIA. Discors, præceps, cæca.



VESEVVS *seu* VESVVIVS. Mugitor, præruptus, ardens, ferax, flammiuomus, viridis. *Vesuius seu Vesuuius, seu Veseuus, mons est Campaniæ non longè à Neapoli, flammam & fumum euomens, vt Ætna Siciliæ.*

VESPA. Stridula, *Theocritus.*

VESPER. Rubens, frigidus, piger, serus, ater, noctifer, ruber, occiduus, rutilans, obscurus, vmbrifer.

VESTA. Cana, troica, cæsarea, casta, iliaca, sancta, pudica, æneia, sacra. *Vesta fuit dea quædam perpetuæ castitatis, quam Troiani colebant, asseruato in templo igni perpetuo. Eius autem cærimonias euersa Troia Æneas Romam transtulit. Eius ministerio addicebantur quædam sacerdotulæ, obnoxiæ perpetuæ virginitati, quam si violassent, viua defodiebantur, aut immani aliquo supplicij genere interficiebantur.*

VESTIS. Laborata, picta, laxa, purpurea, barbarica, nexilis, conchyliata, linea, virgata, crocata, coa, tyria, saturata murice, bibula, picturata, odorata, fulgida, sidonia, fluxipila, peruenusta, refuga, auro illita, nitens, serica, coccina, variegata, pretiosa, nitida, fucata, ebria murice, magnifica, attalica, purpurata, roribiba, holoserica, texta, decora, elegans, mollis, parua, villosa, tenuis, fluxa, pellicea, coccinea, ornata, tyrianthina, ianthina.

VESVLVS. Pinifer, abundans pinis. *Mons est Liguriæ iuxta Alpes. Est etiam viri proprium. Sil. lib. 4.*

VETER-

VETERNVM Graue, olidum, funeſtũ, ſoporiferum, turpe, iners, triſte, informe, putre, ſegne, ſomniferum.

VETVLA. Algens, edentula, putris, turpis.

VETVSTAS. Longæua, diſerta, matura, reuerenda, tarda, inuidioſa, ſpatioſa, edax, annoſa, tabida, longa, priſca, ſapiens, ambitioſa, veneranda, fabuloſa, cauſa, cana, mendax, memoranda, vitioſa.

VEXILLVM. Martium. *Sil.* 15. volans, minans.

VIA. Trita, patula, lapilloſa, attrita, rimoſa ſalebroſa, lubrica, ſaxoſa, difficilis, inſolens, inexplicita, inuia.

VIATOR. Sollicitus, anxius, laſſus.

VIBVRNVM. Lentum. *Virg. in Bucol.*

VICISSITVDO Reciproca, alternans.

VICTIMA. Sacra, pinguis, opima, funeſta, infelix.

VICTORIA. Glorioſa, inſolens, triumphalis, maſcula, volucris, præpes, Lemniſcata *&c.* Palmaris dea *Appul.*

VIENNA. Opulenta. *Auſonius. Vrbs eſt Allobrogum metropolis in Delphinatu, vbi Antony venerabile templum, & Mamercus ac Maurus eius vrbis præſules ſanctiſſimi coluntur.*

VIGOR. Igneus, alacer, ãgilis, mobilis, viuus, igniſer, flagrans, viuificus, acris, viuidus.

VILLA. Ruſtica, frondoſa agreſtis, humilis.

VILLI. Nigri, verſicolores, lanifici, horrentes.

VIMEN. Fruticoſum, tenue, lentum, ſilueſtre, leue, viride, intortum, flexile, tortum.

VINCENTIA. Strenua. *Vrbs eſt Italiæ, patria Rhemny Palamonis Grammatici, à Gallis condita, media duorum fluminum Theſſina & Bambilene.*

VINCVLVM. Tenax, arctum, ferum, intortum, lemnium, forte, ahenum, fabrile, ſæuum, firmum, nexum, inextricabile, validum, violentum, adamantinum,

tinum, nodoſum, tortum, æneum, catenatum, crepitans, adamanteum, vulcanium, fallax, maniuorum, ferreum, ærumnoſum.

VINDEMIA. Mitis, nomentana, pinguis, campana, ferax, ſpumans, cæcuba, cretica, larga.

VINEA. Tenera, fertilis, ferax, rubella, culta.

VINETVM. Cultum, lætum, blandum, madens, reſcibile, dulce, nitens, fruticoſum, denſum.

VINITOR. Induſtrius, muſcoſus, ſordidus, madidus, effetus. *Virg. lib. 2. Georg.* ſedulus.

VINVM. Baccheum, humidum, maſſicum, obliuioſum, liquens, lene, ſuaue defæcatum, cæcubum, limpidum, æſtuans, mareoticum, chium, feruidum, liberum, vitigenum, nectareum, calidum, rubens, validum, purum falernum, tenue, molle, calenum, marcidum, ſetinum, fumeum, ſpumeum, ammineum, gazeticum, coum, pulcrum, thaſium, auſterum, muſcatum, pretioſum, mucidum, bonum, nardinum, iocoſum, creticum, cnoſſium, ebrium, fragrans, leſbium, ſurrentinum, fundanum, veientanum, maroneum.

VIOLAE. Pallentes, molles, multicolores, florentes, nitentes, gratæ, purpureæ, flauentes, ſuaues, vernæ, formoſæ.

VIOLARIVM. Molle, roſidum, purpureum, *Lactant.*

VIOLENTIA. Improba, impia, vehemens, dira, rabioſa, ſcelerata, potens, iniqua.

VIPERA. Mala, atra, ſcelerata, inſidioſa, acerba, horrida, erudeſcens, cruda, impia. *Viperæ fetus enecta matre prodeunt, vt inter piſces acus. Mas in coitu exanimatur, capite in os feminæ inſerto, præque voluptate ab ea exciſo. Sola ſerpentium vipera terra conditur: ceteræ arborum aut ſaxorum cauu. Oua parit vnius coloris & mollia vt piſces. Tertia die intra vterum catulos includit. Deinde ſingulos diebus ſingula parit,*

viginti

viginti ferè numero. Itaque ceteri tarditatis impatientes perrumpunt latera, & matrem enecant.

VIRES. Giganteæ, polyphemeæ, validæ, robustæ, alacres, fulmineæ, præstantes, prævalidæ, valentes, vegetæ, neruosæ, herculeæ, atlanteæ, infractæ.

VIRETVM. Amœnum, formosum, patens, vmbrosum, lætum, opacum, cultum, floridum, dulce, molle, herbosum, viride, apricum.

VIRGAE. Arbuteæ, teneræ, graciles, frondentes, myriceæ, diuinæ, decoræ, prælongæ, magicæ: *quoniam veteres crediderunt in ferendis virgu, quemadmodum in annulis, fatalem quandam messe virtutem. Hinc* virgulam diuinam habere, *prouerbio dicebantur, quibus extra humanam operam omnia contingebant ad votum. Cic. lib. 1. de Offic.* lentæ, flexiles.

VIRGILIVS. Andinus, æternus, altisonus, romuleus, mantuanus, andeus, perpetuus, magniloquus, latialis. *Virgilius Maro natus est Mantuæ in vico, qui Andes vocatur, idibus Octobris, M. Crasso, & Cn. Pompeio Coss. Cremone primum, deinde Mediolani, postremò Neapoli vacauit litteris, audiitque Orbilium & Scribonium Aphrodisium. Induit virilem togam eo die quo mortuus est Lucretius. A modestia & verecundis moribus vocatus est* Parthenius. *In Bucolicis imitatus est Theocritum, in Georgicis Hesiodum, in Æneide Parthenium, Pisandrum, Apollonium Rhodium, sed Homerum præcipuè. Scripsit & quædam opuscula, vt Ceirin, Ætnam, Moretum, Culicem, Catalecton, Priapeia, Copam, Epigrammata. Eius carmina supra modum placebant Augusto. Moriens iusserat Æneidem suam comburi, vt incastigatam: sed obstitit Augustus tantæ litterarum iacturæ. Perit Tarenti; vel, vt alij volunt, Brundusij Mortui cadauer delatum est Neapolim, ibiq. inhumatum. Mortuo Mantuani multis post seculis in celebriore suæ vrbis loco statuam erexerunt, tanti adhuc viri memores, quem multis antè diebus suffocauerant Parcæ.*

VIRGINITAS. Casta, soluaga, sancta, candida, innuba, integra, perspicua, illæsa, incorrupta.

VIRGO. Nitida, tenera, intemerata, inculpata, fulgida, intacta, pudibunda, pudica, pura.

VIRGO MARIA. Decens, nitens, intacta, galilæa, tamnea, integra, innuba, veneranda, pia, formosa, æthera, venerabilis, blanda, puerpera, diua, sancta, diuiparens, augusta, aurea, casta, candida, cælica, fidelis, munifica, deipara, astrigera, speciosa, palæstina, immaculata, salutipara.

VIRGVLTVM. Tenerum, siluestre, quium, corneum, sonans, implicitũ, turgescens, vernũ, fruticosum.

VIRIDARIVM. Lætum, ramosum, frondosum.

VIRIDITAS. Smaragdica, *Martianus Capella.*

VIRTVS. Ignea, præpotens, viuida, aidna, viuax, regia, cælestis, interrita, bona, celebrata, memoranda, inclyta, pulcra, feruida, æqua, prouida, animosa, serena, superba, fortea, splendida, strenua, pretiosa, præstans, candida, mascula, operosa, integra, nobilis, speciosa, decora, immota, firma, veneranda, omnipotens, incorcussa, patiẽs, grauis, olympica, illustris, excellens, priorimadius, inuidiosa, imperiosa, incorrupta, consummata, ethica, stoica, excellens, laboriosa, pura.

VIRVS. Malum, nigrum, dirum, noxium, pestilens, tetrum, vipereum, edax, tinctile, tinctum, pestiferum, nocens, lethale, furiale, lethiferum, atrox, inamabile, triste, atrum, amarum, detestabile, olens, rapidum stygium, penetrabile, inexpiabile, ineluctabile.

VISCERA. Spirantia, intima, mollia.

VISCVM. Sequax, virens, lentum, tenax.

VISVS. Sagax, perspicuus, acutus, cupidus.

VITA. Sollicita, fugiens, rapida, momentaria breuis, instabilis, cæca, labens, aeria, plectibili falla

fallax, occidua, ærumnosa, tenebricosa, hallucinatrix, caduca, procellosa, scelerata, propera, erratica, fluida, fluens, fugiens, arcta, mortalis, fragilis, fluxa, cadens, ambigua, recedens, angusta, laboriosa, vitalis.

VITELLIVS. Famosus. *Fuit Romanorum Imperator luxui & voluptatibus deditissimus.*

VITIS. Lenta, alma, ferax, arbustiua, gracilis, fecũda, obliqua, luxurians pampinosa, læta, generosa, radicata debilis, falerna, purpurea, granida, tenera, flexa, lenæa, bacchea, grata, opaca, frondosa, frugifera, decidua, bacchica, viniflua, mollis, racemifera, sinuosa, pampinea, thasia aminea, nodosa, sacra *Horat.*

VITIVM. Deforme, mortiferum, infandum, turpe, profanum, fœdum, execrandum.

VITRVM. Clarum, purum, prasinum, *à prasine colore, qui viridis est.* tenue, nitidum, indicum, perspicuum.

VITTA. Torta, crinalis, albens, niuea, lanea, tenuis, virẽs, linea, mollis, imbellis, purpurea, gẽmata, pendens.

VITVLA. Pinguis, *Mantuan.*

VITVLVS. Tener, lactens, minax, imbellis, edax, protervus, lasciuus.

VLCVS. Tetrum, humidum, sordidum, putre, acre, putrefactum, squalens, vndans, dirum, tabificum, stillans, chronium.

VLIGO. Dulcis, viridis, amara fecunda, felix.

VLMVS. Aerea, frondosa, alta, fortis, opaca, densa, amicta vitibus, patula, montosa, ramulosa, hospita vitibus, virens, mollis, vmbrosa, pampinea, viticoma, textilis, procera, dura, frondens, falerna. *Vlmus arbor amica est vitibus. Graci duo faciunt eius genera: Montosam, quæ sit amplior: campestrem, quæ fructuosa. Gummi profert. Semen eius vocatur* Samara. *Folia sunt ramulosa; citò germinat, rigorem fortissimè seruat, ob id cardinibus assumentisque*

portarum vtilissima. Ptelcon vrbs Thessaliæ, nomen habuit a b vlmorum frequentia.

VLNÆ. Molles, blandæ, cupidæ, auidæ.

VLTIO. Ferripotens, sanguinolenta, damnosa.

VLVA. Viridis, palustris, glauca, limosa, grata paludibus, leuis, mollis, fluminea, viridans.

VLVLATVS. Tremulus, mæstus, femineus, lugubris, clamosus, querulus, horrisonus, attonitus, flebilis, terribilis, insanus, tartareus, terrificus, acutus, suspiriosus.

VLYSSES. Proles Laërtia, callidus, durus, pellax, ithacus, dirus, sæuus, æolides, laertiades, laboriosus, prouidus, laërtius, disertus, fallax, experiens, dulichius, aptus fuitis, cautus, narycius, solleis, facundus, peruagus, sisyphides, tardè remeans, tardus, immitis, subdolus, ithacensis, erians, prudens, vagus, pelasgus, infidus, penelopæus, phæax, cordatus, profugus, sapiens, astutus, comis, polytropus, varius, miser, vigil, acer, lentus, patiens *Horat. Vlysses filius fuit Laërtæ, matrem habuit Anticleam, quæ prius nupserat Sisypho Æoli filio, quem prægnans reliquit, venitque ad Laertem. Sunt qui dicant eum genitum ex Sisyphi concubitu. Fuit vir autem multa præditus facundia, nec minore rerum experientiæ, vafer consilio, egregius bello, laborum patientissimus. Vxorem habuit Penelopen, filios Telemachum, Telegonum, & Ausonem, nutricem Eryclean, Eumæum porcarum, canem Argum nomine. Domum reuersus proces vxoris suæ castitati insidiantes interfecit. Ad extremum interfectus est à Telegono filio, patrem non agnoscente.*

VMBELLA. Viridis, nigrans. *Vmbella erat indumentum capitis, quo radij Solis arcebantur.*

VMBER *canus*. Viuidus, sagax, audax.

VMBO. Rutilus, æreus, saxeus, durus, solidus, curuatus, minax, coruscus, fulgidus, curuus, candidus.

VMBRA. Frigida, pallens, horrens, caua, spissa, humens,

humens, cæca, gelida, nigra, nocturna, turpis, tremula, nigrans, noctiuaga, picea, soporifera, tenuis, opaca, subluſtris refuga, atra, tenax, viridans, patula, crepitans, futua viridis, labilis, arcana, fuſca, tenebroſa, obſcurans, herboſa, obſcura, horrifica, frondoſa, nubifera, fallax, ſomnifera, denſa, fugitiua.

VMBRA & VMBRAE *pro manibus.* Exſangues, ſilentes, graciles, inanes, labiles, laruales, euanidæ, informes, volatiles, vagæ, fugitiuæ, terrificæ, auernides, auernales, Plutonides, triſtes, miſeræ, exanimes, pauidæ, reſides, refugæ, ferales.

VMBRACVLVM. Opacum, frondoſum, pendulum, frondeum apricum, amœnum.

VMBRI. Priſci. *Vmbros Plinius vetuſtiſſimos Italorum ponit, quaſi imbrios, quòd inundatione terrarum imbribus ſuperfuiſſent. Vel dicti ſunt Vmbri ab vmbra, quòd ea regio propter altitudinem montium & vicinitatem Apennini vmbroſa ſit. Lucanus lib 2.*

VMBRIA. Montana, antiqua, fertilis verus.

VNCVS. Tridens, rapidus, ſeuerus, ferratus, tenax, ferus curuus, hamatus.

VNDA. Refluens, ſpumans, cana, algida, liquïda, ſpumoſa, fluuialis, ſpumea, crepitans, tumida, æquorea, velox, gelida, decliuis, tumens, ſtridens, multifida, vaga, fluens, glauca, mollis, rorifera, tenuis, vitrea, labens, rapida, liquens, rapax, rauca, fluminea, lapidoſa, fontana, torrens, cærulea, ventoſa, ſpatioſa, ſupina, latrans, fumans, ſtagnans, limoſa, fluctiuaga, præceps, torta, intorta, volucris, tremula, pura, iactata, diuerſicolor, algens, argentea, viridis, volubilis, vluoſa, garrula perſpicua, loquax, cita, rutila, albens, horriſona, rorans, properans, ſinuans, reſonans, humens, ſtillans, fugax, irrigua, roſida, inſtrepens, fluida, natans,

saliens, reflua, infida, fugitiua, lucida, lucens, illimis, tenella, fluctisona, limpida, procellosa, minax, strepens, susurrans, vndans, vmbrosa, rutilans, mobilis, scatens, cœnosa, prænitens, concursans, gemmea, virens, nitida, nauiferens, conspicua, oceanitis, pernix, lustralis, glacialis, luctans, palustris, frigida, rebellis, fugiens, subsultans, gemmans, labilis, prædulcis, turbida, sedula, cæca, sonans, procliua, formosa, rebellans, aspera, crudelis, naufraga.

VNGVEN. Crassum, pingue, vdum, pæonium.

VNGVENTVM. Crassum, fragrans, exoticum, syrium, megalense, suaueolens, nicerotianum, *à Nicerote pigmentario. Martial. lib.* 10.

VNGVIS. Acutus, curuus, auidus, hamatus aduncus, rigidus, rigẽs, recuruus, strictus, vncus, violentus, horridulus, rosũdus, candidus, lunatus tenellus, falcatus, nitidus, incuruus, crudus, vulnificus, seuerus, tenuis, tener.

VNGVLA. Cornea, dura, concaua, fissa, obliquata, solida, grauis, ænea, caua, subtrita.

VNIO. Rorigena, gangeticus, nitidus, pretiosus. *Gemma est quæ reperiri solet in conchis.*

VOLATVS. Sublimis, præceps, vagus, trepidus, celer, citus, rapidus, agilis, stridẽs, aërius, leuis, pegaseus.

VOLSCI. Antiqui, veruti: *qui solebant armari verubus & sudibus.*

VOLVCRES. Vagæ, obscenæ, pictæ, raueæ, auidæ, aëriæ, pennipotentes, canoræ peregrinæ, pendentes, agrestes, garrulæ, rapidæ, blandæ, blandulæ, querulæ, stellantes, cristatæ, leues, stagnicolæ, cirratæ, fagicolæ, multisonæ, auriuagæ, pennatæ; rapaces; plumiferæ, versicolores, picturatæ.

VOLVMEN. Sinuosum, glomeratum, curuatum, inuolucrum, tortuosum, nodosum, barbasinum.

VOLVN-

VOLVNTAS. Officiosa, propensa, libera, prona.

VOLVPTAS. Alacris, dulcis, læta, dia, blanda, inanis, improba, infamis, venerea, damnosa, inuidiosa, grata, inimica virtuti, curarum ignara, suauis, amica, turpis, titillata, comis, cunctricina, iucunda, coniuncta luxu, desidiosa, mulcens, blandiens, tripudiosa, illectrix, prodiga, mortifera fragilis, insatiabilis, vitiosa, noxia, temporalis, studiosa, cæca, mater scelerum, scelerata petulans, feruens, malesanâ, furibunda, insidiosa, mellita, fugax, effrena, ingeniosa, furiosa, libidinosa, obscena, seruilis, infortunata, inamœna gestiés, delicata. *Voluptatem Appuleius ex Cupidine, & Psyche genitam dicit.*

VOLVSIVS. Bithynicus *Iuuen. Satyr.* 15.

VOMER. Attritus, obtusus, vncus, pressus, durus, ferreus, aduncus, impressus, rigidus, obuncus, ponderosus, fertilis, scaber, pandus, pronus.

VORAGO. Vasta, atra, stagnans, tenebrosa, sinuosa, hians, fumosa, horrifica, horrenda, dira, præceps, obscura, rapida, horribilis, insatiata, profunda.

VORTEX. Rapidus, contortus, violentus, turbineus, sonorus, niger, cauus, rapax, insanus, intortus, cæruleus, sinuatus, saxifragus, cœnosus, tortus, implacidus.

VOTVM. Pium, lustrale, pauidum, cupidum, auarum, supplex, somniculosum, *id est*, meditabundum, millecolor *id est* varium, & multiplex, publicum.

VOX Liquida, tremula, resona, canora, crepula, organica, garrula, querula concinna, melliflua, clamosa, arguta, suauiloqua, stentorea, dulcisona, ferrea, blanda, cyenea, acuta tinnula, clarisona, flatilis, diducta, vocalis, sonora, stridula.

VRANIA. Astreans, *de astris loquens. Una est è nouem Musis.*

VRBES. Turrigeræ, validæ, capaces, præcinctæ mœnibus, turritæ, egregiæ, caducæ, celsæ, munitæ.

VRCEVS. Æneus, aquarius, vrnalis, fictilis, rotundus. *Vrceus vas est quo aqua effunditur in vrnam.*

VRINA. Spurca, *Apul.* olens, *Fausto.*

VRNA. Olearia, capax, obliqua, parua, fluminea, fictilis, inflexa, auriata, humens, vndans, mersatilis, roratilis, rorans, marmorea, gelida, patula, caua, rimosa, pluuialis, imbrifera, lutea, vestalis, infelix, pullata, silens. *Urna vas est fictile quo hauritur aqua. Quandoque tamen in vrnam oleum & vinum reconduntur. Capitur etiam pro sepulcrali capulo. Deminutiuum est* vrnula



VRSA. Libystis, hyperborea, pannonis, immanis, villosa, squalida, erymanthis, mænalis, parrhasis, getica, parrhasia, horrida, valida, lycaonia, cynosuris, plaustriluca, nonacrina, furibunda, glacialis, algens, frigida, cretis, frigens, alpinis, caliſtonia, cytæis, tristis. *Suprà diximus Calisto filiam Lycaonis, regis Arcadiæ, à Iunone fuisse commutatam in vrsam, ac demum relatam à Ioue inter astra, prope borealem polum, pro quo plerumque solet accipi à poetis. Hac de caussa Vrsa vocatur erymanthis, mænalis, parrhasis, & alijs id genus epithetis, quæ ad sidus potius, quàm ad siluestre animal referuntur.*

VRSVS. Informis, armatus vnguibus, osseus, turpis, auidus, raucus, præceps caledonius, grauis, libycus, trux, villosus, rabidus, rigidus, deformis, terribilis, crudus, rapax, numidicus, tristis, ferox, atrox, minax, erymanthius, numida, sæuus, omniuorus. *Vrsi coeunt hiemis initio, ambobus cubantibus, complexique. Deinde separatim abeunt in latebras, in quibus pariunt tricesimo die, & plurimum quinos, sine oculis, & sine pilo. Vngues tantùm prominent. Partus lambendo paullatim figurant. Rara visa est pariens vrsa. Mares* XL. *diebus latent. Feminæ quatuor mensibus. Latebram si non habeant,*

habeant, fruticum & ramorum congerie ædificant, molli fronde constratam, ventísque & imbribus impenetrabilem.

VRTICA. Mordax, trux, mordens, acris.

VSVRA. Vorax, turpis, lucrosa, dulcis.

VSVS. Experiens *Pontan.* Sagax *Manil.*

VTER. Vinarius ventosus, inflatus.

VTERVS. Tumens mollis. *Stat. lib.* 12. fecundus.

VTILITAS. Commoda: *Theodoritus.* larga.

VVA. Rubens, mitis, turgens, spumans, viridis, duracina, illustris, falerna pensilis, metymnæa, racemifera, picta nitens, tumida, dulcis, pampinea, pendens, tenera, generosa, prædulcis, thasia, odorata, nobilis, veientana marcens, stillans delicata, grauida, madens, leuis, aureola, placida, mollis, pendula agrestis, frigida.

VVLCANVS. Ignipotens. lemnius, mulciber, ardens, auidus, iunonigena, rex ignis, flammeus, tardipes, iouialis, claudus, iunonius, sollers, faber feruens, claudicans, siculus, igneus, sonax, ferrugineus, liparæus, ætnæus, loripes, ignificus, niger, fulminosus, puluerulentus, luteus, Liparæus *Iuuenal. Vulcanus filius fuit Iouis & Iunonis, à parentibus ob deformitatem deiectus in Lemnon insulam, vbi officinam vnà cum Cyclopibus ministru habere dicitur. Ea autem ruina qua decidit è cælo, claudus factus est. Vxorem habuit Venerem, cuius precibus (vt est apud Virgilium) fecit arma & clypeum Æneæ, vt precibus Thetidis Achillis arma. Solent enim poëtæ firmissima quæque & validissima ferrariæ artis opera tribuere Vulcano, quem deum fabrorum & ignis faciunt Et adscribunt monile Hermiones, Ariadnæ coronam, currum Solis, & Iouis fulmina. Filios habuit Erichthonium, Cacum, Caculum, Tullum, Seruilium.*

VVIGVS. Incautum, stolidum, fallax, ignobile, incertum, miserabile, iners, miserũ, imperitum, infidum, malignum, profanum, indoctum, rude, mobile, demens,

mens,attonitum,anceps,murabile, pauidum, præceps, vile, iniquum, inualidum, mordax, humile, loquax, mendax,inſtabile,multifidũ,procax,incomtum, inuidum,inſcium,variabile,agreſte,debile,indocile, futile, vanum, inops, clamoſum, leue, ignarum, trepidum, inconſtans, auidum, indomitum, rebelle, mordens, naſutum,latrans,diuerſum,inſanum,imprudens.

VVLNVS. Hiulcum, crudele, martium, lethale, atrum,triſte,lethiferum,miſerabile,pallens, putridum, violentum, immedicabile, calidum, inconſolabile, ſæuum,fœdum,inhoneſtum,crudum,graue,inſanabile,infeſtum,durum,patulum,atrox,aſperum,immane, infoſſum,tremebundum,hians,malum, ſtridens, fatale,diuiduum, mortiferum, periculoſum, ferreum, canum, amarum, miſerandum, truculentum, ſanguinolentum,cruentum,formidabile,ſpirans,impium,luctificum, exitiale, largifluum, mortale, cæcum, vulcanium,liuens,ſordidum,telephium,chironium.

VVLPES. Aſtuta,fallax,olida,doloſa,caudata,ſceleroſa,ſagax,hirſuta,vapida,fallax,vafra. *Vulpes vafrum eſt animal echinu infeſtum, quos cum aliter propter aculeos nequit ſuperare,reſupinat, & inuerſos in ventrem, qui mollis eſt, lancinat,eóque modo interficit. Inſidiatur piſciculu ripam oberrans,caudáque in aqua demerſa,cuius villis cum ſe obuoluerunt, extrahuntur quaſi defoſſi. Vulpes inimicæ ſunt mulis. Gallinacei non attingunt,qui vulpinum iecur comederint.*

VVLTVR. Edax;obſcenus,auidus,dirus, cupidus, palpans, niger, rapax, tardus, caucaſeus, prometheus, montanus,læuus,prædo,auis Tityi,odorus. *Vultur, ſiue Vulturius,auis rapax, tardè volat propter corporis molem, cadauera ſectatur, & carne vuit. Aiunt hanc auem concipere ſine maſculorum ſemine, & ſine coniunctione generare, natóſque ex iis in multam ætatem procedere, ad annum vſque centeſimum.*

Clarent

Clarent odoratu. Vultures nigri prævalent, nidificant in altis rupibus, nidos nemo attigit. Fœtus ferè cernuntur bini.

VVLTVRNVS. Altitonans, sonorus, cæruleus, rapax. *Ventus est spirans ab hiberno occidente, medius inter Eurum & Notum. Vnde* Euronotus *etiam vocatur. Est & fluuius labens per Campaniā qui non procul à Cumis demergitur.*

VVLTVS. Decorus, renidens, pulcer, placidus, loquax, lucidus, niueus, dulcis, placidulus, nitens, rutilus, benignus, egregius, lacteus, gestuosus, candidus, ridens, roseus, nitidus, auratus, serenus, hilaris, sudificus, blandus, venustus, verecundus, fidereus, ambiguus *Horat.* agrestis, terribilis, rigidus *Ouid.* decens, comptus, coruscus *Claud.* grauis *Iuuenc.* minax *Val. Flac.* trux *Tasso*, toruus *Horat.* seuerus & tristis *Cicer.* proiectus & degener *Tacito.*

VVLVA. Sordida, excauata, tumens, marcens, tumida, distillans, spumans, olida, graueolens, calida, hians, patula, petulca, insatiabilis, lubrica, rigida. *quære* CVNNVM.

DE LITERA X

XANTHE. Flaua, Oceanitis. *Nympha marina Oceani & Tethyos filia.*

XANTHVS. Rapidus, Troianus, Scamander. *Fluuius est Troadis, de quo Virgil. lib. 6. Æneid. Ita dictus, teste Aristotele, 3. Historiæ animal. quòd ouium vellera rufo inficiat colore.*

XANTHVS, *equus.* Volucer, flauus. *Hic Xanthus intelligitur vnus ex equis Achillis. Nam præcipui eius equi fuerunt Balius, Æthon, Podargus, Lampus, Pedasus.*

XANTIPPE. Morosa, querula, lurgiosa, loquax. *Vxor Socratis philosophi.*

XENOCRATES. Chalcedonius, Platonicus, grauis, seue-

uis, seuerus, castus. *nam Phrynem formosissimam eius ætatis meretricem, à discipulo in lectulum suum submissam, & sese ad concubitum modis omnibus sollicitantem, intactam tamen dimisit. Unde & Phrynem ipsam postridie rogantibus iis qui illam submiserant, dixisse ferunt, Cum statua sese, non cum homine concubuisse.*

XENOPHANES. Colophonius. *Fuit enim physicus ex Colophone, Archelai auditor, qui scripsit poëma de Pyllo. Item Elegias & Iambos contra Hesiodum & Homerum.*

XERA. Herculea. *Urbs prope Herculis columnas: vt refert Stephanus.*

XERXES. Persicus, medus, inflatus, refugus, cupidus, superbus, tumidus, perses, pauidus, barbarus.

DE LITERA Z

ZACYNTHOS. Dulcis, nemorosa, parua, alta. *Insula in Græco mari contra sinum Corinthiacum.*

ZALEVCVS. Iustus, Locrius, legislator; æquus. *Legislator fuit Locrius, qui dum legem tulisset vt in adulterio comprehensis oculi eruerentur: oblato filio, multisque testibus adulterij conuicto, sibi primum oculum, deinde filio alterum iussit erui, ne ipse primus legis quam tulerat violator existeret.*

ZELVS. Flagrans, pius, studiosus.

ZENO. Eleates, acutus, doctus. *Is fuit Parmenidis auditor, quem dialectices inuentorem fuisse ferunt.*

ZEPHYRVS. Olens, lenis, spirans, mollis, pennatus, furens, tepens, blandus, volucer, horrificans, felix, mitis, mulcens, vernus, placidus, citus, clemens, serenus, genitabilis. *Zephyrus ventus est occidentalis, frigidus & humidus, qui resoluit hiemes, & germina, floresque producit, leniter & placidè spirat. Alio nomine vocatur Fauonius. Is præterea, vt poëtæ fingunt, adamauit Chloridam nymphan, Latini Floram vocant, quam in mercedem violatæ pudicitiæ deam florum constituit.*

mit. Ea sapissimè dicitur à Pontano Zephiritis, *id est, uxor Zephyri.*

ZEVXIS. Doctus, clarus, pictor, Heracleotes. *Pictor fuit in arte sua clarissimus. De quo vide Plinium lib. 35. cap. 10.*

ZODIACVS. Signifer, *à duodecim signu. Lucret. lib. 5.* Obliquus, *Sabellicus.*

ZOILVS. Liuidus, mordax, inuidus. *Fuit is Homeri us calumniator, qui Homerum ipsum multis antè seculis defunctum & mordere conuicijs, & perinde ac criticus censor sua scutica notare ausus est, dictus propterea* Homeromastix. *Factum est propterea, vt calumniatores omnes & maledici vocemus eo nomine.*

ZONA. Teres, diuersicolor, arcta, aurata, signifera, baccata, baccis & gemmis ornata.

FINIS.

Henrici Laberij Nuncuriani DE MORTE SVI TEXTORIS QVERIMONIA.

QVIS mihi Neptunus violẽtis ignibus vndas
Suggeret? irato quis mihi frena dabit?
Qua mihi Pleïades poterunt extinguere flammam,
Quam motus calido pectore sanguis alit?
Nulla iracundis vacua est singultibus hora,
Vitáque placatum non habet ista diem.
Multoties renouat miserabilis ira dolorem,
Ira, inquam, ad luctus ingeniosa meos.
Ter mihi quotidie praesentes postulo furcas;
Qua vitam secum tristitiámque ferant.
Ter quaesita die mihi sunt longa aequora ponti:
Ossa vbi pennati lusor amoris habet.
Deuoui toties madidis hoc corpus arenis,
Frigida vt amnigenis piscibus esca forem.
A Ioue sceptrigero petij reuolubile saxum,
Quod miser Æolides per iuga mortis agit.
Sed luctus, video, nec dij nec vota leuabunt,
Sorbebúntque meas ventus & aura preces:
Ipse nisi satyras dirúmque expromsero virus,
Et malè calicolis sideribúsque precer.

Sed

Sed faller, nihil est quòd sidera & astra lacessam,
Sunt vertenda aliò carminis arma mei.
Vos igitur Musa, quibus est permissa potestas,
Laurigera vatem cingere fronde caput;
Et quas seruandis commisit vatibus Orpheus,
Sollicitus vestri duxq; paterque chori:
Cur non seruastis Textorem, dicite Musa,
Præcipuum clara Palladis arte ducem?
Non illum argolici terrebant ora Periclis,
Nec cessurus erat Socratis ingenio.
Quis melius didicit lingua exarmare leones,
Et faciles sola reddere voce feras?
Quis potuit melius verbis lenire furentem,
Et dare præcipiti frena modúmque viro?
Carmina Dircæus caneret dum musica vates,
Et resonum digitis sollicitaret ebur.
Ad citharæ pulsum mouere cacumina montes,
Atque sua lentus sponte saliuit aper:
Haud aliter Textor, fibras laxante camena,
Tardipedi potuit subdere calcar equo:
Atque soporatos à somno pellere glires,
Et bello insuetas cogere ad arma manus.
Pertigerat Latios Textoris gloria fines,
Ereptura tibi Quinctiliane togam;
Cùm subitò exarsit miseros qui regibus æquat,
Parcarum impatiens sanguineúsque furor:
Textorem nostra inuiderunt fata Nauarræ,

Fata,

Fata, inquam, doctis insidiosa viris.
Sed non hac causſa culpam excusabo sorores;
Digna est compedibus, dignáque culpa focis.
Si vos integritas fidei non mouerit, atque
Inter nos iuncta fœdus amicitia,
Flectere vos homines potuit doctrina sepulti,
Et multis probitas discutienda modis:
Quoq; magis crucior, vel quod mihi suscitat iras,
Nondum finierat dia iuuenta iocos;
Nec primum complerat iter reuolubilis atas,
Cùm dedit extremum mors inimica diem.
Ecquid vos igitur sceleris patrasse putabo?
Iacturam ne vnius creditus esse pili?
Si vos supplicio Rhadamanti traxerit ira,
Non satis ad pœnas tartarus vnus erit.
Sed quoniam nihil hîc luctus neque proficit ira,
Nec motos animos verba cruenta leuant,
Textoris cinerem Musa seruate, reliquit
Ingeny fetum Textor opésque sui.
Interea ablatum nobis tutabere vatem,
Mileti aonij prima lucerna gregis.
Si te celsus amor studiorum allexerit vmquam,
Hæc tibi seruandi cura parentis erit.
Vos quibus ingenium Textor suffecit & artem,
Huic cineri violas, thura facésque date.
Quãdo etiã ante oculos versabitur vmbra sepulti,
Dicite, Textoris molliter ossa cubent.

SYNONYMA PROPRIORVM NOMINVM

A

IOANNE RAVISIO TEXTORE

quondam collecta : nunc verò multò ampliùs altera parte aucta.

ABRAHAM. Abrahamus, Abram, *Prud.* Abras, *Vid.* Thariades, *à patre Thara.*

ABSOLON. Absolo, Moachides *vel* Maachides, *a matre Maacha.*

ACHAIA. *prius* Danaa, *à Danao rege.* Ægialeia, *quod littoralis sit aut ab Ægialo rege.*

ACHILLES Æacides, Pelides, Chironis alumnus, Thetidis filius, satus Peleo.

ACTAEON. nepos Cadmi, Autonoëius heros, *à matre Autonoë.*

ADAM. Adamus Protoplastus primus pater, *Vid.*

ADRASTVS. Thalaonides, *a patre Thalaone.* Inachius rex, Perseius heros, *à Perseo Iouis ex Danaë filio.*

unde oriundus erat, Stat.

ADRIATICVM MARE. Adria, Adriaticus sinus, superum mare, *Virg.*

ÆACVS. Æsopiades, *ab auo Æsopo Bœotiæ rege.*

ÆGISTHVS. Thyestiades, *à patre Thyeste.*

ÆGYPTII. Paratonij, *à Paratonio oppido Ægypti.* Mareotici, *à Mareotide lacu.* Isiaci, *ab Iside eadem culta.* Memphei, & Memphitici, *à Memphi oppid.* Lagei, & Lagidæ, *a Lago Ptolemæi patre.* Pharaonidæ, *à rege.* Niliaci, Nilotei, Nilicolæ, & Niligenæ, *à Nilo flumine.* Pelusij, & Pelusiaci, *à Pelusio Nili ostio.* Ptolemæi, *à rege, qui cæteris nomen dedit.* Pharij, *à Pharo insula.* Cleopatrici, *à Cleopatra regina.*

ÆGYPTVS. Delta, *à figura.* Pharos, terra Memphitis, solum Parætonium, Niliaca plaga, Canopus, Erythrææ aquæ.

ÆNEAS. Anchisiades, Anchisa genitus, Dardanides, Tros Italus, *Prudentius.*

ÆOLIA. Æolis, Ephestias, Vulcania insula.

ÆOLVS. Hippotades, *ab auo Hippota*, rex tempestatum.

ÆSCVLAPIVS. Epidaurius anguis, *à loco vbi colebatur.* Coronide natus Phœbi puer, iuuenis Phœbeius, & Phœbigena, *Virg.* Asclepius.

ÆTNA Inesia *olim.* Timaeius mons, rupes Typhois, *à Gigante.*

ÆTOLI. Calydonij, *à Calydone oppid. vnde femina* Calydonides, *Stat.* Cenei, *à rege.* Pleuronij, *à Pleurone vrbe.* Pleuronis alumni. Naupactei, *à Naupacto oppid.*

AFRI. Africani, Tunisei, *à Tunicio oppid.* Libyci, Barbarici. Phœnicum coloni.

AFRICA. Hesperia, Libya, *vulgò* Barbaria.

AGAMEMNON. Atreides, *ab Atreo patre.* Tantalides, *à Tantalo proauo.* Rex regum, Rex Mycenarum.

AGRIGEN-

AGRIGENTVM. Agragas.

AIAX TELAM. Telamoniades.

AIAX OILEI. Oilides, heros Narycius, *id est*, Locrẽsis.

ALEXANDRIA. vrbs Parætonia, *Luc.* Pharos, *quòd ea insula nunc continenti coniuncta sit.*

ALPES. Clauſtra Italiæ.

ALSATIA. Triboci, *vel* Tribotes.

AMAN *Macedo.* Amanus. Amadathides, *à patre.* Mardochæi æmulus.

ANGLIA. Britannia. Calydonia. Albion, *ab albis montibus.* Angliterra, alter orbis, inſularum maxima.

ANGLI. Britanni, Calydonij, Brutigenæ, Brutiadæ, *à Bruto Rom.* Neptunicolæ.

ANNIBAL. Amilcarides, *à patre.* Dux Naſamoniacus, *à Naſamonibus Africæ.* Eliſæus, *ab Eliſa Didone.* Agenoreus. dux luſcus.

ANTIOCHIA. Theopolis *vocata à Iuſtiniano poſt terræmotum: à Seleuco Nicanore,* Seleucia.

ANTVERPIA. Andouerpa, *vel* Andouerpia, *vel verius,* Antuerphia, *quaſi,* an de Werph *id eſt, ad ripas Scaldis poſita.* Oitia magni Scaldis. Qua voluit virides in mare Scaldis aquas. Antuacutũ. Aduerſa, *vel* Auerſa. Adiecta, *Graph.* Adiectæ, nomen Dij poſuere, mari.

Sed, quinam? quæris. genitor Neptunus, & ille
Quem peperit ſummo Maia adamata Ioui:
Namque olim ſolo dum ſtabam in litore caſtrum,
Atque paludoſa terra tremebat humo;
Conſpexere locum, blandis dum fortè vagantur
Scaldis aquis Placuit Dijs ſitus ipſe loci.
Nulla mora, ædificant adiectis mœnibus vrbem.

APOLLO. Pæan. Phœbus. Liber, *quòd liberè vageturper æthera, Pel.* Nomius, *quia paſtor apud Admetum.* Latoides. Cynthius. Thymbræus. Pythius. Titan. Sol.

APRILIS. θαργηλιὼν, & Xanticus, mensis Veneris. mensis terram eiúsue gremium pandens. *Signum ei periphrasticum est* Taurus, *cui hæc æquipollent.* potitor Europæus. Frons tauri metuenda minacis. Corniger taurus. Iuuencus. Cornua tauri, *Virg.*

APVLI. Mesapij, *à Mesapo rege.* Ætolidæ, *ab Ætolo Diomede, qui ibidem imperauit.* Daunij, *à Dauno Turni patre.*

APVLIA. Daunia, Mesapia, Iapygia, *ab Iapyge Dædali filio.*

AQVAE MORTVAE. Aquæ Sextiæ. Fossæ Marianæ: *à Sextio Rom. qui perdomitis Salibus oppidum ibi extruxit; & Mario, qui ibi fossam ex Rhodano duxit in vicinum lacum.*

AQVILO. Boreas, Aparctias, *quòd ab Arctis & septemtrione spiret.* ventus Thracius, Threicius, Scythicus, Riphæus, Strymonius, Hyperboreus, Aquilonaris. Scopatius, *siue,* Scopa viarũ, *quòd flatu æquas reddat vias. Hier.*

AQVISGRANVM. Tiaianæ thermæ, Vegera. Aquæ. *inde* Aquenses.

ARABES. Nysij, & Nysæi, & Nysiadæ, *à Nysa oppid.*

ARACHNE. Textrix Mæonia, Idmonia, Lyda.

ARCADES. Arcadij, Arcadici. Tegeæi, Tegæi, Tegeatici, *à Tegea oppid.* Parrhasij, *à Parrhasia Arcadiæ regione.* Lycæi, *à Lycæo monte.* Nonacrini, & Nonacij, *à Nonacri monte.* Parthenij, *à Parthenio monte.* Pisæi, *à Pisa oppid.* Molorchei, *à Molorcho Arcadiæ pastore, cuius precibus Hercules leonem interfecit.* Elæi, *ab Elea oppid.* Erymanthij, & Erymanthei, *ab Erymantho monte.* Cyllenęi, *à Cyllene monte.* Cleonæi, *à Cleone oppid.* Caliſtonij, *à Caliſto Lycaonis filia.*

ARCADIA. Mænalis regio, *à promontorio Mæualo.* mater asinorum.

ARCHIMEDES. senex Syracusius.

ARCTOPHYLAX. *stellula iuxta maiorem Vrsam.* Bootes.

Bootes, Arcturus, custos Erymanthidos vrsæ.

ARCTOS. Vrsa, Septemtrio, polus Arcticus, magna minorque feræ, *Ouid. est enim duplex: maior* Elice *est; minor* Cynosura.

ARGENTORATVM. Argentina, Treboci, Alsati. Silbertina, *Fabr.*

ARGO *nauis.* Pinus Thessala, *à Thessalis nauib.* Pelias arbor, *à Pelio monte Thessaliæ, &* Peliaco prognatæ vertice pinus. Heroum ratis. Tritonis, Palladia, *à Minerua.* itura in sidera puppis, *Stat.*

ARGONAVTAE. magni Deûm nati, *Flacc.* Lecti iuuenes. Argiuæ robora pubis, *Catull.* Heroes Iasonij, *Stroz.* Æmonij nautæ, *Quinct.* Semidei reges, *Stat.*

ARGVS. Aristorides, *à patre Aristore.* pastor centoculus, Æmonius custos, *Ouid.* Custos virginis.

ARIADNA. Minois, *à patre Minoë.* Gnosis, *à Gnoso vrbe Cretæ:* Gnosias, Cressa, soror Minotauri.

ARIMINVM. Picentum. Rimini, vrbs Herculea.

ARION. citharœdus Methymnæus.

ARISTOTELES. sophos Stagiræus, senex Stagirites, *à patria.*

ASCANIVS. Æneides, *à patre.* Dardanius puer. Iulus, *&* Ilus *antea.* spes altera Troiæ.

ATALANTA *Arcadica.* Nonacria, *à monte Nonacri.* Calydoniaca puella, *Ouid.* Meleagria virgo, *à Meleagro proco.* Abantias, *à patre Abante.* Iasis, *à patre Iasio, vt alij malunt.*

ATALANTA *altera.* Schœneïa virgo, *Ouid.* Schœnis, Schœneis, *à Schœneo patre.* Pernix virago, *Sidon.*

ATHENAE. arx Tritonidis, *Ouid.* Mopsopia vrbs, *Idē.*

ATHENIENSES. Athenæi, *à Minerua* Ἀθήνη. Attici *&* Actæi, *ab Attione rege.* Thesei, Thesij, *&* Thesidæ, *à Theseo Ægei regis filio.* Cecropidæ, *à Cecrope rege.*

Munichij, *à nauali dicto, Munichia.* Mopſopij, *à Mopſo rege.* Æacidæ, *ab Æaco rege.* Erichthei, Erichthonij & Erichthidæ, *ab Erichtheo & Erichthonio regib.* Ægidæ, *ab Ægeo rege.* Marathonij, *à Marathone campo Atticæ.* Cranai, Codridæ, & Pandionij: *à regibus Cranao, Codro & Pandione.*

ATHENAE. arx Tritonidis, *Ouid.* Mopſopia vrbs, *Idē.*

ATREBATVM. Attebates, Regiacum, Catuaci.

ATTICA. Mopſopia, Ionia, Poſſidonia, Cecropia, Cecropis. Attis, Acte, *quòd littorea ſit.*

AVGVSTVS. Sextilis. menſis, ab Auguſti nomine nomen habens. *Signo illius periphraſtico hæc æquipollent:* Innuba virgo, virgo alma, caſta, quæ ſpicea munera geſtat. iuſta puella. almæ virginis aſtrum, *Virg.* Aſtræa.

AVRELIA. Genabum.

AVRORA Memnonis mater, Eos, Matuta, Leucothoe, Tithonia coniux, Pallãtias, Pallãtis, Thaumãtias.

AVRANTIA. Auruſij.

AVSTER. Notus, pluuiarum pincerna, *Hieron.*

B.

BABYLON. vrbs Semiramia. Vbi dicitur altam Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbem.

BABYLONIA. Aſſyria, Chaldæa, Babylonis regio.

BABYLONII. Chaldæi. cephenes, *à Cepheo patre Andromedæ.* Arphaxatæi, *ab Arphaxat. Ioſeph.*

BACCHAE. Bacchides, Baſſarides, Thebanæ matres, Euantiæ ſorores, Mænades, Euantes, Mimallones, & Mimallonides, Eleides, Edonides, Enthriades.

BACCHVS. Liber. Lenæus pater, *à leuando.* Nyſæus, *à Nyſa oppido Arabiæ.* Semeléius, Thyoneus, Baſſareus, Euan, Iacchus, Semeleia proles, Bicorniger, Euhyus, Nyctilæus, *à nocturnus ſacru.* Berecyntius.

BALAAM. Bileamus. Beorides, *à patre.*

BALEARES.

BAIEARES. Gymnesiæ.

BASILEA. Rauraci. Augusta Rauracorum.

BAVARI & BOREONI. Boij Boiarij, Franci, Noricum, Norica arua, Noris ora.

BELGAE. Belgici Belgium.

BELIDES. Danaides.

BELLEROPHON Glaucia proles, Chimæræ domitor.

BELLONA. Pallas Enyo Martis soror. Tritonia, *à Tritone palude.* Minerua *à minando*

BITHYNIA. Bebrycia. Mygdonia humus, *à Mygdonio rege. Ouid* Thynnia.

BITHYNI. Bithynici Mygdonij Bebryaci, bebryces.

BITVRIGES. Biturici.

BOEOTIA. Ogygia, *ab Ogyge rege.* Cadmeis, Hyantis, Aonia, Mesapia.

BOEOTII. Bœoti Phocæi, Phocaici *à Phocide propinqua regione.* Hyãtes Hyantæi, *ab Hyante rege.* Teumessij, *à Teumesso monte.* Meleagrij, *à Meleagro.* Thespiaci. *à Thespiis oppid.* Heliconij, *ab Helicone monte.* Cyrthæi, *à Cyrrha oppid.* Hippocrenisati, *ab Hippocrene fonte, Sidon.* Aganippæi, Castalij, *ab Aganippe & Castalio fontibus.* Aonij, & Aonidæ, *quòd Aonia pars sit Bœotiæ.*

BONONIA. Felsina *olim*, vibs Felsinea, *Mant.*

BRABANTIA. Austrasia inferior *olim, Blond.* Tellus veteri regnata Brabone, *Nann.* Brabanti, Brabantigenæ. Aduatici, *quos Hubertus Leodius Gallos Brabantiæ facit, appellans* Aduaticum Tungrorum, Tongerlo; *alij*, Buscoducenses. Grudij & Leuaci *(Louanienses proprie)* Ambiuariti, *Iucund.*

BRANDEBVRGVM. Marchiæ metropolis. A duce quã Brenno fundatã mœnibus olim Vandalici sed tunc incoluere duces. A duce quæ Brẽno condita nomẽ habet.

BRIAREVS. Ægæus, Gigas centũgeminus, cẽtimanus.

BRITANNI *Gallorum.* Armorici, Osissini, Nannetes, Veneti.

BRVGAE *Flandrorum.* Brugia, Brugis, *Sab.* Quam Ria piscosi fluminis amne secat. Hic vbi stagnantes Reia refundit aquas.

BVRDEGALA. Vibisci.

BVRGVNDI. Burgundiones. Ædui (*Comitatu continentur, nomenque Austriaca familiæ hodie tribuunt*) Sequani (*Ducatu continentur, & nomen quodammodo amiserunt.*)

C.

CADMVS. Agenorides, *à patre.* Agenore natus, *Ouid.* gener draconum, *Idem.*

CAIETA. Æneæ nutricis habetia nomen Mœnia.

CALABRIA. Iapygia, Mesapia, Salentina.

CALCHAS. Thestorides, *à patre Thestore.*

CALETVM. Caletes, Gessoriacum, Iecius portus, Calesium.

CALLIMACHVS. Battiades, *à patre, Cat.* Clarius poëta, *à Claro insula, Ouid.*

CALLISTO. Parrhasia virgo, Lycaonis, virgo Tegeæa, Nonacrina, *à monte Arcadiæ.*

CALYPSO. Atlantis, *&* Atlantias, *à patre.*

CAMERACVM. Cameracum, Samarobriga, *aut* Samarobrina, *quasi* Samberay.

CANICVLA. Sirius canis, Icarius canis, calidi Sideris æstus, æstiuus canis *Tibull.*

CANTABRI. Cantabrici.

CAPITOLIVM. Sedes Tarpeia, templum Iulium.

CAPPADOCES. Leucosyrij, *quòd Cappadocia olim dicta sit* Leucosyria.

CARES. Eubasij, Mausoli. Leleges, *prius sub Minoë.*

CARTEIA, *Hispaniæ oppid.* Tarteslius, *vel* Tartessus, *vulgò* Tarisla.

CARTHAGO. Byrſa, Carchedon, Cadmea, Agenoris vrbs.

CARTHAGINIENSES. Tyrij, Carchedonij. Cadmei: *quia à Cadmo ſunt oriũdi.* Aſdrubaliani, *ab Aſdrubale duce, Sidon.* Eliſæi, *a Didone.* Byrſici, *à corio, hiſtoria ex Virg. nota.* Pœni, Afri, Punici, Africi.

CASSANDRA. Priameia virgo, Mycenæo Phœbas amata duci. Phœbas Iliaca, Phrygia vates, & Pergamea.

CASTOR & POLLVX. Ledæi, Lacones, Tyndareï, Amyclæi fratres, Oebalidæ gemini, Dij cyenigenæ. *Διόσκοροι.*

CENTAVRI. Ixione nati, Ixionidæ, Oſſæi bimẽbres.

CERBERVS. Canis inferus, Trieeps, Trifaux, Tergeminus, lacrimoſæ ianitor aulæ, tartareus cuſtos, ianitor Orci, triforme monſtrum, cuſtos Plutonius, monſtrum Meduſæum, multiceps bellua. Ianitor atræ impauidus Lethes.

CERES. *Δημήτηρ, quaſi Terræ mater.* Eleuſina mater, frugum genitrix. Diua potens frugum. Ennæa Dea. Theſmophora, triticea dea.

CHARON. Acherontis nauta, Stygius ſenex, aterque paludis nauita Tartareæ, auarus portitor.

CHIRON. Phillyrides, ſenex ſaturnigena, Peliaeus bimembris, ſenex biformis, Phillyrius heros, præceptor Achillis, Semiuir arcupotens.

CHRISTVS. Ieſus, Emanuel, *ſiue* Emmanuelus, rex bis genitus, *Vid.* Verbigena, Nazarenus, dux Bethlem, verbum patris, *Prud.* Meſſias, Dauidides, Leo magni à ſanguine Iudæ fortis, Ieſſæi ſtirps generoſa patris. Agnus librum dignus reſerare. *Silu.*

Virginei partus, magnoque æquæua parenti
Progenies, ſuperas cæli quæ miſſa per auras

Antiquam genetis labem mortalibus ægris
Abluit, obstructíque viam patefecit olympi, &c.
Æterno genitore natus,
Orator patris ex sinu verendi
Vocem euangelij ferens suauem,
Qua credentibus exhibet potenter
Vitam iustitiamque sempiternam:
Et qui sanguine nos suo redemtos
Exaudit, reputat facitque iustos,
Ostenditque pius suum parentem.

Cur in hac periphrasi commonstranda longior fuerim, dicam infrà.

CHRISTIANI. Christicolæ, Christiadæ Christigenæ. turba domini nomine dicta sui: quæ Christo nomen dedit.

CICERO. Tullius, disertissimus Romuli nepotum, *Catull.* Pater patriæ, *Iuuenal* eloquij pater. & eloquium Arpinas, *pro Ciceroniano* Latiæ facundiæ linguæ.

CLEOPATRA. Ægyptia coniux, incesta Ptolemaïs, Actias.

CLIVENSES. Iuliacenses, Grinnes. Sicambri, *propriè* Gulgerni, *siue* Gungerni, *à Gulchern.*

COLCHI. Colchiaci, Phasiaci, Æetæi, Æei, Æetij, Cytæi.

COLONIA. Agrippinenses, Vbij, Colonia Agrippinensium, Agrippinates. Vrbs vetus, à Drusi coniuge dicta ducis.

CONSTANTINOPOLIS. Vrbs Byzantia Byzantium. Ligos *olim* & Etrusa. Noua Roma, Antonia. claustrum Ponticum.

CORCYRA. *Græcis* κέρκυρα, *priùs* Melena, & Drepane *dicta à Cerere. Item* Macris, Scheria, & Phæacia.

CORINTHII. Corinthei, & Corinthiaci, Cypselidæ,

pſelidæ, *à Cypſelo Ixionis filio.* Ephyræi, & Ephyreij, *quoniam Corinthus primò vocabatur Ephyre.* Iſthmiaci, & Iſthmij, *ab Iſthmo Corinthiorum, ſeparante Ægæum mare ab Ionio.* Cenchræi, *à Cenchro portu.* Siſyphidæ, Aloïdæ.

CORINTHVS. Ephyre, Pyrenis, vrbs bimaris.

CORSICA. Cyrnos.

CRETA. Tetra Curetis, *à Curetibus inhabitatoribus.* tetra Gortynis, Aëria, Macaros, *à cæli temperie.* Oaxie tellus, *ab Oaxe fluuio vel oppido* Hecatompolis *olim dicta, à centum vrbibus, quas habebat: nunc* Candia *vulgò.*

CRETENSES. Cretes, Cretæi, Creſſij, Cieſſi, Cnoſſij, Cnoſſiaci, Cnoſo *ſiue* Cnoſſo *oppid.* Dictæi, *à Dicte oppid.* Lyctij, *à Lycto oppid.* Cydonæi, Cydonij, Cydones, Cydoniaci, *a Cydone oppido Cretæ.* Ariadnæi, *ab Ariadne.* Minoij, *à Minoe rege.* Androgeonei, *ab Androgeo filio Minois.* Gortynij, & Gortyniaci, *à Gortyna vrbe.* Δωριεῖς, Dorici, & Dorienſes, *quòd tempore Troiani belli Dores in Cretam venerint, ibique decem vrbes conſtruxerint.*

CREVSA. nata Creontis, Ephyræa.

CREVSA *vxor Æneæ* Dardanis mater Iüli.

CVMANI. Cumæi, Chalcidici, Euboici.

CVPIDO. Idalius puer, Cnidius deus, *à Venere.* Amor, Cæcus puer, Paphius deus.

CYBELE. Ops, Rhea, Berecyntia, Pales, Dindymene, Mater deûm, Idæa mater.

CYNOSVRA. Helice, Arctos, Parrhaſis urſa.

CYPRVS. Tellus Veneris, *Mant.* Ceraſtios, & Ceraſtias, *à multis promontoriis.* Amathuſia, Sphecea, Aramantis, *ab Aramante monte, Strabo.*

DACIA.

D.

DACIA. Valachia.

DALILA, *Sãſonis concubina.* Thimnatis, *à patria.*

DALMATAE. Dalmatici, Liburni, Illyrici.

DANIEL. Medus puer, *Iun.*

DANVBIVS. Iſter, Adubanus.

DAPHNIS. Peneïa virgo, Nympha Peneis, Theſſalis, *à patre Peneo, & patria Theſſalia.*

DAVID. Pſaltes. Rex ſacerdos, *Prud.* Pſalmographus, Pſalmicen. Ieſſides & Iſaides, *à patre Iſai ſeu Ieſſe.* Ieſſeia proles. Obedides, natus Obede, *auo ſcilicet.*

DAEDALVS. Gortynius auger, ædis conditor Iuboïcæ, *Auſon.*

DAEMON. Serpens, anguis, draco, coluber Tartareus, *&c.* hoſtis humani generis. Nycticola Indus, *à nigrore, Prud.*

DEBORA *prophetiſſa.* Lapidothis, *à marito Lapidothe.*

DECEMBER. Menſis genialis, *ſignumeius Capricornus,* corniger hircus, cornua capri, ſalſi gurgitis hircus, liquidi caper æquoris, æquorei capri frons, Neptunia proles.

DELOS. Ortygia, *à multitudine coturnicum.*

DEVS. Numen diuinum tergeminum, nomen qui Sabatis habet, Ioua, Dominus.

DIANA. Cynthia, Luna, Delia, Dictynna, Latonia, Triuia, nemorum cuſtos, cultrix. Dea ſiluarum, *Ouid.* Dea conſors Phœbi, Thoantæa, Ilithyia, virgo potens nemorum, Latonigena, Phœbi ſoror.

DIDO. Eliſſa, Eliſa, Phœniſſa, *à patria Phœnicia.* Tyria.

DIOGENES. Cynicus mordax, canis Synopeus.

DIOMEDES. Oenides, Tydides, *ab Oeneo auo, & Tydeo patre, Calydoniæ regibus.* Ætolus, Calydonius heros.

DYRRACHIVM. Epidamnum.

E.

E.

ECHO. Panos deliciæ, vaga imago, *Horat.*

ELIDENSES. Epei, Elei. ELIS. Epia.

EMAVS. Nicopolis.

ENCELADVS. Centipes, Trinacrius, atrox Sicanio conditus gigas.

ENDYMION. Latmius heros, *à monte Latmo.*

ENOCH. Iarides, *à patre.*

EPICVRVS. Neoclides, *à Neocle patre.* senex Cetropius, senior Gargetius.

EPIRVS. Molossa *olim, nunc* Albania, Chaonis, *&* Chaonia terra, *à Chaone Heleni fratre.*

EPIROTAE. Epirotici. Leucadij, *à Leucade promont.* Actij *&* Actiaci, *ab Actio oppid.* Phocæi, Phocaici, Chaonij. Dodonigenæ, *à Dodone vrbe Chaoniæ.* Molossi. Pyrrhidæ, *à Pyrrho.*

EQVVS TROIANVS. Equus durateus, Dardanius, fatalis. Epei machina, Palladius.

ERIDANVS. Padus. fluuiorum pater, *Prudent.*

ERIGONE. Marathonia virgo. Icarij, *à patre.*

ERPHORDIA. Heic, vbi Tyrigetæ pinguia rura colunt, *Sab.*

EVBOIA. terra Eubois. Macris, *à longitudine.* Chalcis. Nigropontus.

EVBOICI. Caphærei, Abãtij, Tanagræi, *à Tanagreo oppid.*

EZECHIAS. Abide natus, *matre scilicet.* Achasides, Achasi filius.

F.

FEBRVARIVS. Februus. *signum illius Geminipisces.* Pisces fulgenti lumine. Pisces sidus aquosum. Squamosum pecus.

FESVLAE.

FESVLAE. Vrbs à cælifero quæ condita fertur Atlante.

FLANDRI. Flandricolæ, Flamingi, *ab æstuariis, siue camporum æquore.* Morini, Neruij *(propriè Tornacenses)* Menapij, *vnde regio dicta* Menapiscus, *Mey.* Gonduni *(propriè* Gandenses.) Bellocassij *(propriè* Bailliolenses, *&* Casletenses: *vnde* St. Come: *si Bellocassium vocauit.)* Diaflintres *(ita legunt quidã in Cæsare) quasi,* Die flindres, *siue* flandres.

FLORA. Chloia Zephyritis, *quia vxor Zephyri.*

FORMIAE. Læstrygonia vrbs.

FRANCI. Francigenæ, Galli, Gallicani, Galligenæ, Galatæ, Sequanici, Liligeri, Sequanidæ, Celtæ, gens Celtica.

FRISONES. Frisij, Bructeri, Busactores parui, *Pirck.* Frisiabones, *Plin* Chamaui, *à populo vicino.*

FVRIAE. Diræ, Maniæ, Eumenides, Stygiæ, Erinnyes, Erinnes, Numina malefica, Infernæ canes, Orci satellitium, Alastores, Sorores anguicomæ, Laruæ Acheronugenæ, Plutonides vmbræ.

G.

GADES. Gadera, Cotynusa.

GALATEA. Nerine, Nereis, *à Nereo patre.*

GALLI CYBELES. concubini Celenæi, *à Celenis oppid. Phrygiæ,* Phryges, Corybantes, Curetes.

GANDAVVM. Gonduni *secundum Hub. non* Gorduni. Gessoriacum nauale, *Pirck.*

GANYMEDES. dilectus Ioui puer, pocillator Phrygius, Iliades, puer Idæus, Phryx, Iliacus, Sangarius, Tros minister, Dardanius, catamitus Iouis, Puer vrniger, puer Hydrius, qui vrnam gerit, Troianus puer, Pincerna Iouis.

GARAMANTES. Garamãtici, sati Ammone, *id est,* Ioue.

GELDRI.

GELDRI. Geldrij, Geldrenſes, Menapij, Sicambri.

GERMANI. Alemanni, *à Lemano lacu, Pel.* Teutones. Teutonici. Flaui gens accola Rheni. Veteri gens nata Tuiſtone. Tueſtones, *vel, vt Fab.* Tuiſcones.

GERMANIA. Teutonis ora, Teutona terra, Regnata Tuiſtone tellus.

GERYON. Forma tricorporis vmbræ, Paſtor Iberus, Paſtor triformis litoris Tarteſſij, *Sen.*

GIGANTES. Ætnæi fratres, Titanes, Titania pubes, *à patre.* Anguipedum manus, Phlegræi deorum hoſtes, Terrigenæ, *a matre:* fratres ſerpentigeri, Pallenæi, *à Pallene Macedonum, iuxta quam fulminati ſunt.*

GLAVCVS. Euboicus tumidarum rector aquarum. Minous, *à patre Minoë.* Dictæus, Potniades, Potinæus, *a patria Potina, Bœotiæ oppid.*

GOLIATH. Golias, Goliadus, Goliathus, Philiſthæus gigas Gathides, *à patria.* ſuperbus Allophylus.

GORGON. Monſtrum ſerpentigerum, anguicomum, ſaxificum. Phorcynes, Meduſa.

GRATIANOPOLIS. Acuſiorum colonia.

GRATIAE. Charites, blandæ ſorores, filiæ Iouis ſuaues.

GRAECI. Graij, Graiugenæ, Argæi, Argiui Argolici, Dorici, Dorienſes, Pelaſgi, Pelopæi, Pelopeïdæ, *à Pelope filio Tantali.* Achillæi, *&* Achillidæ, *ab Achille.* Achæi, Achiui, Acharci. Inachi, Inachij Inachidæ, *ab Inacho rege.* Agamemnonij, Agamemnonidæ, *ab Agamemnone.* Acriſionæi, *ab Acriſio rege.* Abantæi, *ab Abante rege, patre Acrisy.* Danai. Thyeſtæi, *a Thyeſte.* Mycenæi, *à Mycenis oppid.* Menelaei, *à Menelao.* Phoronidæ, Phoroneï, *à Phoroneo Inachi filio, Argiuorum rege.* Perſei, *à Perſeo Acrisy nepote.* Danaei. Dolopeij, *à Dolopibus.* Iaſidæ, *ab Iaſio rege.* Tantalidæ, *à Tantalo.* Hellenes.

GRAECIA

GRAECIA. Attis, *à filia Graciæ primi regis.* Hellas, *ab Hellene Deucalionis filia.* Achaia, Pelasgia, Dulichia.

H.

HARPYIAE. Stymphalides, *ab Arcadiæ oppid. Stymphalo.* volucres Arcadicæ, Tartaicæ, Typhonides, *à Plutone patre*: Phineæ, *à rege cuius epulas coinquinabant*: *&* Herculeæ, *à domitore suo.*

HECVBA. Cisseis, *à patre.* Priameïa coniux. Mater infelix Hectoris.

HELENA. Lacæna, Tyndaris Lacæna, Spartana, Oebalis, Oebalia pellex. Spartæque potentis alumna. Therapnæa marita, Menelais, *à marito.*

HELISEVS, *vel* ELISEVS. Saphatides, *à Saphato patre.*

HERACLEA. Perinthus, Syris, Trachin, *Plinius.*

HERCVLES. Amphitryoniades. Heros Tirynthius, *ab vrbe Achaiæ vbi nutritus*: magnus ferarum, monstrorum domitor. Oetæus, *ab Oeta monte.* Cleonæus, *à leone iuxta Cleonas interempto.*

HERODES. Crudelis apella, Rex Idumæus.

HESIODVS. Ascræus senex, *à patria.* Præceptor arandi. Musa agricolæ senis, *Ouid.* Heliconius vates.

HESPERVS. nuncius noctis, *&* index.

HETRVRIA. Tuscia, Etruscia, Tyrrhenia. Vmbria, *à sua parte. Hinc Etrusci, Vmbry, Tyrrheni.*

HIERONYMVS. pater Stridone satus, Stridonius senex.

HIPPOLYTE. Threïcia Amazon, bellicosa Thesei coniux.

HISPANIA. tellus Tartessia, Iberia, Hesperia.

HISPANI Iberi, Iberici, Iberiaci, *ab Ibero fluuio.* Bæticolæ, *&* Bętigenæ, *à Bæti flu.* Hesperij, *ab Hespero Atlantis fratre.* Tartessij, *&* Tartessiaci, *à Tartesso oppid.*

HOLLAN-

HOLLANDI. Batavi, Caninefates.

HOMERVS. Mæonides, Mæonius vates, *à patria Mæonia*: vates Achæus, *Ouid.* Cõditor Iliados. Meleſigenes, *à Melete fluu.* Seu Smyrnæ, *ſeu* Mæonij Colophonis alumnus, *Mant.* Troiani belli ſcriptor, *Horat.*

HORATIVS. Romanus fidicen, Flaccus, poeta Venuſinus, *à patria.* Pindaricus ſenex, *Sec*

HVNGARI. Hunni *ſeu* Huni *olim.* Pannoni, Pannonij, Pannoides, *Luc.* Pannones Auſtrij, Styri, Croati, Carni, Iazyges, Cuni, *quod teſte Pirck. Pannoniam vtramque nunc habitent.*

HYADES. Suculæ, Sues cæleſtes.

HYACINTHVS. Amyclides, Tænarides, Oebalides, Oebalius puer, *à patria.*

HYRCANI. Caſpij.

I.

IACOB. Iacobus, Iſacides, *à patre.* Thariadæ nepos, *ab auo Abrahamo.*

IANVARIVS. Ianus, Menſis primus, Menſis anni ianua. *Eius ſignum* Aquarius: Fulor aquæ Geſtator aquæ iuuenis. Puer vrniger. Vrna nimbifer. Troianus puer. dilectus Ioui puer cui nomen aquæ faciunt. Deucalionis aquæ. qui vrnam gerit, *Virg.* Puer hydrius, *Trud.* Ganymedes, pocillator Phrygius.

IANVS. Pater bifrons, biceps, biformis, antiquus, annorum ſator, clauiger. Patulcius, Cluſius, *quod bello valuæ eius patent, pace claudantur.*

IASON. Æſonides, Æſone ſatus, Æſonius iuuenis, *Ouid.* Iuuenis Æmonius, Theſſalus, dux Achiuus, Pelaſgus, Argonautarum dux.

ICARVS. Dædalius puer: Dædalides, *Text.*

IERVSALEM. Solyme, Solyma, Solymi, Solymæ, Iero-

mæ, Ieroſolyma, Iebuſæi. Helia, *ab Helio Hadriano reparatore.* Sion, *à monte.* vrbs Sionæo vertice pulcra. Solomonia templa, virgo Sionæa.

ILLYRIA. Illyris, Illyrium, Liburnia, Dalmatia. Sclauonia *hodie.*

INARIME. Ænaria, Pithecuſa.

INDIA. Terra Gangetis, terra Euphratis, Euphratidis, *Sidon.* Gangetica.

INDI. Indici. Gangetici, *à Gange fluuio.* Nyſæi, *à Nyſa oppid.* Hydaſpei, *ab Hydaſpe fluuio.*

INFERNVS. Inferus inſatiabiliter caua guttura pandens, *Fortun. dicitur enim Hebræus ab hiando.* Auernus, Tartarus, Erebus, Styx, palus Stygia, Phlegethon, Lethe, Orcus, Orcea charybdis, Acheron, Cerberus, Manes, regna profunda.

INFERNVS *adiectiuum.* Cocytius, Acheruſius, Phlegethonteus, Stygius, Acheronteus, Orcius, Infernalis; *quibus ſi addis,* lacus, fluuius, amnis palus, *æquum ale bũt prioribꝰ.*

INO. Cadmeia proles, Bacchi nutrix.

IO. Argolica pellex, *Ouid.* Graia Ioui iuuenca.

IOANNES. Baptiſta. Zachariides, *à patre.*

IONATHAS. Saulides, *à patre Saule.*

IOSVE Ioſua. Nunides, *à Nuno patre.*

IPHIGENIA. Mycenis, virgo Pelopeïa. Puella Agamemnonia, Iphianaſſa, *Lucret.*

ISAAC. Iſaacus, *vel* Iſacus, *Vid.* Abrahamides *à patre.* Sarraides, *à matre.* Thariade natus.

ISAIAS. Amoſides, *ab Amoſo patre.*

ISMAELITAE. Agareni, Agaridæ, *ab Agare ancilla Abrahami.* Iſmaele ſati. Madianitæ & Madiane ſati. Saraceni *hodie.*

ITALIA. Heſperia maior, *ab Heſpero Atlantis fratre.* Oenotria, *ab Oenotro rege Sabinorum.* Latium, *quod ibidem*

Saturnus

Saturnus latuerit, arma Iouis fugiens, & regnis exul ademtis. Saturnia. terra Ausonis, & Ausonia, *ab Ausone Vlyssis filio.* Teria Italis, & Itala, *Ouid.* Ausonium solum. Romana Romula tellus. Terrarum alumna.

ITALI. Italidæ, italici, Laurini, Laurentes, Laurenti, Laurentij. Tyrrheni. Latiales, Latij. Ausones, Ausonij, Ausonidæ.

IVDAEA. Palæstina, Israel, Isacidum domus, Chananæa, terra sancta.

IVDAEI. Iudaici, Ebræi, apellæ, gens recurita. Palæstini. Thamadæ, Isacidæ, Sataidæ, Iacobidæ, Israel, Israele sati, Israelitici, Ephramidæ. De quicunque tua sunt Iacobe domo.

IVDITH. Iuditha. Meraris, *à Merare patre.*

IVLIVS. *Signum habet Leonem, quod ista Virg.* Leo terribilis Nemees. Herculeusque leo Nemeæ pauor. Terribilis feræ species. fera primus labor Herculis.

IVNIVS. Iuuenum *vel* Iunonis mensis. *eius est Cancer aquatile signum.* Pressus ab Hercule cancer. Feruida brachia cancri. Cancri gemmantis imago. Cancri rotundus ignis. Nepa torrida flammis. Cancri figura calentis. Cancer sole perustus.

IVNO. Lucina, pronuba, coniuga, sorigena. Iouis & soror & coniux. Hera.

IVPITER. Diespiter, *quasi dies pater.* Ægiochus, *quia à capra nutritus.* diuûm atque hominum rex. Chaonius pater *ab Epiro vel Dodona est.* Dictæus rex, *à Dicte Cretæ insula, vbi natus est.* Tonans panomphæus Agenoreus iuuencus, *à rapta Europa Agenoris filia.* Ammon, *à Libycis Syrtibus, Prud.*

IVSTITIA. Virgo quæ bilance cuncta regens moderatur æquo. Astræa.

IVVENALIS. Aquinas vates *ab Aquino patria.*

L.

LACEDAEMON. Sparta, Spartæ.

LACEDAEMONII. Lacedæmones, Tyndaridæ, *à Tyndaro rege*. Oebaliæ, Spartæ, Spartani, Spartiaci, Spartiatæ.

LACONIA. Oebalia, Tænaris, *à Tænaro promontorio*.

LACONES. Laconici, Oebalij. Therapnæi, *a Therapnis urbe*. Tænarij, Tænaridæ.

LAODAMIA. coniux Philacëia.

LATINVS. Faunigena, *filius Fauni*. Ausonius senex.

LATONA. Titanis, *à Cœo patre*. gemellipara.

LEANDER. iuuenis Abydenus, Phryxei contemtor ephebus æquoris.

LEODII. Eburones, *quasi* Heiburen, *Hub*. Centrones (*nonnullis* Centron.)

LEVCADIA. Neritis.

LIBYA. Libye, terra Libyssa.

LIBYCI. Libyssini, Marmarici, *à Marmarica Africa*. Nasamonij, *&* Natamoniaci, *a Nasamonitis Libyæ*.

LIGVRES. Ligustici, Genuenses, Ligustij.

LIGVRIA. olim Ligustica.

LIMOSII. Limouices.

LIPARA. Longonis *olim*. *&* Meligunis.

LIVIVS. Antenorides, *à patria, cuius Antenor est auctor*.

LOCRI. Locrij, Locrenses, Locridis populi, Hesperij, Ozolæ.

LONGOBARDI. Insubres.

LOT. Lotus, Haranides, *à patre Harane*.

LOVANIVM. Studij, Diligenæ. Vibs quam curuus haua Dilus inundat aqua.

LVCANI. Tanagrei, *a Tanagro fluuio*.

LVCANVS. vates Annæus, *à patre*. Infestas qui Cæsaris

Cæſaris intonat iras, Et deflet Magni colla reſecta ſui, *Secund.*

LVCIFER. Veneris ſtella, Phoſphorus, Cythereius ignis, Paphium aſtrum, Nuncius auroræ, Admonitor operum.

LVCILIVS. Aruncæ alumnus. Vates Aruncanus, *à patria.*

LVNA. Cynthia, Latonia, Phœbe, Latois, Gubernatrix tenebrarum, *&* mobilis vndæ, *Mant.* Cornigera Dea. Cornua Lunæ. Equi Lunæ, *ſeu* cornipedes, *ſeu* quadrigæ.

LVTETIA. Pariſij, Sequanæ accolæ, Leucotetia *quibuſdam, aliis* Λευκότεκα. *De quo illud aliquando luſimus:*

Vrbs quòd es ampla, tibi cedant quòd & inclyta regna,
Me niſi mens fallit, nomen habes geminum.
Scilicet illuſtri quia fama es cognita paſſim,
Tecta quòd exæques calce coacta polo;
Certaque Pegaſidum ſis lecta ab Apolline ſedes,
Aſtræaque ſacer, Mercurioque locus;
Λευκετίαν Graio dicunt te nomine: candor
Lucet enim, radio Solis & inſtar agit.
Vnde ſed in Latio nomen tibi fluxerit orbe,
Hæreo, nec quiſquam dicere certa poteſt.
At tamen ore ruit quoties pluuio Auſter, agitque
Cœnoſa anguſtis flumina tramitibus:
Obſcenas ego per ſordes, madido pede reptans,
Te iuro à turpi nomen habere luto.

LVXENBVRGVM. Auguſta Veromanduorum.

LYCII. Pataræi, *à Patara vrbe Lyciæ.*

LYDIA. Tyrrhenia, Mæonia.

LYDI. Lydij, Mæonij, Mæones, Mæonidæ, Mæonia. Gygei, Cræſij, *à Gyge & Cræſo regibus Lydiæ.*

M.

MACAREVS, Æolides, *à patre Æolo.*

MACEDONES. Pallenæi, *à Pallene oppid. quod olim Phlegra.* Maceræ, Pæones, *a Paonia regione.*

MACEDONIA. Æmathia, Pæonia.

MAENADES. *vide* BACCHAE.

MAIA. Atlantis, *à patre Atlante.* Sata Pleione. Atlantias, & Atlantiaca mater.

MAIVS. De Maia qui nomen habet. *Signum eius Gemini.* Fratres gemini pares, Sidus geminum, Tyndaridæ fratres. Zethus & Amphion, Ledæ soboles. Duplex proles Iouis.

MANTO. Sata Tiresia, Phœbea virgo, & virago Thebana, & Ogygia, *ab Oegyge rege Thebarum.*

MANTVA. Vrbs Tiresia, *Mantuan.* Vibs Bianoris, *Virg.* magni Maronis alt mna.

MANTVANI. Mantoi, *a Manto Tiresiæ filia.* Bianorei, & Bianoridæ, *à Bianore Mantuæ filio, qui alitèr vocatus* Ocnus *est, unde* Ocnei, Minciadæ, & Mincigenæ, *à Mincio fluuio.*

MARDOCHAEVS. Edessæ patruus, Iudæus, *ab Iemo pat.*

MARIA. Dei genitrix, Iessæa proles, Virgo puerpera. Nympha Palæstina, *Mant.* Deipara. Stella maris, *ratione etymi Hebraici.*

MARS. Mauors, bellator Deus, pater Quirinus, Gradiuus, Marspiter, *quasi belli pater.* Sithonius dux.

MARSI. Celenæi.

MARTIVS. *signum ipsius aries.* Portitor Helles. Corniger astrorum ductor. Nubigenûm iuuenum vector. Cornigeri ductor gregis. Ouium sator. Dux gregis.

MEDEA. Colchis, *à patria.* Æetias, *à patre Æeta.* Phasis, & Phasias, *à Phasi fluuio.* Æetis.

MEDIO-

MEDIOLANII. Mediolanenſes, Inſubres. Condita Gallis Mœnia, lanigeræ ſuis oſtentantia pellem. *Claud.* Vibs quæ lanigero de ſue nomẽ habet, *Sil. In foſſis enim, dum excauarentur principium, inuenta fuit dimidiatum lanata.*

MEDVSA. Phorcynis, & Phorcys, *à patre Phorceo.* Gorgon, anguicomo capite puella, Saxifica.

MEGARENSES. Megarici, Lelegij.

MELEAGER. Calydone ſatus, Calydonius, *à patria* Oenides, *à patre.* Theſtiades, *à Theſtio auo materno.*

MENELAVS. Atrides, *à patre Atreo.* Tantalides, *ab auo.* Dolicus hoſpes, *Sidon.* Helenæ maritus.

MERCVRIVS. Hermes, Cyllenia proles, Maia genitus, nepos Atlantis, Atlantiades. caduciſer, interpres deorum. *vide ſuprà Epithet.*

MESSANA Zancle, *à falce.*

MESSENII. Pylij.

METENSES. Mediomatrices, *vrbs ipſa* Metis, & Diuodurum.

MILETVS. Lelegeis, Phitiuſa, Anactoria, *Plin.*

MINERVA. Pallas, Athena, Diua, armipotens, Phrygia, Tritonis. mater Athenæa, *Mant.* cerebro nata Iouis, Filia Tonantis.

MINOS. Gortynius heros, dux Europæus, iudex Agenoreus. Gnoſius, & Gnoſiacus rex.

MINOTAVRVS. Monſtrum Gnoſium, taurus Labyrintheus, *Calent.* ſemiuir bos, & ſemibos vir, *Ouid.*

MOGONTIA. Magoncia. Cui Magus atque Ciæ torrens coniuncta dedere Nomina.

MOLOSSI. Epirotici, Chaonij Leucadij.

MOMPESSVLVM. Mons peſſulanus; Agathopolis, Nitiobriges, Volcæ.

MOSCHI. Moſchouitæ. Hamaxobij, *à plauſtris quæ illis ædium loco erant.* Sarmatæ.

MOSES. Moyſes. Amramides, *à patre Amrame.* legifer ſanctus.

MVSAE. Camenæ, Heliconides, Pierides, Nymphæ, Deæ, Diuæ comites, ſorores Hyanthiæ, *&c.* chorus, cœtus Aganippidum. Heliconis alumnæ Theſpiades, Hippocreniſatæ, turba nouena.

MYSII. Theutiantij; *&* Theutrantæi.

N.

NARBONA. Martius Narbo.

NASAMONES. Naſamonij, Naſamoniaci.

NAXVS. Dia, *Catul.* Dionyſias, *à vitium fertilitate.*

NEAPOLIS. Parthenope, tellus Eubois, *Sil.* vrbs Sirenis, *Fab.*

NEAPOLITANI. Parthenopæi.

NEMESIS. Adraſtea, *ab Adraſto rege, qui primus ei templum ſtatuit.* Rhamnuſia, *à Rhamnunte Atticæ pago, vbi illius ſtatua.* Dea vindex.

NEPTVNVS. Ennoſigæus, Terriquaſſo, *Gel.* Saturnus domitor maris. Potens Deus maris Arbiter pelagi.

NESTOR. Pylius ſenex, ſenex ter æuo functus, *Hor.* Neleius, Nelides, *à patre Neleo.* triſeclisenex.

NICIA. Nicæa, *olim* Antigonia, *&* Ancore.

NILVS. Melo *prius, & ſecundũ quoſdam* Gæon *ſeu* Gion.

NIOBE. Tantalis, *à Tãtalo patre.* genitrix Sipyleïa *Stat.*

NISVS. Hyrtacides, *à patre Hyrtaco.*

NOE. Noa. Lamachides *ſeu* Lamechides, *à patre Lamecho ſiue Lamacho.* capſæ fabricator acerrę. vitiſator pater.

NORMANI. Neuſtrij, Neuſtrici, Rothomagici.

NORMANIA. Neuſtria.

NOVEMBRI *pro ſigno eſt* Sagittarius. Cheiron, arcu potens, ſagittiferi facies ſenis. Centaurus arcum tendens, *Virg.* Sagitta, *Prud.* arcitenens, *Cic.*

O.

OCCIDENTALES. Occidui. Tarteſſij, *à Tarteſſo oppido Gadibus propinquo*: Tarteſſiaci, Heſperij, Zephyri domus.

OCTOBRIS *ſignum eſt* Scorpius, Cauda animal quod diuigit ictum, chelæ minaces, cauda timendus adunca, cauda venenifer vnca, *Virg.*

ODERA. Viadus. Viader. Guradus. Neuſſius amnis.

OMPHALE. Mæonis, Lyda puella, Lydia coniux.

OPHNI, *&* PHINEES. Helidæ, *à patre Heli.*

ORESTES. Agamemnone natus. Matricida pius. Agamemnonides.

ORIENTALES. Eoi. Auroræ populi: Memnonij, *à Memnone Auroræ filio.* Nabathæi, *à Nabathæa regione.* Auroræ radius iuga ſubdita matutinis. Euri populus. qua Titan ortu terras aſpergit Eoo.

OSTIA. vrbs Anci, *Fab.*

OVIDIVS. Naſo, poëta Sulmonenſis, iuuenis Pelignus, Pelignæ gloria gentis.

P.

PADVA. Patauium.

PADVS. Eridanus, Phaëthontius amnis.

PADVSA. Meſſanicus, Bodincus.

PAESTVM. Polidonia

PALAMEDES. Naupliades, *à patre Nauplio rege Eubœæ.* Belides.

PALAEMON. Melicerta. Athamantiades, *à patre Athamante.* Portunus.

PALATINI. Intuergi.

PAPIA. Ticinum.

PARADISVS. Elyſium, horti Elyſij, Nemus amœ-

amœnum, *Vict.*

PARCAE. Deæ fatalia nẽtes ſtamina, Deæ fatales, Fata, Lanificæ ſorores.

PARIS. Alexander, Phrygius paſtor, Priameius hoſpes Troicus raptor, Arbitei Idæus.

PARNASVS. Iugum bicorne bifidus mons.

PARTHI. Parthici, Achæmenij, Achæmenidæ, *ab Achamene rege.*, Arſacidæ, *ab Arſace rege primo.*

PASIPHAE. Filia Solis, Gnoſia mœcha.

PATAVIVM. Phrygia triplici circundata muro tecta, *Fab.* Vrbs Antenoris.

PATROCLVS. Actorides, Menœtiades.

PAVLVS. Doctor Apoſtolus, *Prud.* Diuinæ buccina legis. Tarſides, Saulus, Gentium doctor.

PELLA. Bunomus. Bunoma.

PELEVS. Rex Phthius, Æmonius.

PELOPONESVS Apia, Pelaſgia, arx Helladis.

PELOPS. Tantalides, Phrygius maritus. *Tantalus enim rex Phrygũ.* Maritus Hippodamiæ, gener Oenomai.

PENELOPE. Icarius, Icariotis, *à patre Icaro.*

PENTHEVS. Echionides, *ab Echione patre.*

PERSAE. Perſici, Gazetici, Achæmenij, Achæmenides, Arſacidæ. *vide* PARTHI.

PERSEVS. Danaca propago, Danaeïus heros, Stenobeius, Abantius, Inachides, Acriſioniades, *ab auo.* Meduſæ victor.

PERSIS. Perſia, Perſidos oia.

PETRVS. Senex clauiger, cathedram poſſidens, *Prud.* chori duodeni primus.

PHAEDRA. Paſiphaeſa, *à matre Paſiphaë.* Creſſa puella, nouerca Gnoſia.

PHAETHON. Sole ſatus, proles Clymeneïa, Clymenes puer.

PHAE-

PHAETHONTIADES. Clymeneïdes. populeæ sorores, *quod in eam conuersæ fingantur.* Hellades.

PHALARIS. Siculus tyrannus.

PHILOMELA Daulias ales, *a Daulia Phocidis, quæ Terei olim fuit.* Pandione nata, Pandionia. Ædonis, *a monte Thraciæ Ædone.* Ismaria *ab Ismaro monte.* Attica pellex.

PHOCAEI. Phocēses, Phocaici. Cyrrhæi, Castalij.

PHOEBVS. *vide* APOLLO.

PHOENIX. Alumnus Phœbi, auis Solis, Tiranius ales. Cangeticus, Assyrius volucris.

PHOENICES. Pygmalionæi, Agenoridæ.

PHYLLIS. Sithonis, *id est*, Thracia.

PICTAVI, Pictones. Augustoritum.

PINDARVS. Cygnus. Dircæus, *Horat.*

PIRITHOVS. Ixionides, Ixione natus, Trœzenius heros.

PISAE Vrbs Tantalidæ Pelopis.

PITTACVS. Lesbius sophista, Mitylenæus, *secundū alios.*

PLANETAE. Errones, erratica sidera.

PLEIADES, *vel* PLEÏADES *tetrasyl. prima long. vel* Pliades *prima bre. Stat.* Vergiliæ, Atlātides, Atlanteæ.

PLVTO Dis, Saturnius dux. rex Vmbrarū, Erebi, nocturnus Orcus Lethæus tyrannus. Gener Cereris, *Iuuenal.*

POLLVX. Tyndarides, *à patre Tyndaro.* Oebalides.

POLONI. Sarmatæ.

PORTVGALLIA. Lusitania.

POLYMNESTOR. Rex Thracius, Odrysius, Ismarius rex. Perfidus interfector Polydori.

POLYNICES. Oedipodionides, iuuenis, heros. frater Thebanus, Echionius, Cadmeius.

POLYPHEMVS. Ennæus cyclops, Siculus, Ætnææ Neptunius incola rupis.

POLYXENA. Priameïa virgo.

PRIAMVS. Dardanius senex, Laomedontiades.

PRIAPVS. Lampſacides, Lampſacenus, *à Lampſaco Helleſponti.* Helleſpontiacus deus.

PROGNE Daulias, Rhodopeia coniux, Attica pellex, Cecropis ales, Pandioniа volucris, *à patre Pandione.*

PROMETHEVS. Iapeto ſatus, Iapetionides.

PROPERTIVS. Vmber vates, Latius, Romanus Callimachus.

PROSERPINA. Ennæa, *ab Enna oppid. Siciliæ:* Stygia Iuno, *Stat.* regina Erebi, Diua triformis, tergemina Hecate, coniux Phlegethontea, Plutonia, *&c.*

PROTESILAVS. Æmonius coniux, Philacides, qui Troiæ victima prima fuit, *Auſon.*

PROTEVS. Æquoreus ſenex, vates Carpathius, Vertumnus.

PRVSSIA. Prutenia, Boruſſia *olim.*

PRVTENI. Bructeri, Boruſſi, Gothi.

PYLADES, Strophio natus, iuuenis Phocæus, Æmonius, ſodalis Oreſtis.

PYRAGMON. Æmonides, ſocius Brontis.

PYRRHA. Epimethis, *à patre Epimethio.* Titania.

PYRRHVS. Neoptolemus. Achillides, *à patre Achille.* Æacides. iuuenis Scyrius, Pelaſgus.

PYTHAGORAS. Samius ſenex. Celeber Samiæ telluris alumnus. Panthoides, *id eſt, Euphorbus Panthoi filius. eum fuiſſe enim ſe aliquando, auctor τῆς μετεμψυχώσεως aiebat.*

R.

RACHEL & LIA. Labanides, *à patre Labane.* Nachorides, *ab auo Nachore.*

REMVS. Martigena, *à patre Marte.* Iliades, *ab Ilia matre.*

RHADAMANTHVS. immitis Phryx, Agenoridæs, *ab auo materno.*

RHAGV-

RHAGVSIVM. Epidaurus.

RHENVS. Teutonis amnis.

RHESVS, Odryſius dux, Thrax, Strymonius.

RHODOS. Solis inſula. Ophiuſa, *a ſerpentum multitudine.* Æthræa, Stachia, Telchin.

ROMA. vrbs Romulea. Vibs domina gentibus, Auſonia. Vibs. Valentia *ſeu ῥώμη.* Septimontium. Vrbs miſero non habitanda Remo, *Tibul.* Vibs terris fatalis regendis, *Idem.*

ROMANI. Romulei, Romuli, Romulidæ, Æneadæ, Iulei, Iuuales, Quirites Romuli nepotes, gens togata, Dardanij, rerum domini.

ROMVLVS. Iliades, Martigena, Quirinus, Rex Romanus, Romanæ conditor vrbis.

RVBRVM MARE. Erythræum, ſinus Arabicus.

RVSSIA Ruthenia.

S.

SABAVDI. Allobroges. Pedemontani, *Strab.* Rhodanei, *à Rhodano fluuio.*

SABINI. Sabelli, Sabellici, Samnites, Aborigines.

SAGONA. Aiar.

SALAMIN. Salamis, Salamina. *Vnde* Salaminij, Salaminiaci.

SALMONEVS. Æolides, *ab Æolo quodam patre.*

SALOMON. Dauidides, *à patre.* Ieſſe nepos, Rex ſapiẽs.

SAMOS. Iunonia, Parthenia inſula.

SAMOTHRACIA. Thracia, Dardania, Leucoſia.

SAMSON. Simſon. Manoides, *a Manoa patre.* Zargites, *a patria.*

SAMVEL. Helcanides, *ab Helcana patre.* Ieromidæ natus, *Fab.*

SARDI. Sardoi, Sardinij, Sardinienſes.

SARDI.

SARDINIA. Ichnusa. Sandaliotes, *ab effigie soleæ.*

SARMATAE. Sauromatæ, Hippomolgi, Hamaxobitæ. *hodie* Poloni. Tartari, Lituani, Prussi.

SATVRNVS. Leucadius, *à Leucade Cypri, vbi colebatur.* Falcifer, falce potens Deus. Sterculius, *quia agricola.*

SAVL. Ciffides, *à Ciſſo patre.* Saulus.

SAXONES. Cimbri.

SCORPIO. Scorpius, nepa, nepes, octopes.

SCYLLA. Phorcys, *à Phorco patre.* Nereia virgo, *Pel.*

SCYLLA Nisi filia, Niseia virgo.

SCYTHAE. Scythici, Riphæi, *à montibus eo nomine.* Mæotij, *&* Mæotici *à Mæotide pal.* Tanaitici, *à Tanai flu.* Bosporani, *à Bosporo Thrac.* Borysthenidę, *a Borysthene flu.* Thermodõtei, *&* Thermodontiaci, Sacæ. Arimei, *Plin.*

SCYTHIA. Mæotis ora.

SEMELE. Cadmeis, *à patre Cadmo.*

SEMIRAMIS. Babylonia regina, virago.

SEPTEMBRIS *signum* Libra. Trutina, æquale iugum, *seu* momentum. Lanx.

SEPTENTRIO. Regio septem subiecta trioni. Lycaonia, Arctos, pigro tellus subiecta Bootæ.

SIBYLLA. vates Grynęa. Amphrysia virgo, Delphica.

SICILIA. Sicania, Trinacria, Trinacris ora, Triquetris, Sicelis ora. Pulsaq. Sicanio Trinacris ora mari.

SICVLI. Sicani, Sicanij. Lilybæi, *à promont.* Ennæi, *ab Enna oppid.* Liparæi, Liparenses, *à Liparæ insula.* Tauromenitani, *à monte Tauromenio.* Arethusij, Arethusæi, *ab Arethusa fonte.* Agathoclæi, *ob Agathocle rege.* Æolij. Drepanitani, *à Drepano promontorio.* Catinenses, *a Catina vrbe.*

SIRENES. Acheloïdes, Acheloïades, *à patre.* Tyrrhenæ, Siculæ volucres.

SISYPHVS. Æolides, *à patre Æolo.*

SOCRATES. Anyti reus, Actæus senex.

SOL.

SOL. Mithra. Phœbus, Phœbeius orbis, Titan, Phanes, oculus mundi, Horus, Helius, Hyperione ſatus.

SPIRA. Mons pyti, *vel* ad pyrum, *ab arbore ibi olim ſacra, Herold* Neomagus, Nemetes. Cæſareis ſedes fuit illa cohortibus olim, *Sab.* Vangiones, *Pirck.*

STATIVS. Vates Parthenopæus.

SVISERI. Heluetij.

SVSANNA. Helchitis, *à patre.*

SYMPLEGADES. Cyaneæ.

SYRACVSANI. Syracuſij, Arethuſidæ, *ab Arethuſa fonte.*

SYRIA. Palæſtina, Iudæa, Phœnicia.

SYRTES. Sinus Parætonij, Libyci.

T.

TANTALVS. Pelopis infidus pater, *Hor.* Phrygius ſenex, *Sen.* Conuiua deorum.

TARTARI. Nomades.

TARTESSVS. Carteia.

TAVRVS *mons.* Imaus, Edigis, Paropaniſus, Circius, Cambades, Pharphariades, Choatras, Oreges, Oroandes, Niphates, *Plin.*

TELEPHVS. Dux Myſus, Lyrneſſius heros, *Ouid.*

TEMPSA. Temeſe.

TERENTIVS. Menander dimidiatus, comicus Afer.

TEREVS. Rex Biſtonius, Odryſius, tyrannus Iſmarius. Martigena, *à patre.*

TETHYS, *auia Thetidu.* Oceanica coniux. *Pruna longæ eſt.*

THALES Mileſius ſenex.

THEBE. Theba, Thebæ, hecatompolis. *vide Epithet.*

THEBANI Thebæi. Echionei, Echionidæ, *ab Echione Cadmi ſocio.* Hyantij, & Hyantæi. Iſmeni, Iſmenidæ, *ab Iſmeno fluuio.* Leuchei, *a Leucho Athamantis filio,*

a quo

à quo Athamantei. Cadmei, *à Cadmo conditore.* Labdacij, & Labdacidæ, *à Labdaco rege, patre Lay.* Ogygij, Ogygidæ, *ab Ogyge rege.* Teumesij, *a Teumesso Bœotiæ monte.* Eriphylei, *ab Eriphyle Amphiarai uxore.* Oedipodionij, Oedipodionidæ *ab Oedipo Lay filio.* Megaræi, *a Megara Creontis filia.* Agenoridæ, *ab Agenore patre Cadmi.* Anguigenæ, *seu* Draconigenæ, Ophionij, *a dentibus serpentinis a Cadmo satis.* Amphionij, *ab Amphione.*

THEMISTOCLES. Neoclides, *à Neocli patre.*

THESEVS. Ægides, *ab Ægeo patre.* Trœzenius heros, *à patria Trœzene.* Neptunius, *à Neptuno patre secundum Plutarc.*

THESSALIA. Æmonia, Pharsalia, Emathia, Thessalis ora, Dryopis, Macedonia. Pyrrhæa, *à Pyrrha uxore Deucalionis.* campi Philippici.

THESSALI. Thessalici, Thessalidæ, Iolchiaci, *ab urbe Iolcho.* Melibæi, Melibenses, *a Melibœa oppid.* Pagasæi, *a Pagasa oppid.* Atiacij, Atiacidæ, *ab Atiacio, qui magicas artes primus docuit.* Peneij, *à Peneo fluuio.* Lapitheij, Lapithonij *a Lapithis pop.* Pelethronij, *a pop. eiusdem nominis.* Peliaci, *a Pelio monte.* Pheræi, *à Pheru oppid.* Amphrysiaci, *ab Amphrysō fluuio.* Pharsalij, Pharsalici, *à Pharsalo oppid.* Hæmonij, Hæmonidæ, *ab Hæmo monte.* Magnetes, Magnesij: *in fem. gen.* Magnessæ & Magnesides, *a Magnesia oppid.* Lariſſæi, *à Lariſſa oppid.* Centaurei, *à Centauris.* Ossæi, *ab Ossa monte.* Pholoetici, *à Pholoë monte Centaurorum domo.* Æmathij, Philippei, *a Philippis campis.*

THETIS *prima breuis.* Pulcherrima Neptunine, *a patre Neptuno, Catul.* Nereis, Nerine, *a Nereo patre secundū alios.*

THRACIA. Thrace, Bistonia, Bistonis, Scythonis ora, terra Ædonis, *ab Ædone monte.*

THRACES. Thracij, Thraci. Mantini, *à Mantinis pop.* Ismarij, *ab Ismaro monte.* Odrisij, *à pop. eiusdem nominis.* Rhodopei,

Rhodopei, *à Rhodope monte.* Abderitani, *ab Abdera oppid.* Biſtones, Biſtonij, Biſtonidæ, *a Biſtone fluuio.* Oeagrij, *ab Oeagro flu.* Ædoni, *ab Ædone monte.* Boſporani, *à Boſporo oſtio.* Boryſthenidæ, *à Boryſthene fluuio.*

THYBRIS. *Poëtæ ita: Oratores & recentiores* Tiberis, Tiber. Albula *olim.* Tiberinus.

THYESTES. Tantalides, *ab auo.*

TIRESIAS. Vates Dircæus, Thebanus, cæcus.

TISIPHONE Noctis alumna.

TITHONVS. Senex Mygdonius.

TITYVS. Alumnus terræ.

TORNACVM. Neruij.

TRAIECTVM *ad Moſam, aliu* Traiectum inferius. *olim* Velburgum, *Rhen.* Aduatici, *&* Antuacum, *Pirck.* Condruſij, *Iuc.* Bethaſij, *vel potius* Bechaſij.

TROADES. Iliades, Teucrides, Dardanides, Troianæ.

TROIA. Teucria, Ilion, Ilios, Dardania, Pergamus. Commune ſepulcrum Europæ, Aſiæque, *Catull.*

TROIANI. Troës, Troici, Troiugenæ, Erichthonij, Dardanij, Dardani, Dardanidæ. Teucri, Teucrigenæ. Laomedontei, Laomedontiadæ. Anchiſæi, Anchiſiadæ. Priamei, Priamidæ. Hectorei, Hectoridæ. *à regibus Erichthonio, Dardano, Teucro, Laomedonte, Anchiſa, Priamo, Hectore.* Idæi, *ab Ida monte.* Ilij, Iliaci, Iliadæ, *ab Ilio oppid.* Phryges, Phrygij, Rhœtæi, *à promontorio Troiæ.* Sigei. Pergamei.

TVNETVM. Tuniſium.

TVNITANI. Afri.

TVRCAE. Turcigenæ, Mahometigenæ, Othomanigenæ. Getæ. Parthi. Thraces. Scythæ. Saraceni. Tomitæ. Dalmatæ, *Sab. trobo vtens.*

TVSCI. Etruſci, Tyrrheni.

TVSCVLVM. Mœnia Telegoni, fama celebrata

Catonum, *Feb.*

TYDEVS. Oenides, Oeneius, *ab Oeneo patre Ætolia rege.* Acheloius heros.

V.

VENETIAE Heneti, Veneti, Euganei, vrbs Antenoris, vrbs aquæa, Paphlagones *prius dicti.* Adriacus leo. Adriaci regnatrix inclyta ponti.

VENVS. Aphrodite, Amathusia Amathuntis & Amathuntia, *ab Amathunte insula.* Cytheris, Cytherei, Cytherea, Cytherea, *a Cythera oppid.* Cypris, Cypria, Cyprigena, *à Cypro patria* Idalia, Idalis, Idalij regina, *à monte Cypri Idalo* Paphia, diua Paphi, *a Papho oppido Cypri.* Acidalia, *ab Acidalio fonte Boeotiæ.* Dione, Dionæa, *à matre.* genitrix Æneia Æneadum. Dea spumigena, diua salo. Gnidia dea, quæ dulcè cunis misceat amaritiè, *Catul.*

VESPERVS. Vesper, Vesperugo, Hesperus, nuncius, index noctis. dux noctis Hesperugo.

VIRGILIVS. Andinus vates, Andius, Andæus, *ab Andibus pago, vbi natus est.* Latialis Homerus. *Fausti* Mincius, Mincigena, *à fluuio Mant.*

VITEBERGA. Leucoris, Leucorea.

VLTRAIECTVM. Traiectū superius. Vltricetum, *Hub.*

VLYSBONA. Vlyssibona, Olyssippo, Lisbona, Vlyssea, *à conditore.*

VLYSSES. Laertiades, Laërtia proles, *à patre Laërte.* dux Naritius, *à Nerito insula.* Dulichius, Ithacus, Ithacensis.

VVLCANVS. Mulciber, Lemnius, *à Lemno insula.* Iunonigena, *à matre.* faber Ætnæus, loripes deus.

WESTPHALIA, *qua ad Rhenum vergit.* Vsipetes, & Tenchtherei.

WORMATIA. Specula Vangionum, *Hercll.* Vangiones, Nemetes, *mota Punk.*

Auctor

Auctor Lectori.

IN AVGENDA atque locupletanda hac farragine, non hoc nobis consilium fuit, accuratum aliquid & absolutum in medium afferre, id enim non nisi ab eo effici queat, qui & multo otio abundet, & variis multisque lectionibus observationibusque sit instructus, sed vel ea re consulturos nos multum puerorum studiis existimabamus, si confusè & perturbatè ab aliis collecta in ordinem iustum digererem, atque commonstrarem pluribus vulgationibusque exemplis ampliorem propria omnia periphrastice efferendi rationem. de quo & nunc quoque antequam finem faciam, aliquid addere visum est.

PROPRIA nomina, quorum in versibus faciendis præcipuus est vsus, videntur non incommodè ad duo membra posse reuocari; personas nimirũ, & loca.

LOCA quidem, vt regiones, populi vrbes, præterquam quòd vna cum temporum vicissitudinibus sua etiam nomina aliter atque aliter commutarint, elegantissimas recipiunt circuitiones petitas, I. vel à suis auctoribus, conditoribus, regibúsve: qui ibidem multum inclaruerunt: vt *vrbs Cadmea*, Thebæ; *vrbs Semeia*, Ierusalem; *veteri gens nata Brabone*, Brabanti: II. vel à rebus ibi insigniter & magna cum laude gestis, aut alioqui re egregiè celebri, ibique asseruata; vt, Grauelinga, *vrbi,*

Quam prope Gallorum distinctus sanguine Colmo
Obstupuit tantus belli te, Egmonde, periclus
Defungi potuisse. Zacynthos; *Insula sepulti*
Ciceronis custos; &
Insula, quæ, procul à patria, pia iura sepulcri
Vesilio exsoluit, dum Solyma vrbe redit.

III. vel à fluuiis cãdẽ fluentibus, aut montibus vicinis. Ieiosa.

Ieroſolyma; *tecta Sionæo vertice clara*: Colchis; *Phaſidos fluctus, & fines Æetæ*: Gandauum;

Vrbs, quam cum rapido Liuia Scalde ſecant.

IV. vel à diuis ibidem cultis, aut propriis inter ſignibus. Granatenſe regnum in Hiſpania;

Et regnum, curuo clypei quod pingit in ære
Corticibus plenis punica mala nouem.

SIC, *lilia* pro Gallorum regno, non inelegantèr quidam ſuo loco vſurparunt: exſtatque Sabini iucundiſſima de Gallo ad Ticinum capto ecloga, in qua huiuſmodi periphraſes ſemel atque iterum vſurpatæ plurimum addunt argumento venuſtatis. Quin & familiæ magnorum principum vix alia vlla ratione notari poſſunt. vnde idem duces Wirtembergenſem & Megelburgenſem ita depingit:

Qui duo cum gemino cornua piſce gerit:
Atque ducem, nigri qui bouis ora gerit.

V. vel denique à parte, vrbe nimirũ, monte, aut fluuio toti appellationem, populo nempe vel regioni tribuimus. atque hoc nihil frequentius in exemplis ſuprà productis. Quò etiam referendum, cùm veteri populorum nomine regiones noua appellatione inſignitas intelligi volumus, aut contrà. vide ſup. exemplum, TVRCAE.

PORRO hæc ſynonymiæ capita, cùm inſigne adiumentum afferant iis qui ſcribendis hiſtoriis occupantur, tum in primis illi neceſſaria ſunt, qui hodoporicon itineris alicuius verſibus exſequi cupit.

PERSONARVM periphraſes ferè mutuamur ex relationum & reſpectuum categoria, cornu copiæ ita vbere, vt inde ſolummodo adiuti idem nomen aliter atque aliter exprimere nullo negotio poſſimus. Verbi gratia, Achilles; Dauid, ab auo, *Æacides*, *Obedides*. à patre,

patre, *Pelides*, *Iſaides*. à patria, *Phthius*, *Lariſſæus heres*; *Bethlehemiticus*. à magiſtro, *Phillyrida diſcipulus*, *in regem paſtor vnctus ab Helcanida*. à populo, *dux Myrmidonum*, *rex Iſraëliticus*. à victoriis, *Hectoris occiſor*, *Troiæ populator*; *puer vrſi & leonis*, *Goliathis & Ammonitarum*, *Philiſthinorum*, *Moabitarum*, *&c. domitor*. à celebritate, & fortitudine, *decus & tutela Pelaſgi nominis*; *caput inſuperabile bello*. Item *hoſpes Lycomedis*, *amicus Patrocli*, *amator Briſeïdis*, *ſponſus Polyxenæ*, *amulus Agamemnonis*, *medicus Telephi*: ſic Dauid *paſtor*, *citharœdus pſaltes regius*, *armiger Saulis*, *amicus Sauli-dæ*, *medicus Saulis*, *rex à proprio filio tantumnon regno eiectus*, *quique adulterio ſuo bonam populi ſui partem in periculum adduxit*. Mutuamur tamen etiam perſonarum circuitiones ex qualitatum & actionum ſeu rerum geſtarum ordine, ſed rarius. Virgilius, *Mæonides Latinus*. IESVS, *verus Ioſua ſeu populi ſoſpitator*. Homerus, *Troiani belli ſcriptor*. Helena, *Troiæ & patriæ communis Erinnys*.

MENSES elegantiſſimè per ſua ſigna notari ſuprà diximus ſuo loco, heic verò notandi phraſin ipſam ex optimis auctoribus oſtendemus.

Martius.

Impoſitámque ſibi qui non bene pertulit Hellen,
Tempora nocturnus æqua diurna facit

Item:

De duce lanigeri pecoris, qui perdidit Hellen,
Sol abit.

Aprilis.

Solque recenſebat ſinuoſi cornua Tauri,
Et ſpatium lucis longior hora dabat.

Item:

Nunc Phœbus Taurum ſtimulans vicinior orbi
Noſtris vnifice cuncta calore fouet.

Maius.

In Geminos ex quo tempore Phœbus eſt.

Maius, Iunius.

Sol abit à Gemino, & Cancri ſigna rubeſcunt.

Iunius.

Iunius.

Concaua ſiderei quo tempore brachia Cancri
Cœperat adductis vrere Phœbus equis.

Iulius, Auguſtus.

Cynthius emenſus Nemeæi fulua Leonis
Terga, per Aſtræa ſigna regebat equos.

Auguſtus.

Virginis atherijs cùm caput ardet equis.

Auguſtus, September.

Et iam Phœbus erat permenſus Virginis aſtrum,
Libráque ſolares excipiebat equos.

September.

Phœbus ad auſtralis properans confinia Libræ
Extremus medius cœperat ire polus:
Atque pari ſpatio numeratis fecerat horis
Noctibus æquali ſurgere lance dies.

December.

Phœbus at in Capro, quâ meta breuiſſima lucem
Auctat, ab Eois mane redibat equis.

December, Ianuarius.

Miſerat algentem Phœbum Capricornus ad Vrnam. Item:
Hæc vbi tranſierint, Capricorno Phœbe relicto
Per Iuuenis curres ſigna regentis aquas.

Ianuarius.

cùm frigidus olim
Iam cadit, extremóque irrorat Aquarius anno.

Ianuarium, Februarium, Iulium & Auguſtum quidam loquens de aëre Tridentino ita deſcripſit:

Temperies iucunda quidem, at Ianus, & alter
Qui Ianum ſequitur, glacient cum ſanguine venas;
Nix ſi paſſa erit, medium qui diuidit annum
Mensis, & à primo qui ducit Cæſare nomen.

NON

Non importunè quis ad hanc classem arcessiuerit nomina illa cõmunia, quæ per Metonymiæ & Synecdoches tropum propriorum appellationes sibi sumũt: vt mare, *Neptunus*, *Nereus*, *Nereides*, *Thetis*, *Amphitrite*, *Oceanus*, &c sed & hoc ipsum iis relinquo, qui multo, vti dixi, otio abundant, & in his studiis toti sunt.

Si verò cui absurdius factum videbitur, quòd Belgicarum vrbium exempla plura huc adduxerim, quàm alterius alioqui nobilissimæ regionis, condonabit is lubens, vt spero, hoc qualecunque peccatum meo in patriam amori: præsertim, vbi hoc imprimis spectasse me intellexerit; vt, si quis, ex Italia, Græcia, aliisve locis poëtarum frequentia celebribus, huc se contulerit, in incultas planè, & solas terras ne se venisse existimet. Nam & heic, vt ingenuè fateamur, quosdam dulces Musæ, qui ipsarum sacra ferant ingenti amore percussi, imprimis & ante omnia acceperunt dudum, & etiamnum hodie accipiunt, testificatur id vnica Hollandia, productis tergeminis fratribus æquè μεσοπολάγυις, è quibus vnius tantum scripta, nullis exterorum secunda, habemus, inemendata tamen, & quasi de domini funere rapta sui: aliorum duorum, quo diutius exspectamus, hoc desiderium nobis magis augetur & magis.

Quod de patria dixi, idem dictum volò de sacrarum vocum synonymis, in quibus colligendis plusculum mehercule diligentiæ posui: vt, quomodò aliâs non semel, iis omnibus animum adderem, viamque communirem, aut expeditiorem potiùs, qui salutari consilio Latinum sermonem è puris haustum fontibus ad sacros versus faciendos traducunt, exemplo illius, qui pridem omnibus aliis, omni laude dignissimis, palmam & coronam, ipsa Corona iudice,

præreptum videtur, in conuertendis Latino versu Dauidicis Psalmis, vtinam toto Psalmorum orbe decurso, omni nos ille exspectatione liberaret. Nomina oppidorum Iudææ, quæ horridiora videntur, quàm vt quis ea venustè numeris innectere possit, mollienda sunt, & quodam modo læuiganda: qui modus ex 11. Christiados Vidæ perspicuus est; vbi omnes tribus Israëliticæ aptè satis & concinnè recensentur: incredibile, quàm hic locus incipientibus vtilis queat esse.

VNVM antequam desino, monendum est me titulorum loco non vetera & vera plerumq; sed nona & peruulgata nomina posuisse, vt rudioribus quærendi molestiam minuerem. Siquis proinde *Gallos, Byzantium, Hebræos*, &c. in hac farragine ostendi sibi volet, quærat vulgares appellationes, *Francs, Constantinopolin, Iudæa*, &c.

FINIS.

DE

DE CARMINIBVS AD VETERVM IMITATIONEM artificiosè componendis præcepta bona & vtilia, collecta à Georgio Sabino.

GEORG. SABINVS Ioachimo Cametario S. D.

OBSIGNATIS *litteris, quas ad te daturus eram, fortè libellum, quem his adiunxi, reperi inter meas chartas; in quo perscripta vel designata potius essent quædã, quæ ante biennium hoc dictauit auditoribus meis, rudia quidem illa, & minuta; sed nonnisi quam tamen, vt opinor, inutilia, & contemnenda. Nam de quibus olim me admonuerunt præceptores mei inter emendandum, ea complexus sum libello isto. Hic, si videbitur, curabis vt edatur iste apud vos. Titulum facies quem volueris: tuo enim arbitrio permitto. Vale. ex Monte-regio Prussia, prid. Idus Martij.*

DE VERSIBVS NON FVNDENDIS EX TEMPORE.

VERSVS ipso quasi orationis cantu ad omnem & aurium voluptatem & animorum motum componi debent: est enim Poëtica quædam Musicæ species. & sicut Musicis in cantu, ita Poëtis in carmine elaborandum atque enitendum est, vt omni sono permuleeant. Componere autem versus ad hunc modum summi est artificij, quo Poeta à versificatore internoscitur. Nihil est enim neque fastidiosius aurium sensu, vtpote qui iniucundo vel verbo vel sono facilè offenditur: neque difficilius, quàm ad motum animorum accommodate orationis harmoniam. Non sunt igitur versus subito ingenij impetu fundendi, vt nonnulli putant; sed arte formandi, & acri iudicio elaborandi sunt, stylus sæpè vertendus est; vt inde etiam nominatos esse versus perhiberi posse videatur, quòd dum fiunt, variè huc atque illuc vertantur. Ac quamquam ingenij impetus non est nimium retardandus anxia elocutionis & compositionis cura, tamen cohibenda est præcipitantia: ad hanc enim assuefacti, plerumque effutiunt versus neruis & spiritu carentes. nec tam assequũtur facilitatem quæ in versu commendatur, quàm futilitatem, qua nihil est in omni oratione odiosius. Hac de caussa Horatius


Omne (inquit) *carmen reprendite, quod non*
Multa dies & multa litura coërcuit, atque
Perfectum decies non castigauit ad vnguem.

SIC Virgilium Maronem elaborasse versus accepimus:

pimus: qui propterea dicere solitus est, se vrsino more carmen gignere, lambendoque effingere. Huius exemplum imitari debent, qui in hoc genere studij versantur: totisque ingenij viribus eniti, vt quos ipsi gignunt versus, etiam arte formient, atque perficiant, quantum possint.

DE VERBORVM DELECTV.

AVRES in primis delectantur & elegantia sermonis & suauitate compositionis. Elegantia sermonis sita est in verbis, ac formulis loquendi, ab optimis auctoribus vsurpatis: in quibus tamen delectus etiam habendus est. Neque enim omnia verba, quæ vsu recepta sunt, eandem habent gratiam, & venustatem. Ac Poetæ vtuntur peculiari quadam phrasi. habent enim suas quasdam formulas ab Oratoribus diuersas, quippe vbi Orator dicit, afferre calamitatem, accipere beneficium, dissipare opes, tradere filio vxorem: Poetæ dicunt, ducere fata, obsequium ferre, dilaniare opes, sumere nurum. Deligenda sunt igitur verba illustria, & Poetarum propria, in quibus verbis inest plenum quiddam ac sonans, vt Marcus Crassus apud Ciceronem docet. Nam in versu, quantum fieri potest, singula debent esse ad sonum exquisita. Nec rectè iudicat Viues de ratione dicendi, vbi scribit, Carmen non modò recipere omne & verborum & locutionis genus, verùm etiam tegere, adeò vt verba antiquata & nouata, ac phrasis dura atque horrida, minus notabilia sint in oratione numeris adstricta, quàm soluta.



AT contrà omnino fugienda sunt Poetis verba sordida, nisi ad argumentum necessario requirantur. Sordida sunt non tantũ quæ à sordidis & inquinatis rebus sumuntur;

ſumuntur: ſed etiam quæ humiliora ſunt, quàm vt exprimant dignitatem rei ſignificatæ. Eiuſmodi enim verba deformant verſum, non aliter ac maculæ pretioſam veſtem. Nec temerè hæc admoneo, quia apud auctores etiam probatos reperiuntur interdum verſus inquinati verborum ſordibus. Martialis libro decimo in Epigrammate non ineleganti, vtitur verbo ſatis humili ac ſordido, vbi lucem ſerenam vocat, ſine fece diem. Item Baptiſta Mantuanus in Parthenicis, vbi inquit, mens pertæſa cloacam corporis.

VITANDA ſunt item Græca vocabula, quamuis Latinitate donata: niſi ſint vſurpata à Poëtis maximè probatis, ac in primis à Virgilio & Ouidio. Nec imitandi ſunt auctores apud quos exſtant carmina Græcolatina qualia ſunt hæc:

Qui ioca παιγνιδιαῶν nouit tractare παλαιστῶν.
καὶ minus in ſumtum δεκανίκες leua area miniſtrat.

Nam eiuſmodi carmina videntur non minus ridicula, quàm hæc, quæ apud Italos vulgo macaronea dicuntur:

Si tibi dens caderet quoties fers ore baſiam,
Iam tua non poſſet pane ganaſſa frui.

EXTANT tamen eruditorum etiam in hoc genere luſus, vt Auſonij & quorundam etiam recentiorum.

ABSTINENDVM eſt itidem ſpurcis & obſcenis vocabulis. nulla enim re honeſtorum hominum aures atque animi tam offenduntur, quàm obſcenitate verborum. Nec parum refert admoneri hac de re adoleſcentes, cùm multi ex verſificatoribus adeò inſaniant noſtro tempore, vt turpiſſima quæque vocabula ex Satyricis Poëtis excerpant, quæ ſuis intexant carminibus, tamquam inſignia ornamenta. Horum verſibus nihil eſt, ne lutum quidem, lutulentius.

QVAE

QVAE verò ſine turpitudine nominari nequeunt, periphraſi efferenda ſunt: quemadmodum & ea quæ videntur ſordidiora. Sic Petrus Bembus in carmine iocoſo, vbi facit loquentem obſcenum cuſtodem hortorum, vocat *mentam puſillam*, membrum illud quod natura corpori affixit procreationis cauſſà. Sic Iacobus Sanazarius partem poſteriorem verendam non minus venuſtè quam verecundè circumlocutus eſt his verbis: *Vnde prodeunt auræ, quæ de Sabæis meſſibus nihil ſpirant.* Et Virgilius, vbi de conceptione equarum loquitur, vt rem parum ſpecioſam dictu honeſtiùs exprimat, *arcum genitale* vocat, naturam equinam.

CAETERVM, verba maximè illuſtria ſunt, quæ vocantur tranſlata: hæc, teſte Cicerone, tamquam ſtellæ lucent, atque illuſtrant orationem: nec tantùm aures oblectant, ſed etiam animum mouent ac ducunt. His igitur potiſſimum illuminandi ſunt verſus, nec immodicè tamen; ſed ita quemadmodum fieri in pictura ſolet, vt vmbris etiam relinquatur locus, quò magis id quod eſt illuminatum, exſtare, atque eminere videatur. Nam multa etiam in verſu efferenda ſunt propriè, ac quemadmodum illa Nais Virgiliana,

Pallentes violas & ſummà papauera carpens,
Narciſſum & florem iungit bene olentis anethi;
Tum casiam, atque alia intexens, suauibus herbis,
Mollia luteola pingit vaccinia calthâ.

SIC immiſcere tranſlatis propria debemus; nec ſemper vti eodem flore eloquentiæ.

DE STRVCTVRA VERBORVM.

COMPOSITIONIS ſuauitas conſiſtit partim in ſtructura, qua dictiones inter ſe coagmentantur;

partim in collocatione epithetorum; partim etiam in concinnitate pedum, numerorum, membrorum & figurarum: de quibus singulis ordine dicemus. In structura seu coagmentatione vitanda sunt, quæ sonum efficiunt hiantem, & confragosum: vt concursus vocalium, asperitas consonantium, ac similitudo litterarum vel syllabarum. Iungenda sunt igitur verba molliter & aptè, vt sine hiatu & asperitate copulentur: sicut hæc inter se iuncta sunt:

Impiger Æneas volitantis frater amoris.

Hic enim nihil est durum aut confragosum.

CONCVRSVS tamen earundem vocalium minus insuauis est, ac præ se fert quandam grauitatem coniunctam cum lenitate, vt apud Virgilium:

Ille ego qui quondam. Item:

Ipsi intus dextra ac læua pro turribus adstant.

SAEPE etiam diuersæ vocales habent suaue quiddam, cùm non copulandi necessitate, sed implendi soni gratia concurrunt; vt in his versibus:

Primus init bellum Tyrrhenus asper ab oris
Contemptor diuûm Mezentius, agminaque armat.

Poterat enim Virgilius hic dicere, *agmen & armat*; nisi iudicasset numerum hiatu fieri hoc loco pleniorem.

NEC asperiores consonantes semper vitandæ, sed interdum artè conquirendæ sunt ad res exasperandas, & simili sono exprimendas; sicut à Virgilio factum est in hoc versu:

Nunc rapidus retro atque æstu reſoluta reſorbet Saxa.

Hic singulæ dictiones constant literis asperioribus, quibus exprimitur fluctus & fremitus æstuantis maris tam artificiosè, vt quasi auribus percipiatur.

SIMILITVDO quoque litterarum, vel syllabarum non semper vitanda est. nam interdum apta litterarum

marum vel syllabarum allusio aures afficit voluptate, vt in hoc versu Virgiliano:

Aura tuæ resonant arubus.

NEQVE est adeò ridiculus, vt Grammaticis quidem videtur, ille versus Ciceronis:

O fortunatam natam me consule Romam!

Habet enim allusionem jucundam auribus non inerudituis: qua Erasmus Roterodamus delectatus compositit dialogum, qui inscribitur Echo, ad cuius imitationem olim lusi carmen, quod exempli caussa, qualecumque est, huc adscribendum duxi.

Dic mihi, Nympha cauis habitas quæ vallibus Echo,
Semicaper Faunus cur ita clamat? ECHO, *amat.*
Quæ tamen illa, furit cuius malesanus amore?
Diuitis an Cedri filia Naïs? ECHO, *ais.*
Est opulenta quidem sed turpibus obsita rugis,
Debuit hanc lifeons ducere Ianus. ECHO, *anus.*
Candida verò vero Thaumantiæ vrit amantem,
Cuius forma decens & generosa. ECHO, *rosa.*
Huius amore flagro: sed dic resonabilis Echo,
Quæ res ergo graues sunt in amore? ECHO, *mora.*
Ver est conueniens, blandis & amoribus aptum,
Vere nouo sponsum me fore rem? ECHO, *eris.*
Interea gelidis in vallibus ipsa valeto:
Vox tua sæpe mea voce sonabit. ECHO, *abit.*

Est autem hæc resonantia non modò elegans, sed Latinæ etiam linguæ propria: id quod frequens vsurpatio indicat, vbique enim sunt obuia exempla.

DE

DE EPITHETIS.

VERSVS absque epitheto nudus est, & veluti incomtus. Crebra igitur epitheta intexi debent, non tamen otiosa, sed ex intima ratione ac natura rei depromta. Quæ duriora aut prolixiora sunt, compositionem reddunt insuauem: vt hæc, *tonanti sonus, stellimicans*, & similia.

VENVSTE autem collocantur epitheta ante ipsa (vt vocant) subiecta: præsertim ita, vt quadam vicissitudine cum illis iungantur hoc modo:

Vecta est frenato cærula pisce Thetis.

NEC minus habent gratiæ, cùm per interiectas orationis partes à subiectis separantur, permanente tamen eâdem vicissitudine; vt in his versiculis Ouidianis:

Clauda quòd alterno subsidunt carmina versu.

ILLVD quoque non caret venustate, cùm epitheton collocatur in principio carminis, & nomen, cui epitheton attribuitur in fine, vt:

Puluerulenta coquit maturis solibus æstas.
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum.

QVAE collocationis forma & in binis versibus est longè venustissima vt apud Virgilium:

Nigra velut magnas domini cùm diuitis ædes
Peruolat, & pennis alta atria lustrat hirundo.

Item apud Ouidium:

Fertilis assiduo si non renouetur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.

DE

DE CONCINNITATE PEDVM MEMBRORVM ET NVMERORVM.

IN compositione metri nihil est elegantius, nihil concinnius, quàm si pedes inter se quasi catena quadam colligentur; vt in his pentametris:

Plena verecundæ culpa pudoris erat.
Alta puellares tardat arena pedes.
Longa laboranti furca tulisset opem.
Ista Clytæmnestra digna querela fuit.
Sæpe simultates ira morata facit.
Ægra superposita membra mouere manu.
Nostra verecundo vota pudore carent.

Item in hexametris:

Troia iacet certè Danaïs inuisa puellis.
Arte ciet velóque rates remóque reguntur.

SED non oportet omnes versus esse vniformes, ne similitudo, quæ (vt inquit Cicero) est mater satietatis, afferat fastidium. Quapropter non semper retinenda, sed sæpe immutanda est hæc forma: tametsi sit elegantissima. Interdum ergo laxanda sunt vincula, quibus pedes constringuntur.

LAXARI autem commodissimè possunt ante secundum & sextum pedem; vt:

Mincius & tenera prætexit arundine ripas.

Nam solutio his duobus locis vix animaduertitur.

LAXANTVR item vincula non raro ante quintum pedem; vt:

Fingit iter Lemnon, veniunt ad fœdus amantes.

NIMIA tamen solutio vitiosa est, qualis hæc:

Romæ mœnia terruit impiger Hannibal armis.

Nam hic versus etsi constat verbis sonantibus, tamen nimia solutione tamquam deficiente halitu amittit,

quidquid habet sonorum: ac maximè in priore parte. nam in posteriore minus id sentitur, vbi continua solutio interdum accidit ipsis auribus non ingrata, propter varietatem, vt:

Horresc̃t strictis seges ensibus, aráque fulgent.

IPSAE autem voces, siue multarum, siue paucarum syllabarum fuerint, quo maiore cum gratia cõtinuentur, accommodari rebus, & satisfacere affectibus debent. Idcirco natura pedum & vocum considerãda est diligenter. Spondei sunt natura graues ac tardi. Horum continuatio apta est querelis & lamentationibus: nimia enim grauitate redduntur numeri subtristes. maximè verò gaudent spondei vocibus monosyllabis aut binis aut ternis. Nam & harum continuatio tarditatem auget: & in lamentatione singultus quasi quosdam refert, vt apud Virgilium:

Tum demum admissi stagna exoptata reuisunt.
Me me, adsum, qui feci, in me conuertite ferrum.
Non hæc ô Palla, &c.

SPONDEI itidem rebus arduis & grauibus exprimendis idonei sunt, præsertim si foueantur vnius syllabæ vocibus, aut continuis, aut permistis, vt apud eundem Virg.

Illi inter sese multa vi brachia tollunt.
Vix illud lecti bus sex ceruice subirent.

Hic enim continui spondei mira tarditate & grauitate exprimunt; in altero versu magnitudinem saxi à Turno sublati; in altero magnitudinem laboris, quo Cyclopes in fabrica Vulcani exercentur ad incudem. eamque tarditatem augent monosyllabæ voces, quarum compositio per se tarda est: eo quòd transitus à dictione ad dictionem, affert moram.

CONTRA dactyli, properationem atque hilaritatem

tem quasi quandam præ se ferunt, plurumque syllabarum dictionibus fiunt volubiliores. Hi continuandi sunt, cùm aliquid explicandum est, aut iucundè, vt apud Virgilium:

Pone metum Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi.

Aut festinanter, vt:

Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Athenas:
Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

Item: *Conuellimus altis*
Sedibus, impulimúsque ea lapsa repentè ruinam
Cum sonitu trahit, & Danaum super agmina latè Incidit.

Hic omnes ferè pedes constant vocibus polysyllabis, suntque Dactylici: quorum tanta est volubilitas, vt ipsam & fugæ celeritatem, & ruinam impulsæ turris, anteuertere videantur.

ERGO vtrumque præstandum est, vt mutetur forma versuum, & rebus accommodetur. Ea verò mutari potest, non tantùm varietate pedum ac dictionum, sed etiam orationis periodo, eiusque partibus, quæ incisa & membra nominantur. Nam interdum integer versus periodo inclusus, perfectam & absolutam sententiam vno membro comprehendit, vt:

Siculæ Musæ paulo maiora canamus.

Aut sesquialter, vt:

Inde lupa fulua genitricis tegmine latus
Romulus excipiet gentem. Item:
Nec circumfuso pendebat in aëre tellus
Ponderibus librata suis.

Aut bini versus integri, vt:

Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi,
Siluestrem tenui musam meditaris auena. Item:
Hospita Demophoon tua te Rhodopeia Phyllis
Vltra promissum tempus abesse queror.

Aut bini cum dimidio, vt apud Catull.

Scilicet in vario ne ſolum limite cæli,
Ex Ariadneis aurea temporibus
Fixa corona foret.

APVD Virgilium & Ouidium, cum periodus vnius membri vltra binos verſus excurrit, ne longior continuatio obtundat aures, plerumque dialyſis ſeu parenthelis intexitur, vt:

Non iaculum (neque enim iaculo vitam ille dedisſet)
Sed magnum ſtridens contorta phalarica venit
Fulminis acta modo. Item:
Pace tua (ſi pax vlla eſt tua Pontica tellus
Finitimis rapido quam terit hoſte equo)
Pace tua dixiſſe velim.

Aut terni verſus, vt apud eundem Ouidium:

Languor & immodici nullo ſub iudice ſomni,
Aleæque & multo tempora quaſſa mero,
Eripiunt omnes animo ſine vulnere vires.

Item:

Pone metum, valeo: corpuſque quod ante laborum
Impatiens nobis inuidumque fuit,
Sufficit, atque ipſo vexatum indurat vſu.

Qui quidem terni verſus etſi periodo includuntur, tamen non planè vnius membri continuatione conſtant: neque enim vnicum membrum tam longè produci poteſt ſine offenſione aurium, niſi aptè interponantur circuitionum particulæ, quibus interpoſitis longiſſimè extendi periodus poteſt; vt apud Virgilium in Georg.

Quid faciat lætas ſegetes; quo ſidere terram
Vertere Mæcenas, vlmiſque adiungere vites
Conueniat; quæ cura boum, qui cultus habendo
Sit pecori, atque apibus quanta experientia parcis;

Hinc

Hinc canere incipiam. Item:

Vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista,
Poculáque inuentu Acheloia miscuit vuæ
Et vos agrestum præsentia numina Fauni,
Ferte simul, Faunique pedem, Dryadésque puellæ,
Munera vestra cano.

INTERDVM etiam nulla periodo circumscribuntur versus, sed carpuntur membris minutionibus, vt apud Ouidium:

Poma dat autumnus formosa est messibus æstas;
Ver præbet flores, igne leuatur hiems.

Apud Ioannem Campanum:

Pauper erat, fieri vult diues, cogitat vxde,
Vendidit vxorem Nentius, emit agrum.

Apud Virgilium:

Marsa manus, Peligna cohors, festina virûm vis.

AT verò periodica verborum continuatio maximè probatur in versibus, præsertim tunc, vbi aures aliquid fusius desiderant quo expleantur, vt in exordiis, in amplificationibus, & in conclusionibus. In hac continuatione in primis includendi sunt versus sedati, molles & blandi: qui enim placidè ac leniter quasi fluunt, longiore orationis ductu sustinendi sunt. Acres verò & ardentes versus magna ex parte debent esse concisi, & in membra distracti; quales sunt in contentione inter Turnum & Drancem, apud Virgilium:


Tone animos, & pulsus abi, sat funera fusi
Vidimus, ingentes & desolauimus agros. Item:

Possit quid vsuda virtus,
Experiare licet, non longe scilicet hostes

Quærendi nobis, circumstant vndique muros.
Imus in aduersos. quid cessas? an tibi Mauors
Ventosa in lingua?

His itaque & similibus vocum, pedum, circuitionum membrorumque commutationibus facilè effici potest, ne versus sint vniformes; sed vt induant diuersum quasi habitum, rebus accommodatum, vtque affectibus exprimendis satisfaciant.

DE FIGVRIS QVIBVSDAM.



ADHIBENDAE sunt etiam figuræ; nam & hæ faciunt varietatem, & sine his versus caret gestu. Nulla autem figura plus varietatis affert, quàm iteratio, eaque habet locum, vbi feruet oratio, vel assueratione, vel obtestatione, vel dolore, vel simili affectu: Ac in primis iucunda est iteratio initij, qualis hæc apud Angelum Politianum:

Semper erit magni decus immortale Maronis:
Semper inexhaustis ibunt hæc flumina venis:
Semper ab his docti ducentur fontibus haustus:
Semper odoratos fundent hæc gramina flores.

Et apud Ouidium:

Hoc tenuat dentem terram findentis aratri:
Hoc rigidos silices, hoc adamanta terit.
Hoc etiam sæuas paulatim mitigat iras:
Hoc minuit luctus mœstáque corda leuat.

Et apud Tibullum:

Quàm citò purpureos amittit terra colores:
Quàm citò formosas populus alta comas.

SED hæc iteratio initij apud elegiographos etiam pulcrè variatur alternis versibus, vt apud Ouidium:

Omnia naturæ præposterа legibus ibunt,

Párſque

Párſque ſuum mundi nulla tenebit iter.
Omnia iam fient, fieri quæ poſſe negabam:
Et nihil eſt de quo non ſit habenda fides.

Item:


Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri,
Præbet & inuito colla premenda iugo.
Tempore paret equus lentis animoſus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore Pœnorum compeſcitur ira leonum,
Nec feritas animo, quæ fuit ante manet.

Item:

Ecce ſuper feſſas volitat victoria naues,
Tandem ad Troianos diua ſuperba redit.
Ecce mihi lucent Rutulis incendia caſtris:
Iam tibi prædico barbare Turne necem.

Item:

Ah quoties illo vitulum geſtante per agros,
Dicitur accurrens erubuiſſe ſoror.
Ah quoties auſæ, caneret dum valle ſub alta,
Rumpere mugitu carmina docta boues.
Sæpe duces trepidis petiere oracula rebus,
Venit & è templis irrita turba domum.
Sæpe horrere ſacros doluit Latona capillos,
Quos admirata eſt ipſa nouerca prius.



Est & alia iteratio ſeu repetitio initij, cùm pentameter verſus deſinit in eaſdem voces vel duas vel plures, à quibus hexameter incipit; vt apud Ouidium:

Phœbus adeſt, ſonuere lyræ, ſonuere pharetræ,
Signa deum noſco per ſua, Phœbus adeſt. Item:
Militat omnis amans, & habet ſua caſtra Cupido:
Attice, crede mihi, militat omnis amans. Item:
Ilia pone metus, tibi regia noſtra patebit,
Téque colent omnes, Ilia pone metus.

Item:

Graia iuuenca venit, quæ te patriámque domúmque
Perdat, Io prohibe, Graia iuuenca venit.

Item:

Nullus erat, referóque manus, iterúmque retendo,
Pérque torum mouco brachia, nullus erat.

Et apud Ianum Pannonium:

Frigus & humor agunt, vt vexent corpora morbi,
Vt nata intereant, frigus & humor agunt.

Item:

Culpa tua est, quidquid fecit Tithonia coniux,
Quidquid & Æetæ filia, culpa tua est.

In hoc genere versificatores sæpè ineptiunt. Nam id bellũ quidem esse vident, sed scitè vsurpare nequeunt.

HVIC iterationi cognata est quam epanalepsin vocant, nempe cùm eiusdem carminis vel heroici vel pentametri initium ac finis idem est, vt:

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.
Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.
Ante etiam sceptrum Dictæi regis & ante.
Victus amore tui cognato sanguine victus.

Hunc κύκλον vocant Grammatici. Item:

Culpa tua est, quamuis hæc quoque culpa tua est.

BAPTISTA Mantuanus Epanalepsin non inuenustè locupletauit iterato quoque initio sequentis versus heroici, vt:

Arma sacerdotes animis flagrantibus arma,
Arma fremunt.

PRAETEREA est quædam initij & finis iteratio acrimoniæ & venustatis plena, quam Rhetores complexionem vocant: ea fit in hunc modum, vt apud Ianum Pãnonium in querela Italiæ ad Fridericum III. Imperatorem:

Quòd

Quòd ceſſat Phœbea chelys, quòd carmine rupto
Aoniæ ſiluere deæ: Mars impius egit.
Quod ſpretis audax Muſis petit arma iuuentus,
Et volucres premere audet equos: Mars impius egit.
Quod cernis nullum deſerta per oppida ciuem,
Nec campis errare greges: Mars impius egit.
Quòd ligo, quòd vomer, quòd ſarcula, raſtra, bidentes,
In gladios abiere truces: Mars impius egit.

VENVSTA eſt quoque iteratio, vbi poſterior pars pentametri eſt initium ſequentis hexametri, vt apud Ouidium:

Vt mihi ſint totiès maxima vota mori,
Vota mori mea ſunt.

AVT vbi dictio quæ claudit præcedentem verſum hexametrum, inchoat ſequentem, vt:

Atque omnibus vni,
Vni odiſque viro telisque frequentibus inſtant.
Iuuenum pulcerrimus Aſtur,
Aſtur equo fidens.
Pierides vos hæc facietis maxima Gallo,
Gallo cuius amor.

SIMPLEX iteratio eſt, ſed plena venuſtatis, cùm idem verbum ſæpius repetitur, vno atque altero verbo interiecto, vt apud Virgilium:

Reſtant bella aſpera reſtant.
Quibus ille viros, quibus excitat vrbes.

Et apud Ouidium:

Fuit ah fuit vtile tecum
Ire mihi.
Hoc ſi crimen erit, crimen amoris erit.
Ipſe tuus cuſtos, ipſe vir, ipſe comes.
Vna fides, vnus lectus, & vnus amor.
Conuenit illa mihi, conuenit illa tibi.

Altera tela arcus, altera tela faces.

AD iterationem pertinet & Epanodos, seu regressio, quæ fit hoc modo:

Compulerantque greges Corydon & Thyrsis in vnum:
Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas.
Iphitus & Pelias mecum, quorum Iphitus æuo
Iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vlyssu.

EST & traductio iterationi affinis, quæ repetit idem vel nomen mutato casu, vt apud Virgilium:

Littora littoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor, arma armis.

Et apud Lucanum:

Pila minantia pilis.

Et apud Ouidium:

Æmonis Æmonio Laodamia viro.

VEL verbum mutatis modis ac personis, vt apud Virgilium:

Est bene non potuit dicere, dixit, erit.

Et apud Ouidium:

Et tibi si non vis parcere, parce mihi.
Qui poterit sanum fingere, sanus erit.
Certa fui, certi si quid haberet amor.
Caussa fuit multis noster amoris amor.
Quam sine te cogis viuere, coge mori.

ELEGANTISS. est in hoc genere quasi κύκλος, nam & artificiosa hæc forma est, & sententiosa, vt:

Si, nisi quæ facie poterit te digna videri,
Nulla futura tua est, nulla futura tua est.

SCRIBVNT Sappho Poëtriam hac figura traductionis fuisse consecutam, quidquid laudis in carmine habuit. Porrò inter insignia schemata quibus carminis forma exornatur ac veluti coloribus distinguitur, Articulus quoque & Polysyndeton numerantur. Articulum

culum vocant, cùm singulæ voces interuallis distinguuntur, cæsa oratione hoc modo:

Pastor, arator, eques, paui, colui, superaui,
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

POLYSYNDETON, figura est articulo contraria, cùm in versu multæ coniunctiones ponuntur, vt:

Terrasque, tractúsque maris, cælumque profundum.

VITANDA sunt tamen in articulo similiter desinentia, vt:

Paui, colui, superaui.

AVT similiter cadentia, vt apud Ennium:

Mærentes, flentes, lacrymantes & miserantes.

Quæ enim similibus aut verbis aut casibus efferuntur, minus habent venustatis in carmine.

SED hæc de figuris hactenus: neque enim visum est persequi exornationes omnes, sed indicare tantùm illustriores.

DE QVIBVSDAM VITIIS

PENTAMETRI.

IN Pentametro versu tempestiuæ cæsuræ esse debent; vitanda est igitur in medio continuatio carminis dura & hiulca, qualis hæc apud Catull.

Munera quæ & Musarum hinc petu & Veneris.

Item:

Troia virûm & virtutum omnium acerba cinis.

NEC imitanda sunt omnia quæ à Catullo vsurpantur. Nam vt apud Ennium, ita & apud Catullum multa sunt horrida, & imitatione indigna. Exstat apud Martialem elegans epigramma, quo irridentur hi, quibus versus istorum similes probantur. Est autem epigramma scriptum in quendam Chrestillum:

Carmina nulla probas, molli quæ limite currunt,
Sed quæ per ſalebras altáque ſaxa cadunt.
Et tibi Mæonio quod carmine maius habetur
Lucily columella eſt hic ſitus Metrophanes.
Attonituſque legis terræ frugifer ai
Actius, & quidquid Pacuuiúſque vomunt.

Ridiculi igitur iudicandi ſunt qui tales verſus admirantur; cumque propter ingenij imbecillitatem nequeunt aſſequi concinnitatem Ouidianam, ſeſe conferunt ad imitationem Catulli.

IN fine Pentametri vitanda ſunt Participia, vt:

Ore nitens, corde tremens.

EODEM in loco rariſſimè vſurpandæ ſunt voces duabus ſyllabis longiores. Nam diſſyllabæ ſemper venuſtius claudunt Pentametrum, quàm vel trium vel plurium ſyllabarum voces. Ouidius in omnibus ſuis ſcriptis vix decies (vt puto) vtitur tetraſyllabis & triſyllabis, nec niſi in rebus triſtibus: quibus numeros etiam triſtiores & languidiores conuenire duxit, vt lib. 1. Triſt.

Iam propè lux aderat, qua me diſcedere Cæſar
Finibus extremæ iuſſerat Axſomæ.

Item lib. 3. de Ponto ad coniugem:

Sint vtinam mites ſolito tibi more, tuáſque
Non duris lacrymas vultibus aſpiciant.

Item:

Interdicta mihi cernitur Italia.
Vnda ſimul miſerum vitáque deſeruit.
Vt caream culpa, mors quoque non faciet.
Tranſeat inſtabiles ſtrenua Cyaneas.
In quibus ipſe ſuum faſſus adulterium eſt.
Qui fuit & dubitas cætera perlegere.
Spectarem qualis purpura te tegeret.

Hæc

Hæc igitur apud hunc rariora.

MONOSYLLABAE quoque voces eodem in loco vitiosæ sunt, nisi aut duæ simul ponantur, vt apud Ouidium:

Præmia si studijs conſequor iſta, ſat eſt!

AVT elisio seu hiatus præcedat, vt apud eundem:

Heu quanto melior ſors tua ſorte mea eſt!

NAM alias horride & duriter sonant, vt apud Catullum:

Hæc a te dicta quæque facta ſunt.

Ouidianum hoc melius est:

Omnia an in magnos cui, a deos iuſſa eſt?

CAETERA quæ ad artificium Poëtæ requiruntur, lectione, vsu & exercitatione discēda sunt. non possunt enim omnia præceptis tradi: requiruntur autem præter hæc multa, nempe exquisitæ & illustres sententiæ, quibus carmina tamquam floribus aspergantur; item commorationes & expolitiones eatundem sententiarum. Decet enim Poetam vbi opus est, in eadem & vna re commorari, eamque multis modis vestire. Ac in primis requiruntur hypotyposes digressiones, descriptiones, pathopœiæ & sermocinationes ad res præsertim animi expertes, cuiusmodi sunt apud Virgilium, quibus Mezentius suos equos, & Turnus suam hastam alloquitur. Similitudines item elegantes, quales sunt, cùm Heroës assimilantur vel proceris arboribus, vel Orioni, vt apud Virgilium:

At verò ingentem quatiens Mezentius haſtam
Turbidus ingreditur campo, quam magnus Orion
Cum pedes incedit medij per cærula Nerei
Stagna, viam ſcindens, humero ſupereminet vndas:
Aut ſummus referens annoſam montibus ornum,
Ingreditúrque ſolo, & caput inter nubila condit.

SED

SED hæc quæ reliqua sunt, obseruatio & vsus docebit. Restat igitur studium & diligentia & cura, sine qua nihil vmquam bene & laudabiliter factum est, neque fieri posse sperandum.

FINIS.

